Et grām pro grā qā lex per Moysen data est, grā & veritas p̄ Iesum Ch̄m facta est. Oportet hæc quæ dicta sunt, sic intelligi, vt q̄ maxime currat expositio cum p̄sentī intentione Iohannis clamantis, & de Ch̄o testimonium phibentis. Nam p̄test qđem & sic accipi. Accepimus grām pro grā, s. grām æternæ salutis, pro gratia fidei p̄sentis, ad quam nos gratis, id est, nullis nostris p̄cedentibus meritis, per prædicatores suos ipse vocavit, & gratuita peccator̄ remissione iustificauit, sed vt dictum est, ad p̄sentem Iohannis intentionem, proprius accedendum est. Est autem hæc eius intentio, vt & sibi & omnibus sanctis, ipsi quoq̄ legislatori Moysi dominum Iesum p̄ferat, omnibusq̄ aduentum eius necessarium fuisse ostendat, eo quod lex, quæ per Moysen data fuerat, neminem eorum ad perfectum adduxerat. Ait ergo: Et grām accepimus pro gratia, ac si dicat: Antequā veniret p̄ corporalem p̄sentiam, de plenitudine eius nos oīs accepimus grām & eo p̄ carnem apparente, pro eadē gratia accepimus grām. ¶ Accepimus autem meliore gratiam pro bona gratia, quia videlicet bona qđem gratia legis, sed quia nihil ad p̄fectū adduxit, hic veniens adiuuantem dat grām euangelij, fitq̄ commutatio lucrosa, velut si quis iubeatur omittere argentum, vt accipiat aurum, fastidire aquam quamvis limpidiſſimam, vt vinum bibat optimū. ¶ Legem autem grām hic recte vocari, facile comprobari potest. Dicis em̄ gratia, quod sit gratis data. Gratia autem, id est, nullis p̄cedētibus meritis, datam esse legē vel cuncta dei beneficia populo priori testat Moyses cum dicit: Scito igit̄ quod non propter iusticias tuas dederit tibi dñs deus tuus terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ ceruicis populus sis. Sed dicit alios, Iam erat debitum; quia iurauerat deus p̄ribus ipsoq̄, quod daret illis terrā fluentē lac & mel, iustumq; erat vt verbū suū vel iuriandū quod iurauerat, impleret. ¶ Quærimus ad hæc, vtrum hoc ipm, quod iurauit, gratis an ex debito iurauerit? & procul dubio fatendū, quia nō ex debito, sed gratis iurauit, gratis promisit. Gratis oīno Abraham cæterisq; p̄ribus apparuit, vel innotuit, quippe qui peccantem primū hominem iuste priuauerat gloria paradisi, nihilq; debens cunctis homībus, utpote patris abiudicati filijs, iuste facie suā absconderat.

Lex gratia
hic dicitur
grā & com
mutatio.

¶ Hæc est ergo anterior gratia, quæ & simpliciter gratia dicit, sequens autem euā-

Deuter. 9.
Gene. 17
Exod. 33

ḡrā ē deū
p̄rib⁹ iural
ſe & p̄mis
ſisse
Gene. 12.15
Grā euāns

hoc ipm, quod iurauit, gratis an ex debito iurauerit? & procul dubio fatendū, quia nō ex debito, sed gratis iurauit, gratis promisit. Gratis oīno Abraham cæterisq; p̄ribus apparuit, vel innotuit, quippe qui peccantem primū hominem iuste priuauerat gloria paradisi, nihilq; debens cunctis homībus, utpote patris abiudicati filijs, iuste facie suā absconderat ab eis. ¶ Hæc est ergo anterior gratia, quæ & simpliciter gratia dicit, sequens autem euā-

gelij gratia, nō simpliciter gratia, sed gratia & veritas nominatur. Hanc aut̄ scilicet gratiam & veritatē commutatā esse pro gratia Mosaica legis, testatur ipse Iohānes qui hæc dicit. Nā cū p̄misisset, & gratiā pro gratia, protinus adiunxit exponens quid dixerit: Quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est. ¶ Et si quæras, in q̄ Euangelist̄ perfectius lege, Ecc e imperfictio legis, quia videlicet nemo vnquam per illam ad visionem dei rediit, quā in peccato Adæ totū genus humanū perdidit. Moxq̄ sequitur: Vnigenitus q̄ est in finu patris, ipse enarravit. Ecce perfectio ḡfæ & veritatis, deū em̄ filius enarravit, vt̄ potest plenus (sicut iam dictū est) gratiæ & veritatis: quia per suū sanguinem aditum aperi endo deum hominibus manifestauit. Igitur in eo q̄ dictum est, & gratiā pro gratia: quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Sensus hic rite procedit secundū intentionē Iohannis clamantis & testimoniū de Christo perhibentis, quia videlicet multū ad cognoscendā eius plenitudinem proficit, scire q̄ acceperit ab illo populus eius primo gratiam, id est, legis & prophetar̄ scientiam, per quam habet veri dei notitiam, gratis sibi datā: ac deinde gratiam pro eadē gratia, id est, veritatē pro figura, rem pro vmbra, spiritū pro literā. Sic em̄ gratia & veritas p̄ Iesum Christū facta est, gratia videlicet, qui a cū essemus inimici, cū essent, inquam, ipsi quoq; Iudæi, sicut Apostolus testatur, natura filij iræ sicut & cæteri, reconciliati sumus deo: p̄ mortē filij sui, scilicet eius dē Iesu Christi. Nullo modo nanq; melius hic accipimus gratiā, quā vt intelligamus nostram cū deo reconciliationē per Christū factam. Hæc autem gratia vel reconciliationis in legis cærimonijis. Verbi causa, in immolatione paschalis agni, cæterisq; eiusmodi p̄figura- Exod. 12. batur tantū, nō etiam cōferebatur: quia videlicet quāvis iusti vel sancti patres, omnes vbi dormierāt apud inferos, licet in magna securitate & beata spe, detinebant. Neq; p̄ vllā Per Christū legi illius iustitiā paries inimicitia & solui poterat: quoad videndā gloriam dei, ob culpā reconciliatio nostra, paternæ præuaricationis, impediebantur. Vnde & subditum est: Deum nemo vedit vnquā. In passione vero Christi paries ille solutus est, quia peccati chirographū crux eius deletus est. Qui & veniens, inquit Apostolus, euangelizauit pacē his qui longe & his qui prope erant, id est, Iudæis qui per priorē legis gratiā, propinquū, & gentibus qui per veritatis ignorantia ab eo fuerant nīmum longinqui. ¶ Vnde postquā dixit: deum nemo vedit vnq; protinus adiecit, vñigenitus, q̄ est in finu patris, ipse enarravit: Qui est in finu patris: O quanta celsitudine, quanto decore patrē rursus contingit, filiū testificans, præsens columna veritatis dixit supra, quia prior me erat, nunc de eodē repetens qui est in finu patris, inquit. Hæc ita omnino dicta sunt, ac si dixisset, quō de suo dixit euangelista: In principio erat & apud deū erat. Nō satiatur oculus visu & auris auditu. Oculus videlicet eius, qui iuxta Esaiā cernit terrā de longe. Et auris eius qui cū Iezchiele audit interius ab animis sanctis sonū alarū quasi sonum sublimis dei. Hunc ergo sonum tam sublimem attento quæso discernamus auditu, q̄a non frustra sic dixit, qui est in finu patris, cū dicere posuisset, qui est apud patrē. Non em̄ nihil habet momēti dictio huiusmodi, imo per maximū reddit audienti splendorē diuinæ pulchritudinis, præsertim in hoc fortissimo themate quo in summo negotio legis & gratiæ quædā sit cōparatio siue oppositio, nō sicut boni & mali, sed sicut perfecti & imperfecti, videlicet, vbi dictū est, quia lex per Mosen data est, gratia & veritas p̄ Iesum Christū facta est. Percipiat ergo diligēs auditus fidei, quid hoc supremo clamore velit insinuare præco ḡfæ & veritatis. ¶ Quærebas vnde Ch̄s fecit haberet Iesus Christus, vt faceret qđ facere non potuit Moses, qua de causa solus esset ele qđ Moses etus de tot millibus, qui gratiā & veritatē inter deum & homines restitueret, id est, inimicitias solueret, pacēq; reformaret. Ecce respondeſ tibi quia ipse est in finu patris. Quid potuit. est in finu patris? In summa diligētia, in cura & custodia diligētissima est dei pris. Ad qđ Coloss. 1. Videlicet vt peccatū illū inuenire non possit, quod omnes homines inuenit ab initio seculi, quod omnes omnino animas persequēs, inuenit foris & comprehendit vnamquāq; in menstruis suis. Foris inuenti sunt, q̄a videlicet proiecti sunt, testante Esaia, & dormierunt in capite omniū viar̄ sicut bestia illaqueata. Quomodo ergo possent abiectos in gratiā reducere proiecti, soluere vincētis illaqueatis? Propter qđ paulo superius cū dixisset idē propheta: Consurge Hierusalem quæ bibisti de manu dñi calicem iræ eius, subsequutus adiunxit: Nō est qui* suscitat eā ex omnibus filijs quos genuit, & non est qui apprehendat manū eius ex omnibus filijs quos enutriuit. Quia videlicet omnes, vt prædictum est, exierāt de finu gratiæ dei, cū peccato primæ p̄uaricatoris nati, & insuper actualibus pecatis nequaquam omni ex parte liberi, quamlibet magni & iusti. Hic autē foras nō abiit, foris non stetit, foris non sedet, quādo regionē nostram introiuit. Adam nesciuit, serpens ignorauit. Eua nec delectata est, nec doluit, sed solus p̄ deus virginis cōscius fuit. Qui mihi modo filiū hunc, & in uterum eius misit, & in finu suo continuit, quem & nunc & semper

XIII.

RUPERTI IN IOHANNEM CAP. I.

per tanta custodit cura, tanta cōfouet diligentia, vt tentator diabolus, nulla vñquā inueniat eius vestigia, ignoret vnde veniat, nesciat quo vadat. Quia ergo sic est in finu patris, quia peccatum non fecit, nec aliunde contraxit, idcirco ad reconciliandos homines vulnū patris eiusdē assistere venit, idcirco gratia & veritas per eū facta est (sicut supra dictū est) idcirco deum, quē nemo vidit vñquam, enarrauit, id est, reuelauit, videndum hominibus reddidit; hinc est illud in psalmo, q̄ idem pater, dum dicit, opera sua regi huic, dum lingua sua, id est, sancti sp̄s potentia, veluti calamo scribæ velociter scribentis, hoc verbum suū, hanc sapientiam suā, potētiāq; vniuersam, humanæ naturæ inscribit, alloquitur ē sic: Speciosus forma præ filijs hominū, diffusa est gratia in labijs tuis. Speciosus nāq; forma est præ filijs hominū: quia videlicet non solū homo, sed & natura deus est. Nam & filij hominū sunt quidē aliqui per adoptionem dñi, sicut supra dictū est ex testimonio psal mi dicentis: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Hic autē solus per naturā deus est, so lus patri cōsubstantialis filius est. Cuius diuinitas hic proprie signatur hoc nomine qđ est forma, diuinitas nāq; forma est, forma vñiq; non formata, quia videlicet creata vel facta nō est substantia dei, ac per hoc (vt dictū est) constat, quia nō formata, sed tantū for ma est, formata quippe dicuntur & sunt ea quā cōstant ex materia simul & forma. Verbi gratia, vt homo formatus dicitur, quia constat ex corpore & anima, ipsum quoq; corpus solū, constans ex terra simul & dei plasmatura, vel etiā statua aliqua, constans ex materia lapidea vel ærea & artificis sculptura. Deus autē ex nulla cōstat materia, propter quod sem per est idem quod est, non permittatur nullisq; subiacet accidentibus. Quapropter diuinitas non formata (vt dictum est) sed tantum forma est. Vnde Iesu Christi diuinitas proprie signatur per hoc, quod dictum est: Speciosus forma præ filijs hominum, ac si dicere tur: Ex eo qđ deus es, speciosus & gloriōsus es præ cunctis hominibus, quia puri sunt homines. Iḡitur dicturus, diffusa est gratia in labijs tuis, recte p̄misit, speciosus forma pr̄ filijs hominū, quod idē est, ac si dicat Iohannes euāgelistā: Idcirco plenus est gratiæ & ve ritatis, quia in principio erat verbū, & deus erat verbū. Velsic dicat Iohānes Babbista idcirco gratia & veritas per illū facta est, qđ prior me erat, vel qđ in finu patris est. Et hoc testimoniu Iohannis quādo miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eū, vt interrogarent eū, tu quis es? Hoc, inquit, est testimoniu Iohannis qđ dixi, quod nunc prohibet, quod nunc clamat aduersus omnes Antichristos, qui ante Mariā Christū fuisse negant, imo & prohibebit & clamabit, qđi bonis piscibus mali pisces permixti, conabūtur rumpere retia fidei. Hoc verū est eius testimonium. Quod quando vel qua causa cō monitus prohibuerit, iam dicam. Multum enim attinet ad rem, scire tempus & causam, præsertim, cū exinde possit dinosci vtrū ex hominibus an de cœlo testimonium eius sit, id est, ea quā de Christo testatus est, vtrū ex conjectura humana, an ex prophetiā spiritu percepit. Hoc ergo dico, quia testimoniu hoc quod prædictū est, tunc elocutus est, quando miserūt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eū, vt interrogarent eum: Tu quis es? Videlicet recens à deserto venerat, vbi vitā eremiticam, imo anachoreticam duxerat, adeo secretam & hominibus incognitam, vt quando venit Christus, aut Helias, aut vñus ex antiquis prophetis, ex occultis & soli deo cognitis locis apparuisse putaretur. Quod nimurū palam suffragatur veritati, scilicet qđ non ex hominibus, vt prædictū est, sed de cœlo testimonium eius fuerit. Non enim fama Iesu excitus venerat, quippe qui adhuc inter homines occultus degens, nihil famosum operabatur, neq; ab illo per visibi lem aliquem nuncium fuerat euocatus, sed sicut Lucas refert, inuisibili diuinitatis inspiratione iussus erat, vt veniret prædicare & baptizare. Ait enim: Anno decimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, Tetrarcha autem Galilæe Herode, & cetera vñq; factū est verbū domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto, & reliqua. Itaq; nesciebat adhuc dominum Iesum secundum hominem, donec vidiit eum ve nientem ad se inter turbas, vt baptizaretur ab eo in Jordane, & tunc reuelante eodē spir itu, quo super eum factum fuerat verbū domini, cognovit illum proprium esse templum eiusdem verbi domini, ante cuius faciem mittebatur, vt pararet vias eius. Vnde & post aliqua dicturus est: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me in aqua baptizare, ille mihi dixit: Super quē videris spiritum dei descendenter, sicut columbam, & manētem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Non enim nesciebat venisse Christum, cum ob hoc vñiq; à deserto illum expulisset spiritus, vt veniens prædicando, & baptizando, insuper & moriendo, suæ coram illo præcursionis officio fungeretur. Neq; ignorabat virtutem vel maiestatem eius, cum & minoris gradus prophetæ non ignorauerint, imo & non minora quā euangelium scriptis quoq; suis, ipsi Iohanni non incognitis, de Christo protestati sunt. Sed secundum hominem nesciebat illum, vt dictum est, id est, cuius figura vel habitus esset, aut vbi vel quibus cum hominibus habitatet. Tanto ergo fidelius,

& omni acceptione dignius est testimoniū, quāto ab omni humano fauore purū, vel conjecturali p̄sumptione constat esse liberrimū. ¶ Igitur non ab re, vt iā dictū est, testimoniū posito tempore vel causa, nunc ipsa verba restant, eo q̄ ad idem testimonium peruenit est ordine, differenda. Nouerant Iudei ex lege & prophetis, magnū regem Christū esse ventus, nec defectus regem vel principem de Iuda, priusquam veniret ipse qui mitendus erat. Si em̄ dixerat pater ipso & Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de sc̄more eius, donec veniat qui mittendus est. Iam vero sub oculis suis ea videbāt, scilicet ablatum esse sceptrū de Iuda, ducemq̄ de sc̄more eius, p̄sertim cum in regno diuiso ac dilacerato, quatuor alienigenæ per partes singulas principarent. ¶ Igitur facile persuade Opinio Ius ri poterant, vt crederent venisse Christū, ad omnē sonum arresti semper, ac suspecti, no dāorū de uumq̄ aliquid audire cupidi, vt pote iuxta carnalē opinionē suā habituri auream, ac gemmatā Hierusalem, & seculū carnale, regnumq̄ victoriosum, ita vt iuxta prophetam capi Esa. 60 entes essent eos, qui se cōceperāt, scilicet Romanos, quoq̄ sub ditione erāt. Hoc statim ad prædicationē Iohannis facile suspicari poterant, intantum vt ipsum esse Christū aestimarent. ¶ Veruntamen carnalem illorum spem non parum offendebat, q̄ humilitatem p̄nitentia p̄dicabat, & genima viperarum, faciendo fructus dignos p̄nitētiæ, fugere à vētura ira cōmonebat, & ita omnino regni dei leges, suis vītis, quibus libēter inhārebāt, Matth. 5 contrarias illo p̄dicante fore, audiebāt. ¶ Miserūt, inquit ergo euangelista, ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eū, vt interrogarent eū, tu quis es? Tu, inquiunt, homo tanti nominis, qui tanta autoritate nouū baptismi ritum inducis, quem te esse dicis? Nimirū audire cupiebant ex ore ipsius, vtrū ipse esset Christus, sicut vulgo existimabat. At ille, nec arundo erat, sicut supra dictū est, vt vēto aduerso posset agitari, & à veritate deflecti, nec homo mollibus vestitus, vt mensurā suā excedentis famæ suæ p̄æconia, quasi palpantū manus, molli assensu exciperet, veluti faciunt hi, qui in domibus regū sunt, quia potestate habentes gratulantur, q̄ ab adulatoribus suis benefici vocent. ¶ Interrogatus ergo, protinus excuties hirtas animi setas, pilis camelorū, q̄bus exterius erat contextus, multo asperiores: Nō sum, inquit, ego Ch̄rs. Verax v̄tq̄ veritatis p̄co, cavit sapienter mortiferū diuinī nominis adulteriū velut qui cū paranymp̄ se esse sciret, clanculū ad sponsum veniendo, spōsum se esse mētiri nollet. Notāda vero diligēter, nō frustra ore apostolico sumpta huiuscē circulo locationis exornatio, qua dicit sic: Et cōfessus est, & nō negauit, & cōfessus est, q̄a non sum ego Christus. Res quippe, id est, eiusdē quæ in Iohāne est veritatis & militatis virtus, q̄ hic narrat, tanta est, vt digne elocutio eius splendentius sententiæ, quasi quibusdā oculis illustretur, vt attendamus, miremur, & eiusdem imitatione delectemur. Nihilominus notandū & hoc q̄ euangelista enunciationē negatiuam, qua dicit, non sum Christus, confessionē esse affirmat, negationē esse negat. Nimirū hoc intēdit, vt hoc maxime loco Iohāne Baptistā quod omnino probabile verum est, Christi confessorē esse sentias. Nam si Christū se esse dixisset, vel ita opinantibus consensisset, eum proculdubio, qui Christus est, Christū esse negasset. Igitur ex hoc oposito satis constans est, q̄a dum dicit pro testimonio Christi non sum ego Ch̄rs, vno & eodē dicto, Christū cōfessus est: Christū nō negauit, ac proinde verus hoc loco Christi cōfessor claruit. Itaq̄ fidelis Ch̄ri testis digne, ab euāgeliō Ch̄ri testimoniū recepit, pronūciante sic euāglica veritate, & cōfessus est & nō negauit: & subaudias Christū: quē profecto negasset, si aliud dixisset, q̄ dixit, non sum ego Ch̄rs. ¶ Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non. ¶ Nō, Qūo Iohās inquit, iuxta sensum vel opinionē vestrā in persona Helias ille ego sum qui in igneo curru raptus est in ccelū, futuro tēpore reseruandus: sed sum homo alias, ante annos circiter xxx, patre veterano & matre sterili eadēq̄ prouecta, progenitus. Sic em̄ distinguēdū est, quia videlicet sine vlla exceptione Heliā se esse negare non poterat. Alioquin contrariū hoc esset veritati, dicēti de illo ad turbas: Si vultis recipere, Iohānes ipse est Helias. Nunc aut̄ quomodo non repugnet perspicuum est. Nam q̄ ait, dominus ipse est Helias, mysticū esse, & egere intelligētia sequēti sermone demonstrat, dicens: Qui habet aures, audiat. Videlicet in hoc est Helias, q̄, iuxta aliud euāgeliū testimonium, venerit in spiritu & virute Helia, & eandē spūs sancti gratiā habuerit vel mensuram. Sed & vitæ austerioritas rigorq̄ mētis Helia pares sunt. Ille in eremo, iste in eremo, & vterq; zona cingebat pelli- cea. Ille qūo regē Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere cōpulsus est. Iste quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncat. Vel idcirco Iohānes Helias vocatur, quia sicut (iuxta Malachiam) Helias p̄cessurus est, & ventus iudicem nunciaturus: sic Iohānes in primo aduentu fecerit, & vterq; hic rimi, ille secūdi paduētus nūcius fit. Itaq̄ mysticū est, q̄ Iohannes à saluatore Helias dictus est. At illi mysteria non quārebant, de persona tantū Helia requirebant. Igitur contrariū non est sententiæ veritatis q̄ Helia se esse denegat, quia proculdubio q̄ mystico intellectu, vt iam dictū est, verum erat: illorū

XVI.

RUPERTI IN IOHANNEM CAP. I.

off
pp

sensu, q̄ interrogabāt, si diceret: Helias ego sum, falsum erat. L Propheta es tu? Et respon-
dit: Non. ¶ Et hoc plane verū est, licet de illo dicat dñs: Quid existis in desertum videre
prophetam? Etiam dico vobis, & plus q̄ prophetam. Iohannes em̄ virtute quidem pro-
pheta erat, sed officio prophetā nō erat. Quod aut̄ officio prophetā nō fuerit, palam fiet
ex ipsa diffinitione officij prophetici. Prophetā officium fuit, verbū domini, anteq̄ caro
fieret, carnem assumpturum esse, dictis p̄signare, factis p̄figurare. Nam & si sunt vel
fuerunt pluri, q̄ diuersis in rebus prophetā spiritu per doceri meruerūt; eos tamen so-

Matth. ii.
Lucæ. 7
Ioh. virtus
te, nō offi-
cio prophe-
ta erat.

Iohan. i.

Matth. ii.

Duae sp̄es
inquisicio-
nis, interro-
gatio, &
percontatio

Matth. 7.
Inflati scia-
pharisei.

Matth. ii.

Esa. 40

los ecclesia sancta computat in catalogo prophetā, qui de summis rebus, id est, de verbi
incarnandi mysterijs sancti sp̄us oraculum mente percepérunt, voce & literis mūdo an-
nunciauerunt. Iohannes aut̄ non hoc modo verbo domini obsecutus est: quippe qui non
in vmbra futuroꝝ, sed in veritate erat p̄sentium: neq̄ proferebat propheticū sermonem,
cui attendendū esset, tanq̄ lucernā luceti in caliginoso loco, sed digito p̄tento mōstrabat
verę solem exortū eis, qui toti auersi, mortalitatis suę sequebanꝝ occasum, Christi nanq̄
humanitati pene coœuus aderat; cuius exortū non plus q̄ sex mensibus ipse ortu suo pr̄
cesserat. Igitur officio prophetā nō erat, recteq̄ hoc denegat requisitus, velut si dicat sp̄o
sæ paronymphus: Nō ego legatus, vt cæteri, xenia tibi vel eulogias à sp̄o tuo detuli: sed
ipse sp̄ous me architriclinū vel cōsecretalē habēs, ecce te nuptiali die cōuenit. Virtute au-
tem, vel gratia prophetā, imo plus q̄ prophetā erat: quia videlicet p̄sentem prophetā
omniū verticem Christū contingens, ipsius mysteria prophetis omnibus familiarius no-
uerat. ¶ Sed dicit aliquis: Cur interrogatus, vtrū esset prophetā, cū de officio negavit, de
virtute vel gratia reticuit? Videlicet quia cū hi qui interrogabāt ex aduerso confisterent,
quod & paulo post euāgelista latenter innuit, cū dicit: Et qui missi fuerant, erant ex phari-
sæs. Cū ergo iniqua vel infidiosa intentione starent ex aduerso, nō placuit Iohāni habi-
tatori spiritui sapientiæ, vt illis alio modo respondere dignaret. Tantū ad interrogata re
spondit parcitatem irreprehēsibili: q̄a videlicet nemo iure reprehendit, q̄ nō respondetur

vltra vel aliter q̄ modus inquisitionis exigit. ¶ Duo nāq̄ modi sunt inquisitionis: Vnus, q̄
proprie interrogatio dicitur, solo dialectici vtuntur, quo cū aliquid inquiritur, semper
aut̄ est aut̄ nō respōderi oportet. Hoc videlicet modo nūc isti aduersarij sunt vni dicentes:
Helias es tu? Propheta es tu? Alius vero modus inquisitionis est, q̄ nihilominus proprie
percontatio dicitur: quē dialectici nesciūt, quo cū aliquid inquirit, multa ac diuersa pro vo-
luntate vel sensu respondentis subiiciunt. Quo item isti tandem vtuntur, dicentes: L Quis
es, vt responsum demus his q̄ miserūt nos? Quid dicis de teipso? ¶ Quādiu ergo hi qui si-
bi sapiētes & prudētes videbātur, interrogationibus irreuerenter habitaculū tantæ gra-
tiæ pulsauerūt, simplici negatiōe iuxta modū inquisitiōis (vt par erat) cassati sunt. Vbi ve-
ro quomodo cūq; ad percontationē descenderūt, dicētes: Quis es, vt responsum demus

his q̄ miserūt nos, quid dicis de teipso? Tūc delectis illis sacerdotibus & leuitis, hoc de se-
ipso respondit, qd interrogare ipsi nō possent, quodq; auditū p̄e altitudine mysterij nul-
latenus attingere, ac p̄ hoc pede sui cōtemptus cōculcare nō possent. Ait: L Ego vox clā-
mantis in deserto, dirigite viam dñi; Sicut dixit Esaias propheta. ¶ Eant nūc magistri scri-
pturā, q̄ clauim scientiæ tulerūt, profitētes penes se magisteriū esse legis & prophetā,
eant isti, & suo sensu, si possunt, perspiciāt huius lectionis suę sacramentū, aut certe, si nō
possunt, humiliter ab ipso solui postulēt, à quo sublimiter est propositū. At illi sapiētes vi-
deri magis q̄ esse volunt, nescire q̄ discere malunt, nūc maxima, quādo ob hoc missi sunt,
quia tales æstimabantur, qui possunt comprehendere omne responsum, & de omnibus
quæ dicerentur certū habere iudiciū. Ergo praeve pudentes declinant animo retrorsum,
& hoc respōsum dissimulatores callidi, quasi nō audierint, surda aure p̄tereunt. Vnde &
rideant paruuli, qbus hæc & cætera talia reuelata sunt, abscondita aut̄ à sapiētibus & pru-
dentibus, qui humilem sp̄us altitudinē per superbiam nescientes, deiiciunt dum extollun-
tur & circa viles literæ sarcinulas occupantur. ¶ Ex hoc em̄, q̄ ait Iohānes: ego vox clā-
mantis in deserto, ex hoc dicto solis paruulis, id est, humilibus intelligi datur, q̄a cōtemp-
poralē Christo se esse fatetur. Ac si aperte dicat: Sicut supra dixi, nō sum ego Chrs, sed
ego ille sum, quē Esaias intentiori audiuit auditu clamantē vobis, vt paretis vias eius, q̄a
nūc adeſt idē dñs, scilicet Christus. Clamo em̄ nunc vobis, Parate viam dñi; q̄a videlicet
dico vobis, p̄cūnitentiā agite, appropinquabit em̄ regnū dei. Cū ergo vox hæc mea tanta
fit, vt tanto ante tēpore audierit propheta tātus super custodiā suā, imo sup custodiā dñi,
stans totis noctibus, & si aspiciēs à longe videns q̄ Christū, me q̄q; vidit & audiuit in sp̄u,
& gaudio attonitus exclamauit, dicēs: Vox clamantis in deserto, parate viam dñi, rectas
facite semitas dei nostri. ¶ Cū ecce tantus ego sim, vt de me q̄q; sit prophetatū, & hoies
me suspiciati sint ip̄m, quē expectatis, esse Christū: dignū est vt credatis mihi, cum vobis
ostendero Christū. Sicut em̄ ad hoc sit vox, vt verbū audiatur; sic ego ad hoc factus vel

natus

natus sum, ut per ministerium meum Christus, qui est incarnatum verbum patris, praesens agnoscatur. Et quid clamo? Parate viam domini. In via nunc est dominus, viam vitæ presentis est ingressus, & qui secundum se semper idem est, secundum nostræ mutabilitatis varietas ad grande opus proficiscitur. In via nunc est: Ecce tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam viam. Unde & quo iturus est: A summo celo egredio eius, & occursus eius usque ad summum eius. Nolite obuiare, nolite resistere, nolite offendicula ponere. Nam super quem ceciderit, cominuet eum: Vnde illis, quorum scelere in morte causus est: Dirigite ergo, inquit, viam domini. At illi surda (ut dictum est) aure clamore eius pertinacientes, quasi nihil dixerit, dicunt in conclusione sic: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Poterant eadē memoria tenere id quod nouissimum audierant, qua & superiora diligenter computant, nisi doctrinā maliūt inuidere quārere. Quod euangelista, ut supra dictū est, tacite innuit, cum subiungit: Et qui missi fuerat erant ex pharisaeis. Ex pharisaeis, inquit, erat, videlicet ex eis, qui non dei, sed suā quārebāt gloriam, qui clavim scientiae tulerat, & nec ipsi introibāt, nec alios intrare sinebāt. Quo virtute nunc Iohāni insistebāt, non solum pœnitentes, sed & alios inuitari ad pœnitentiā non ferentes, ac dicentes: Quid ergo baptizas si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Igitur, ut dictū est, quādo miserūt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas, & illi sic eū interrogauerunt, sic percontati sunt, tota expectante synagoga ludorum & pharisaeorum, à quibus missi sunt: Tūc perhibuit Iohānes de Christo hoc testimonium, quod magna ex parte supra scriptū & expositū est. Tūc exaudita est vox clamantis in deserto, imo à deferto venientis, ubi solitarius & Heliae p̄similis vitā aluerat, qualem decebat esse legitimi & immaculati testis, ne oculi, quā visuri erant presentiam veræ lucis, quippiā haurirent de omni quā in mūdo est concupiscentia carnis: ne digitus, quo p̄tentio demonstraturus erat agnus dei, vel manus, quas subitus & à quibus baptizandū erat caput, reuerendū potestatibus angelicis, aliqd tangeret de omni massa picis coinquinatīs, & pulchritudo oris, à quo primū audiendū erat testimonium gratiae & veritatis, aliquo modo defloresceret, loquendo aliquid vani aut otiosi sermonis. Tunc illa audita est vox magna, vox p̄clara, à deserto venientis: imo & illo deserto clamantis, ubi quondam iustitia habitauit, nunc aut homicida, quā eadē als, ex iustitia deserentes se deseruit, quorum ex conuentu erat hic, quibus (ut supra dictū est) infestis hoc modo respondit: Ego baptizo in aqua, medius aut vestrum stetit, quā vos nescitis. Ego quidē, inquit, non ab re, non absq; coelesti autoritate, non veniens à meipso, sed missus à deo, baptizo in aqua: & proinde sum oībus admirationi, & quis sim ego tantopere queritis, quia non de medio vestri, non de cōversatione cōmuni, sed à deserto venies, cū vocē p̄dicationis, actū & habitū præfero sanctitatis. Et hæc quidē nonnulla sunt, sed medius vestrum stetit, id est, in frequentia plebis iam dudum ambulauit, in coniunctu hominū assuefatus est, & habitatione cōmuni: quem tamen vos nescitis, quā scire expedit, quā quārere oportet, quā inuenisse prodest, in quā credere salus est. Ipse est qui post me vēturnus est & quā ante me factus est. Et cætera quā supra exposita sunt, quā hoc ordine ingressus fidelis orator elocutus est: auditores magis habēs attentos, quā dociles aut benevolos, curiositate, videlicet propria magis attētos quā benevolētia. Et extūc ipse quidē minui, Christus aut Iesus crescere cœpit, sed sic diminuēdo se corā hominibus, tantū creuit corā deo, ut ultra illū crescere nullus potuerit homo. Ego, inquit, baptizo in aqua. Iā in hoc diminutiōis eius magna est humilitas, quā cum dixisset, ego baptizo, addidit in aqua: videlicet ut subaudiāt quod paulo post dicturus est: Ille aut in spiritu sancto baptizat. Et quidē Christus quoq; in aqua baptizat: sed hæc est tertia, imo minima baptismi eius substātia. Tres quippe sunt quā testimonium dant in baptismo Christi: Spiritus, aqua & sanguis. Hoc, ut dictū est, aqua minimū est, in qua sola baptizabat Iohānes, antequā glorificato Iesu datus esset spiritus, imo & antequā lanceato Iesu fusus esset sanguis eius. Maximū est spiritus, in quo solo peccatoꝝ remissio datur, quam Iohannes dare non præualebat, baptizando in pœnitentiā baptismo Christi populu præparabat. Christus enim per aquā & sanguinem veniens, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine, solus in spiritu baptizat, testificante quō Christus est veritas, qui solus remissionē peccatoꝝ dat, aqua signatam, sanguine emptam, spū sancto effusam. Suā ergo diminutionis causa hæc ab ipso maioris ac minoris tamē longe differēs oppositio facta est. Amplius aut ac manifestius ex eo quod sequitur, semetipsum diminuit, ut crescat estimatio magnitudinis Christi. Ait enim: Ipse est quā post me venturus est, quā ante me factus est. Hoc superius expositū est, scilicet in eo post Iohānē venire Christū, quia nativitatē, p̄dicationē, baptismū quoq; & mortē eius, ipse nascendo, p̄dico, baptizādo quoq; & moriendo secutus sit. Et in hoc ante illū factus est, quod illi platus est. Sed hoc est magnum ac p̄clare humilitatis speculum, quod subsecutus ait: Cuius ego non sum dignus ut soluā eius corrigā calceamenti. Hoc etenim dicto p̄sentibus qui

XVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. I.

Soluere cor aderant nota similitudine, iuxta qd audire vel capere poterat, cū maxima sui diminutio-
 rigiam cal ne, Christi cōmendat excellentiā, & nobis de pectore fœcūdā gratiæ per pulchre signat
 clementi, illam, quā nunc videmus viduitatē vel abiectionē synagogæ. Mos enī apud veteres fuit,
Deuter. 25 vt si quis eā, quæ sibi competeteret, accipere vxorē nollet, ille calceamentū ei solueret, qui
Ruth. 4 ad hāc sponsus iure propinquitatis veniret. Cui aut̄ magis cōpetebat, vt vxor esset syna-
 goga q̄ Christo, cuius tota patris hæreditas, vel vniuersa quæ est ab initio vscq; ad finem
 seculi ecclesia. Quis em̄ patri propinquus magis q̄ filius? Sed hic competentē sibi vxorē
 ducere recusat, quia quondam deo coniunctam synagogam repudiavit. Non ergo putet,
Johan. 9 eadem synagoga, q̄ à Christo pro vitio suo repudiata, Mosen aut prophetas habeat, vi-
Alia expo delicit, q̄a sicut Iohannes de seipso testatur, nemo propinquus Christi dignus est, solue-
 ritio eiusdē re corrigiam calceamēti eius, id est, nemo patriarcharum aut prophetarum apud illā re-
 manere, vel eandē saluare potest, quæ Christi coniunctione indigna est. ¶ Quod tamē &
 aliter intelligi potest. Nā quia calceamēta ex mortuis animalibus fiunt, incarnatus domi-
 nus quasi calceatus apparuit, q̄a in diuinitate sua morticina nřx corruptionis assumpt.
Psalm. 59 Vnde & per prophetā dicit: In Idumæam extendā calceamentum meum, id est, gētibus
 innotescam per incarnationis meæ mysteriū. ¶ Sed hoc ipsum incarnationis eius mysteriū
 oculis penetrare nō sufficit, inuestigari em̄ nullatenus potest, quomodo corporatur ver-
 bum, quomodo summus & viuificator spūs intra vteꝝ matris animatur, quomodo is qui
 initiu non habet & existit & concipitur: Iohannes ergo soluere corrigiā calceamēti eius
 non valet, quia incarnationis eius mysteriū nec ipse inuestigare sufficit, qui hanc per pro-
Iohan. sym phetiæ spiritū agnouit. ¶ Sed o tu Iohānes, veritatis & gratiæ symmistes, nunquid non
 misites,
Eccles. 3
Esa. 52
Matth. 3
Psal. 18
Acto. 5
Joh. Bapt.
Matth. 11
Matt. 21
Matt. 3
Luc. 3

aderant nota similitudine, iuxta qd audire vel capere poterat, cū maxima sui diminutio-
 rigiam cal ne, Christi cōmendat excellentiā, & nobis de pectore fœcūdā gratiæ per pulchre signat
 clementi, illam, quā nunc videmus viduitatē vel abiectionē synagogæ. Mos enī apud veteres fuit,
 vt si quis eā, quæ sibi competeteret, accipere vxorē nollet, ille calceamentū ei solueret, qui
 ad hāc sponsus iure propinquitatis veniret. Cui aut̄ magis cōpetebat, vt vxor esset syna-
 goga q̄ Christo, cuius tota patris hæreditas, vel vniuersa quæ est ab initio vscq; ad finem
 seculi ecclesia. Quis em̄ patri propinquus magis q̄ filius? Sed hic competentē sibi vxorē
 ducere recusat, quia quondam deo coniunctam synagogam repudiavit. Non ergo putet,
 eadem synagoga, q̄ à Christo pro vitio suo repudiata, Mosen aut prophetas habeat, vi-
 delicit, q̄a sicut Iohannes de seipso testatur, nemo propinquus Christi dignus est, solue-
 ritio eiusdē re corrigiam calceamēti eius, id est, nemo patriarcharum aut prophetarum apud illā re-
 manere, vel eandē saluare potest, quæ Christi coniunctione indigna est. ¶ Quod tamē &
 aliter intelligi potest. Nā quia calceamēta ex mortuis animalibus fiunt, incarnatus domi-
 nus quasi calceatus apparuit, q̄a in diuinitate sua morticina nřx corruptionis assumpt.
 Vnde & per prophetā dicit: In Idumæam extendā calceamentum meum, id est, gētibus
 innotescam per incarnationis meæ mysteriū. ¶ Sed hoc ipsum incarnationis eius mysteriū
 oculis penetrare nō sufficit, inuestigari em̄ nullatenus potest, quomodo corporatur ver-
 bum, quomodo summus & viuificator spūs intra vteꝝ matris animatur, quomodo is qui
 initiu non habet & existit & concipitur: Iohannes ergo soluere corrigiā calceamēti eius
 non valet, quia incarnationis eius mysteriū nec ipse inuestigare sufficit, qui hanc per pro-
 phetiæ spiritū agnouit. ¶ Sed o tu Iohānes, veritatis & gratiæ symmistes, nunquid non
 saltē hoc scire potes, quā ob causam illa corrigia ligata est? Nunquid ignoras, quo vel qua
 li in diuersorio diuinitas calceata est? Nunquid nescis quali ex muliere verbū caro factū
 est? Ignoras tu cœlestis paronymphus & sponsi amicus, qd nos paruuli ecclesiæ filii non
 ignoramus? Cur ergo silet de hoc vox clamātis in deserto? Cur nō hoc euāgelizas, & vo-
 cem exaltas? Videlicet, quia tempus nondū est. Tempus em̄ loquendi & tempustacendi.
 Tempus hæc loquēdi tunc erit, cū filius hominis à mortuis resurrexerit. Non ergo ab re-
 gemit affectus amantis, & magno desiderio clamantis, suæq; imputat indignitati, q̄ tempus
 nō habiturus sit, vt currat cū speciosis pedibus super montes euangelizantis & præ-
 dicantis pacē, annunciantis bonū, prædicantis salutem, dicentis: Sion regnabit deus tuus
 ¶ Hunc affectus eius clamorē vehementē, euangelista Matthæus alijs verbis non minus
 exprimit dicens: Qui aut̄ post me vēturus est, fortior me est, cuius nō sum dignus calcea-
 menta portare. Quid em̄ est calceamēta eius portare, nisi p̄diūtum incarnationis eius my-
 steriū palam mundo annuciare? Fecerūt hoc apostoli, quos propheticus beatificans spi-
 ritus: Cœli, inquit, enarrant gloriam dei, & opera manūi eius annunciat firmamentum.
 Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnē terrā
 exiuit sonus eoꝝ, & in fines orbis terra verba eoꝝ. Et quis sonus? quæ verba eorum? In
 sole, inquit, posuit tabernaculū suū, & ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo,
 & cætera. ¶ Hoc etenim facientes apostoli, calceamēta eius in Idumæā, & in omnes alieni
 genas extensa portauerūt, pro quibus & cōtumeliā pati & mori digni sunt habiti. Iohā-
 nes aut̄ in spiritu præuidet enarrandæ illius gloriæ temporis, se nō esse seruandū, magnus
 quidē, & nullo minor apostolorū, sed de seipso humiliter sentiens, & gratiā, quæ in se est
 comparatione illoꝝ, qui illam dei gloriā enarraturi sunt, paruam ducēs. Scit nanq; quia
 priusq; Christus illa per passionē calceamēta deponat, suisq; electis per totum mūdum
 portāda imponat, ipse in angustijs Iudææ cōsummādus, & ad inferos descendens, sit: vt
 illuc quoq; officium suæ peragat præcursionis. Gemit ergo profitens, q̄ calceamēta eius
 portare vel corrigiā eius soluere indignus sit, id est, mysteriū incarnationis Chri gloriæq;
 resurrectionis nō mereatur cū beatis annuciare apostolis. ¶ Veruntamen nō Macherun
 p̄euāgeliū ta Galilæa oppidulū, non carcer Herodis adulteri tantū caput continere potuit, quin per
 Orbinotus omnē mundū quadrigis emicans euangelicis, cum firmamēto cœli enarraret gloriā dei,
 id est, cū beatis apostolis altisonū ferret testimoniu verbo dei, sicut vscq; hodie personare
 nō definit in euāgilio eiusdem filii dei, notus & inclitus, maxime ex illo famoso testimo-
 nio, qđ ei Christus ipse perhibuit, q̄a nemo inter natos mulieꝝ maior eo surrexit. L Hæc
 in Bethania facta sunt, trans Iordanē, vbi erat Iohānes baptizans. ¶ Quia locus qđ q̄z
 ri solet in caufis, scilicet celebris an desertus sit is, in quo actū quid vel dictū asseritur: be-
 ne locū quoq; euangelista, in quo tanta vox clamātis insonuit, subiicit dicens: Hæc in Be-
 thania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Iohānes baptizās. Ac si dicat: O vos scriba &
 pharisæi, testimoniu hoc, qđ de cœlo esse, nō potestis diffiteri, latere quenquam vestrum
 non potuit. Nā & propinquus erat locus, vt pote tantū quindecim stadijs distans ab Hie-
 rosolymis, & tunc nimiū celebris, q̄a videlicet ibi erat Iohannes baptizans, & egredieba

sur ad illum (ut alij quoq; euangelistæ referunt, & vestri non tacent historiographi) omnis regio Iudeæ & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabant ab eo, confitentes peccata sua. Marci, 18

¶ Excusabiles igit vos esse non sinit verbum domini, q; trans Iordanem tam prope ad vos accessit, & tali in loco talem p hominem, eo tpe quo misistis ad illum, testimonium phibuit veritati. Sed vos quidem non credidistis ei, at ille in Bethania, i. domo obedientie f. in ecclesia quæ est domus Christi, obediens fidei eius, itidem clamare non desinit, vos impietatis accusans, nos in fide Christi suo testimonio corroborans. Interea nemo qui ambigat, Iohannis animam desiderio suspensam, cœlo inhærere, & eum, quem intus agnoverat, foris querere oculis intentis & animo iugiter orante. Nam spū sancto edoctus, idcirco à deserto venerat, & confluentes ad se turbas excipiens baptizabat: vt eum, qui p̄tā mundi tolleret, venientē inter p̄tōres (quod proculdubio futurum erat) & ip̄e agnosceret, & cæteris palam ostēderet. Sic enim & ip̄e paulo post dicturus est. Et ego nesciebam eum, sed vt manifestaret in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Cum ergo staret in excelso speculator, omni mundo sublimior, desiderio vulneratus, & cœlū pulsans gemitibus, salutē suam videre sitiēs, vt eam & viuis ostenderet, & mortuis nuntiaret. Altera die vidit eum venientem ad se. Altera (inquit) die, postquam tanto clamore p̄co veritati obsecutus est, præmiū recipit fides, deuotio remunerata est. Magnum vtique recipit præmium, illud, f. quod ip̄e, qui sanctoq; oīm corona est & præmium, pro magno repromittit, dicens: Si quis diligit me, diliget à patre meo, & ego diligam eum, & manifisto ei meipsum. Quomodo enim Iohannes videns agnouisset eum, nisi aliqua ex parte Iesu manifestaret ei seipsum? Nunquid agnouisset eum, si veniens solam manifestasset ei serui formā, quā oēs videbant? Non vt iqb; quia (sicut iam dictum est) secūdum hoīs formam, vt Iohannes ip̄e testat, nesciebat eum. Vedit igit in forma hoīs illam, qua speciosus erat p̄ filiis hoīm, spēm & pulchritudinem, vedit mundo corde illam, quam protestatus fuerat p̄ eum factam esse, grām & veritatē. Vedit illum, & ait: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Hoc plane, quod dilatata mente vedit, hac breui enuntiatione mirabiliter expressit. Suavitatem dei, quam ex corporali pariter & spūali eius aspectu dupliciter delectatus degustauit, nobis protinus degustandā, gratulationis voce refudit. Qui eā exultauit infans in gaudio, cum adhuc esset parvus in utero, q; in aulam virgineam rex seculorū descēdisset: quanto exultauit tripudio iuuenis p̄dicans, cum idem rex Christus coram alloquēdus adesset? Et qui tam digna, quæ supra elocutus est, de illo sentire meruit, dum sola mēte videns exterioribus illum quereret oculis, quanto magis vbi illum inuenit dignum aliquid exclamando effari debuit aut potuit? ¶ Exclamauit igit, magno cōcussus impetu sancti spūs, & priorib; verbis quasi auro mūdo gēmā p̄tiosam supaddidit, dū gau dio mentis in vocē erumpēte, dixit: Ecce agnus dei, q; tollit peccata mundi. Cunctis nāq; superior sermo eius, quasi aureum subsellium rutilat in euāgelica Ch̄ri quadriga, hoc vero dictum tanq; pretiosissimus lapis ad augmētum decoris accedit, q; sancta ecclesia certatim rapiens in fronte & in pectore suo p̄fixum, frequētius cōcelebrat in laudibus Chri sti. ¶ Ecce (inquit) agnus dei: Vbi agnum audis, euidētem magni sacramenti aditum inuenis. Notum quippe est, quia p immolationē agni liberatus est ab Aegyptiaca seruitute populus dei, & Pharaonē cum oībus Aegyptijs, quoq; duritiam deceplagæ non vicerant per manum Moysi, solus agni crux, & vespertini mystica virtus sacrificij contriuit cæsis omnibus primogenitis, filios quoq; Israel p mare rubrum transfire fecit, submerso Pharaone cum curribus & equitibus suis. Hanc umbram futuroq; in veritate Ch̄ri mox adimplēdam, Iohannes propheta & plus q; propheta, digito demonstrat: Ecce (inquiēs) agnus dei, ecce qui tollit peccata muudi, ac si dicat: Non plagæ dece p̄ceptoq; quæ p Moysen data sunt, verberauerunt sufficienter vsq; ad plenam victoriā spūalem Pharaonem, libertatis & vitæ nostræ exterminatōrē: sed sanguis huius agni, i. hominis innocentis, qui nullum omnino p̄ctū fecit, agni veri absq; macula, quem nec originale, nec aliqd actuale peccatum offuscat, liberos nos ab illo mortis p̄posito & principe tenebrarum, transfire faciet in illam, quam in primo parente p̄didimus, patriam lucis & veram terram reprobmissionis. Non enim decem p̄ceptis tanquam in decem plagiis resistēdo spirituali Pharaoni, neq; in carnalibus sacrificijs, potuimus ad pfectum iustificari nos aut patres nostri: sed hic agnus tollet peccata mundi, quādō pendēs in cruce, rivo sanguinis & aquæ de latere suo profluentis, vniuersam ecclesiam suam emundabit, quantacunq; est vel erit, ab initio vsq; ad finem seculi. ¶ Hoc intendens hic ipse Iohannes Baptista, secundum alios euangelistas dicebat: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Debebat enim tam ip̄e q; omnes electi baptizari in sanguine Christi, quia videlicet hactenus excubabat foris vniuersa ab origine mūdi ecclesia, nō admittēte summae iustitię cēsura, vt celeste sanctua tiū ingredere antiq; p̄uaricatiōis delicto mēstruata. Vñ dicit vñus ex sanctis illis, sanctus Ego a te deo beo baptiziari Matt. 3 Luc. 3

Esaie. 64

& magnus Esaias propheta; Facti sumus ut immundi oīnes nos, oīes iustitiae nostrae sicut pannus menstruatæ. Ergo quod ait Iohannes, ego à te debeo baptizari, hoc tam de se quod de oīibus, quoniam p̄ordinati sunt ad vitā, veraciter sensit. Per solam quippe grām ad regnum cœloꝝ reducimur, quod nullis opeꝝ nostroꝝ meritis comparare possumus. Nam & Abraham potuit quidem p̄ fidem suam vel iustitiae, paterni reatus euadere p̄cnam: sed nullis meritis illam, qua in primo parente iuste exhaere datus est, potuit redimere gloriā. Res est non meriti, sed grāe, magnitudo vel æternitas cœlestis gloriæ. Gratis data est beatitudinis, gratis nihilominus data fuit primis parentibus humani gñis, gratis oīno, i.e. p̄ solam Christi gratiam redditur nobis, quicunq; per ip̄m nunc reconciliationem accepimus.

Roma. 3,11

Qui tollit peccata mundi Iligif solus & verus hic est agnus dei qui tollit peccata mundi. Quo dicto mirabilis prece veritatis breuiter vtranq; in una persona substantiam s. dei & hominis, ostendit, vtranque id est, passibilem humanitatis impassibilem vero diuinitatis, naturam confitendum exprimit. Nam ex eo quod homo est, potuit quasi agnus mansuetus portari ad victimam, dedicat corpus suum patientibus, & genas suas vellentibus, vt carnibus eius cibaremur, & lanis eius operiremur, & confixus atque lanceatus est vt sanguine eius postea nostra frontium signarent. Ex eo autem, quod deus est, quod potuit tollere peccata mundi, ascendens ad prædam, & rugiens apud inferos vt catulus leonis, non valente resistere antiquo p̄done, tyranno mortis, & nunc morte superata sedens ad dexterā patris, credētum in se potenter peccata dimittit. Bene ergo hic euangelista, cui propositū est, testimonia cōgerere diuinitatis Ch̄ri, dictum hoc nō omittendum putauit, p̄sertim cum tāti sit splendoris, vt ab hoc efficiatur, i.e. ab eo qui tollit peccata mundi, maxime comprobet id quod superius dictum est, plenum grāe & veritatis. Sequit: L Hic est de quo dixi, quod post me venturus est, ante me factus est, quod prior me erat. Ac si dicat: Ne alium suscipiat in nomine Ch̄ri, tanq; ip̄e fit Christus, neque seducamini, quando dicent vobis, ecce hic Christus, aut ecce illic: quia hic & nō alias, hic (inquit) est Christus, de quo dicebam vobis: Hic est qui venit benedictus in nomine dñi: alias cum venerit in nomine suo, videte ne illum suscipiat. Hic Iesus (vt putat filius Ioseph) Christus est, tpe certo, & præfinitis diebus natus in Bethleem, ex semine Dauid, s. quando ablato sceptro de Iuda, & duce de fœmore eius, alienigena Herodes in regno Dauid principabat. L Et ego nesciebam eum, sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Ne queo satis ammirari regem oīm artificem, oīm habentem virtutem, omnia prōspicente dei sapientiam: quō summis in negotijs non dedita comitem habere secularē eloquentiam, sic utrat illa veluti ancilla, sic secum illam abducat vt magnitudine sua totam operiat; adeo vt non nisi à diligentissimis internosci queat garrulæ huius pedisseque p̄sentia. Ecce enim dum sapientes in astutia ip̄orum comprehendere gestit, evidentissime syllogismū fecit. Supra nanq; p̄ hunc Iohannē Baptistam, fidelem suā voluntatis interprētem proposuerat prouide, de absente Christo dices, quia prior me erat, de plenitudine eius nos omnes accepimus, & grām pro gratia &c. Concessit auditor omnis populus, imo & libenter accepit, Ch̄rū magnum fore regem, magnum & inclatum ducē, habiturum coronam regni in capite suo, & dominatur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarū. Hæc enim vna etat oīm snia de Ch̄ro, & sic prophetæ indicauerant de illo. Tanto ergo attentius audierant, & tanto proclivius testificantur Iohanni concesserant, quanto carnalibus subditi affectibus, voluptates corporis & omnium rerum affluentiam, & p̄ oīa carnale seculum, Ch̄ro regnante, sibi nō defuturum sperabant. Igif constante apud auditores tanti p̄conis propositione, veniente tandem Iesu inter alios homines ad Iohannem, assumit spūs sanctus p̄ os eius dicens: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi; Hic est de quo dixi &c. Ad hæc auditor, qui supra nullatenus cōquiescit, imo quantis potest argumētis depugnādo contradicit: Iesus enim homo Galileus erat, inter eos, vt cæteri homīs, habet enus ambulauerat, tanq; in patria sua. Sed profecto verē est illud, quod nemo propheta acceptus in patria sua. Oportet ergo vt hic, quod assumitur, configat in eadē assumptione sua, quod & facit, validis vtens testimoījs, & ad ultimum cōcludens sic: Et ego vidi & testimonium phibui, quia hic est filius dei. Igif cū dixisset, ecce agnus dei, & cætera: protinus ad confirmationem sui sermonis, & confirmationem aduersarij, sumptum de cœlo testimonium infert, cum dicit: L Quia vidi spūm dei descendente sicut columbam, & manente in eo. Et vt purū esse ostendat testimonium suū, ab omni humano fauore vel grāe, & ego (inquit) nesciebam eum. Ac si apte dicat: Cur me æstimes grāe vel fauore humano cōductum, hoc illi phibere testimonium? Ego nesciebam eum, quippe quod cum in deserto anachoreta essem, nullam ante hac habueram cum illo conuersationem, nullumq; colloquiū. L Sed vt manifestaret in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Id est, nō veni à deserto, eo quod scirem eum, sed veni ego idcirco, vt scire eū. Sed dicas mihi: Vnde vel hoc nosse poteras, quod in aqua baptizans inuenires eū, nisi quod sciebas eum?

Esaie. 53**Exodi. 12
Gene. 49**

Hic ē, de quod dixi, s. versus Chrūs March. 24. Luce. 17. Matth. 21. Luc. 3. Gene. 49. Eloquētia etiā i diuinis elogis. Iob. 5. Carnal opiniatio nū ludeo rū de regno Ch̄ri Psal. 76. Matt. 13. Luce. 4. Validū te stimoniū Ioh Ba pt de Ch̄ro. & magnus Esaias propheta; Facti sumus ut immundi oīnes nos, oīes iustitiae nostrae sicut pannus menstruatæ. Ergo quod ait Iohannes, ego à te debeo baptizari, hoc tam de se quod de oīibus, quoniam p̄ordinati sunt ad vitā, veraciter sensit. Per solam quippe grām ad regnum cœloꝝ reducimur, quod nullis opeꝝ nostroꝝ meritis comparare possumus. Nam & Abraham potuit quidem p̄ fidem suam vel iustitiae, paterni reatus euadere p̄cnam: sed nullis meritis illam, qua in primo parente iuste exhaere datus est, potuit redimere gloriā. Res est non meriti, sed grāe, magnitudo vel æternitas cœlestis gloriæ. Gratis data est beatitudinis, gratis nihilominus data fuit primis parentibus humani gñis, gratis oīno, i.e. p̄ solam Christi gratiam redditur nobis, quicunq; per ip̄m nunc reconciliationem accepimus.

Messias tenebras nostras dispulit, eumq; nobis ostendes; Ecce (inqt) agnus dei, quod d^r interpretatum Ch^rus. ¶ Hoc Andreas nō dixit, sed euangelista, verbum Hebraicum volēs aprire, Græcis & Latinis, de suo apposuit. Messias nanq; Hebraice, Grece, Ch^rus, Latine d^r vinctus. ¶ Intuitus autē Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iohanna, tu vocaberis C^æphas quod interpretat Petrus. ¶ Magnum & ineffabile gaudium B. Petro præsignat hoc primū intuentis & alloquentis eum dñi predicamētum. Si ènī cunctis apostolis & omnibus sanctis gaudēdum est in hoc seculo, quod eorum nomina scripta sunt in ccelo, quanto magis huic beatissimo letandum est, qui (vt ita dicam) in capite libri nomen suum inuenit scriptum? Non em̄ aliquē adhuc dominus proprio vocauerat nomine, nec postea quenq; tam familiarī descripsit inspectione, ne tam amica expres sit intentiōe. Causam autē huius nominis ex alio secundum Matthæum cognoscimus euangeli loco. Nam cum dixisset Petrus: Tu es Christus filius dei viui. Respondēs Iesus, dixit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus quia est in ccelis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. Tanq; si quereres, cur Petrum illum nominaret, rōnem in humilitate sua pro tpe latente subdidit: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. Claret ergo, quia Christus super seipm, videlicet firmā petram, suam ædificaturus ecclesiam, vbi vidit, imo intuitus est (vt ait Euangelista) id est, diligēter respxit illum, quē primū post se volebat eiusdē esse fundamētum ecclesiæ. Hac de causa Petrum à seipo petra prima denominavit, vt pote in quo post seipo tota constituta erat fabrica spūalis ædificiū. ¶ Sed & ex fine presentis capituli maxime idem potest intelligi. Sic em̄ finit: Amen dico vobis, videbitis ccelos apertos, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis. Quod dum dicit proculdubio mittit nos ad historiam, vbi Iacob lapide supposito capiti suo vidit in somnis scalam ccelos tangentē, & angelos dei ascendentēs, & descendentes per eam. Surgensq; mane, tulit lapidem, quē supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundēs oleum desuper. Ille nanq; lapis profusus oleo, ipm significat vntū spū sancto. Vnde & singulariter dominus Ch^rus, quia praecōsortibus suis est vinctus. Sed de hoc plenius paulo post dicēdum est. ¶ Igif Simon quod interpretat obediens, quia primus petræ illi erat superponendus, super quam ecclesia ædificat, pulchre mutato nomine Petrus ab ipsa petra denominat, per quod significatum est, quia cunctis qui super illud fundamētum (quod est Christus) ædificant, iuxta Prophetam vocandum sit nomē nouum, quod os domini nominavit. ¶ In quo nec illud vacat, quia tali loco vel tempore dicit filius Iohanna, quia videlicet, sicut nomē illi commutat, sic à carnali patre vel generatione ad spūalem transfertur, vt deinceps sit pater eius ille sponsus qui de latere suo sponsam sibi erat ædificaturus, in qua sicut primus lapis, sic & primus merebat esse filius. ¶ In crastinum noluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. ¶ Ne casu accidisse putes, quia Philippum inuenit, voluntatem eius Euangelista præmisit. Nihil em̄ per casum diuinæ prouidentiæ occurrit, nihil temerarium, nihil fortuitū, cuncta videntibus oculis eius se ingerunt. Bene ergo dicturus, inuenit Philippum, præmisit, voluit exire, quia idem est, ac si dixisset: volens inuenire Philippum, imo volens de aqua facere vinum, ibiq facere signorum initii, vbi postmodum iuxta Matthæum primo predicaturus erat, & dicturus, appropinquabit regnum cœlorum, volens omnino prophetiam implere, dicentē: Primo tpe revelata est terra Zabulon, & terra Nepthalim, via maris trans Iordanē Galilææ gentium, exiuit in Galilæam, & inuenit Philippum. ¶ Inuenit, vt pote quē quæfuit. Ipsum em̄ cum omnibus sanctis praesciuit & predestinavit, atq; idcirco exiuit, vt vocaret tunc, quē ante secula praesciuit & predestinavit. Inuenit autem nō eo modo, quo nos inuenisse dicimur, cum quia libet videmus quod antea non videntes quærebamus. Sed quia dicit pastor bonus, inueni ouem meam quæ perierat, quomodo dicit mulier, cōgratulamini mihi, quia inueni dragmam meā quam predideram, quia itidem inuenit singulos nostrum, quando ad fidem suam nos colligit qui fueramus perdit, eodem modo nunc eodemq; predere dictum est: Inuenit Philippum. ¶ Dixit ei: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. ¶ Et hoc ipm prescierat, quia mox vt diceret ei: Sequere me, surgeret, & sequendo obediret. Iam em̄ grā sua nescientē praeenerat, & anteq vocem ad aures dirigeret manum suam ad trahēdum illum in cor eius miserat. ¶ Erat autē Philippus à Bethsaïda ciuitate Andreæ & Petri. Hoc opus diuinā maxime commēdat grām, quia de ciuitate peccatrice tres isti vocatis sunt, magni patres iustorum atq; credētum. Bethsaïda nanq; peccatrix erat ciuitas int̄m, vt & illi domins, sicut Matthæus refert, exprobret, ac dicat: Vera tibi Corozaim. Vera tibi Bethsaïda, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, profecto in cilio & cinere pecciam egissent. Cum ergo de ciuitate illa, cui propter incredulitatē & imp̄ciam, vera pronuntiat veritatis iudiciū, tanti patres vocari ad gaudium, & ad pacem uniuerso mundo euangelizandū, eligi meruerunt, cuius opus, cuius est hoc donū nisi gratia dei quæ

dei quæ suos præueniens & subsequens electos in debitum illis præstat beneficiū. Sequit̄
 Inuenit Philippus Nathanael. ¶ Quærens utiq; Philippus Nathanael inuenit, vt eum
 participem p̄sentis ficeret gaudij, & iuxta nomē suum (Philippus em̄ interptat os lam-
 padis) proximū suū illustraret, festinat lumine boni nuntij. ¶ Et dicit ei: Quæ scriptit Moy-
 ses in lege, & prophetæ inuenimus Iesum filiū Ioseph à Nazareth Galilææ. ¶ Ordo ver-
 bōrum est, Iesum filiū à Ioseph Nazareth Galilææ inuenimus ip̄m esse, quæ scripsit Moyses
 in lege & prophetis. Hoc inuenimus, ita esse didicimus, talē tantumq; hoīem de tam hu-
 mili loco, s. à Nazareth Galilææ, lucerna probabiliū testimoniū prodente, exortum agno-
 uimus. ¶ Opportuna descriptione vsus est, quia videlicet multi vocabulo Iesu nuncupa-
 bant, idcirco cum proprio nomine, ipsius ciuitatis quoq; nomē posuit, & patris eius, qui
 erat Ioseph vt putabat. In quo & verā tenuit legē historiæ, quæ est, opinionē vulgi pro-
 tpe, & loco nō omittere. Et mendaciū notā non incurrit, patrē illū nominādo, q; non erat
 pater eius carnalis. Si em̄ hī, q; alienos sibi adoptant filios, non incōgrue dicunt p̄s eoꝝ,
 quos paterno sibi affectu adoptauerunt, quanto magis hic vnicus, & singularis dñi nutri-
 tus, pater eius nō incōueniēter dī. Natus em̄ pupillus in hoc seculo, i. absq; carnali patre
 dñs, illo beato viro pro patre in oībus vsus est, & in illa generatiōis scala, quæ p̄ Matthæ
 um texit, eidem sancto Ioseph om̄nis humanæ opis indiga humanitatis eius natura tanq;
 gradui sup̄mæ innixa est. Hoc ergo audito. ¶ Respōdit Nathanael, & dixit: A Nazareth
 potest aliqd boni esse. ¶ Nathanael, q; a legisperitus erat. Vnde & Philippus ei nuntiādo
 prædixerat, quæ scripsit Moyses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum, sciēs q; a de Beth
 leem ciuitate Dauid secundum scripturas, & de semine Dauid, nasciturus esset Chfus, du-
 bitat vel quærit, vtrū à Nazareth possit aliqd boni esse eiusmodi. Nesciebat em̄, neq; sibi
 fuerat indicatum, vel si q; sciuit, ab eius memoria poterat esse obliteratum, q; in diebus
 professionis ascēdisset Ioseph à Galilæa in ciuitatē Dauid quæ vocat Bethleem, eo quod
 esset de domo & familia Dauid, vt profiteref cum Maria despōsata sibi vxore prægnāte. ¶ Et forte hoc sciebat, q; Ioseph vel ip̄a quoq; Maria, quæ in Nazareth habitabat, de Beth
 lehemitico genere, & semine Dauid esset. ¶ Et idcirco quomodolibet distinguat, qđ ait:
 A Nazareth p̄t aliqd boni esse, siue interrogando, siue affirmando à vero sensu nō disere
 pat. ¶ Vedit Iesus Nathanael veniētem ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita in quo do-
 lus nō est. ¶ Et hic plane Saluator apertis gr̄æ suæ vidit oculis, illis nimisq; oculis, qbus nos
 oēs, anteq; essemus, vedit & p̄destinavit. Nec poterat ignorare, quali mente veniret ad se. s.
 q; in simplicitate cordis quæreret deum, iuxta qđ scriptum est: Quæ sunt in corde homi-
 num oculi tui vident, & in libro tuo om̄nes scribent. Homo videt in facie, deus autem in
 corde. Quam ergo sūiam de illo sine errore scriperat in libro suo, statim protulit, dicens t̄ Psal. 138
 Ecce vere Israelita in quo dolus nō est. Dignū utiq; spectaculo illum esse significat, dicē 1. Reg. 16
 do, ecce, facitq; opportunā Israelitæ distinctionē, addēdo vere, & in quo dolus nō est. Non em̄ om̄nes q; secundum carnē ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ, sed hi tm̄ in qbus do-
 lus nō est, q; recto corde sunt, & deum videre sitiunt, reputant Israelitæ. At ille vultu ala-
 cer, & mēte alacrior, vt vere Israelita filius illius, q; cum deo luctatus est. ¶ Dicit ei Natha-
 nael: Vnde me nosti? ¶ Qua p̄cōtatiōe hoc ip̄m indicat, q; iuxta veritatis testimonīi ve-
 rus sit Israelita. Falsi nanq; Israelitæ nimium delectant laudibus suis. s. non attendentes,
 vtrum laus ipsoꝝ ex hoīibus, an ex deo fit. Hic autē audiēs vnḡ Israelitā se appellari, qđ
 magnæ est laudis, magnisq; pretiū. Vnde (inqt) me nosti? Subaudis quē hac tenus secundū
 hoīem nō vidisti? ¶ Respōdit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum essem
 sub fīcu, vidi te. ¶ Hoc est quod quærebat. s. deum ac dei filium, q; secundū diuinitatē vbiq;
 præsens, etiā illos videt, qbus corporaliter p̄sens nō est. Att̄ comparatiōe maiorꝝ, paruū,
 hoc est, quod illum sub fīcu se vidisse testatus est. ¶ Vedit enim non solum illum, sed &
 om̄nes electos suos, cum essent sub fīcu, vedit misericordiā suæ oculis, id est, cum primus
 parens illorum factus, mandati transgressor, consutis fīci folijs pudenda cōtegeret. Iam
 tunc vedit eos, & miseratus est, iam disponebat misericorditer quo illos ordine à præua-
 rationis reatu liberaret. Verus ergo Israelita Nathanael, in quo dolus nō erat, quia nō
 more phariseorum veritatem sciens impugnabat, sed cognitam simplici corde dilige-
 bat, cito ac breuiter satisfactum sibi Christum quærenti, protinus indicat. Nam sequitur:
 ¶ Respondit Nathanael, & dixit: R̄ abbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Loco p̄senti subfi-
 cit, & tenetur animus amator fidei, circumpiciens & scire ardens, quo post tam sonorā
 confessionem filij dei dilectus iste Nathanael deuenerit. Nusquam em̄ comparet, neq; in
 hoc Euangelista, neq; in aliquo cæteroꝝ, nisi quod post dominicam resurrectionem, hic
 idem Iohannes euangelista, eiusdem modo facit mentionē. Erant simul Simon Pe-
 trus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & duo filii
 Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Et quis non optaret, vt lucerna tantæ claritatis ne-
 quaqua

Quotmodo
Ioseph dī
pater Iesu,
Luc. 3

Matth. 1

Mich. 5
Gene. 40

Lucas. 2

Psal. 138
Ecce vere
Israelita
Roma. 19.
Gene. 31.

Qđ Chrs
vidit nos
cū essem
sub fīcu
Gene. 3

Iohann. 21
Matth. 3

XXXVI.

RUPERTI IN IOHANNEM CAP. I,

quaquam sub modio lateret, sed supra candelabrum poneret, & oibus qui in domo eccl^{ie} sunt, luceret? Quis rogo nō cuperet, vt tantus confessor filij dei computaret inter magnos apostolos Chri^m? Quid em amplius Petrus confessus est, q nō solum apostolatum, sed & præ cæteris claves meruit regni cœlo^r? ¶ Quærenti hoc forte dicat aliquis: Petrus pescator erat. Nathanael legisperitus erat. Propositum autē deo fuerat, vt p infirma & cō temptibilia mundi fortia confringeret, & p ea quæ stulta fuerant, confunderet sapientes. Igit in proposito pescis, pescatoris Petri fidem & confessionem nō solum apostolatu, sed & cœlo^r clauibus remunerauit. Nathanaelis autē confessionē, nec apostolico remunera-

I.Cori. 1 Propter do-
nū scīæ ne-
mo repellit
a regno dei
Esa. 11
Danie. 12
Actor. 22
Galat. 2 tam ordine, q a legisperitus erat, inferius dereliquit. ¶ Cum hoc dixerit qs, non sic oīo satisfaciet studio lectori, quia videlicet spūs scīæ, qui vñus est de septem spiritibus dei, cum sit honorabile donum dei, nullo modo fidei veritatem vel meritū diminuit. Imo docti sanctitas, sanctam rusticitatē p̄cellit (testante angelo) qui ad Danielē dicit: Quia docti fulgebunt sicut splendor firmamēti, & q ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ad summam maxime, & illud repugnat, qd Saulum magnæ scīæ sacrariū & (vt ipse fatebatur) ad pedes Gamalielis eruditū, dñs ab apostolica ḡfā nō repulit, sed q operatus Petro in apostolatum circūcisionis, opatus est & huic inter ḡtes, & creditū est mihi (inquit) euangelium p̄puti, sicut & Petro circūcisionis. ¶ Quærimus igit, vbique iste deo amabilis Nathanael delituerit, quia (sicut iam dictū est) p̄ter hunc, & alium supramemoratū locum, in cunctis euangelistæ diuersorū nūs quā villa vestigia parent huius nominis. Rursus autem aspicientes ad duodecim sedes & sedentes, in illis videmus, Bartholomæum, Philippo (per quem Nathanael iste vocatus est) vbique cohærentem, quē ignoramus quando vocatus sit, sicut nescimus Nathanael, post q vocatus est quo deuenerit. Et sicut hic euangelista Iohannes, qui de Nathanael scripsit, sparsim cunctos nominans apostolos, de Bartholomæi nomine omnino tacuit, sic econtra cæteri euangelistæ q vbi que Bartholomæum Philippo coniungunt, de nomine Nathanael omnino tacuerunt. Constat vero, quia Bartholomæus non hebraicum, sed Syrum nomen est, qd Latine d^r filius suspēdati aquas. Nathanael autem Hebraicum, & interptat donum dei Fortassis ergo hic ipse Nathanael, qui erat à Chana Galilææ, Bartholomæus est, qd interpretat filius suspendentis aquas q a tertia die cum nuptiæ fierent in illo vi^{to} suo Chana Galilææ, forte p occasionem eius dñs inuitatus ad nuptias, aquas in vinum cōvertens in admiratione omnium illas suspenderat. ¶ Sed audiamus quid huic confessori suo filius dei, rex Israel, vñus idem p̄ homo, r̄siderit. ¶ Quia dixi tibi, vidi te sub fico, credis, maius his videbis. Hoc plane de seipso sperare potest quisque fidelis. Cum em parua quæ sentis de verbo dei fideliter & intentione bona depromit, dignum se exhibet, cui reuelat maiora pater q est in cœlis, quæ reuelare non p̄ caro & sanguis. Vnde scriptum est in Psalmo: Os meū aperiui, & attraxi spm. Os nanque suum aperiens. s. cōfitendo ad salutem, qd corde credit ad iustitiam, spm sanctum attrahit, qui in ampliori cognitione veritatis, bonum eius implet desiderium. ¶ Et dixit illis: Amen dico vobis, videbitis cœlum aptum, & angelos dei descendentes & ascendentess sup filium hoīs. ¶ Hoc illis dicto illud quod nesciebant, videbundum repromittit. s. p passionē suam cœlum esse aperiendum, futuramque angelorū & hominum cōcordiam, qui prius inter se discordes fuerāt, clauso hominibus cœlo, & subtexto pariete inimiciis propter originale peccatum. Non enim fuerat haec tenus ille angelorū & hominum consensus, vt venientes sancti angeli exeunte de corporibus animas beatoru hoīm, p parentes portas cœli inferrent (vt nunc faciunt) venerantes & adorantes in rege ac deo suo naturam hoīm, qui sine vehiculo angelorū potēter ascendit in cœlum, ponens nubem ascensum suum, & ambulans sup pennas ventorū. Hoc plane videndum veris promittit Israelitis, vt quod in figura puidit carnalis pater eorū Israel, hoc in semetipso reuera cōplendum esse pronuntiet. ¶ Jacob nanque egressus de Bersabee, & perges Aran, cum venisset ad quēdam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitu, tulit de lapidibus qui iacebāt, & supposuit capiti suo, dormiuitque in eodē loco. Veditque scalam stantem sup terram, & cacumē illius tangēs cœlum, angelos quoque dei ascendentes p eam. Jacob ille, q postea dictus est Israel, veros significat Israelitas, qualis iste erat Nathanael, de quo paulo ante dixerat dñs: Ecce verus Israelita in quo dolus nō est. ¶ Lapis autem ille, que capiti suo supposuit vt dormiret, hic eundem Christum significat, lapidem angularē, que falsi Israelitæ reprobauerunt, & dificantes. Hunc enim quicque supponit capiti, id est, cor di suo, dormit securus, quia mundi diuitias contempnit, & ideo passionibus mundi nō perturbatur, nihil habens in seculo cur gaudeat, cur timet, cur speret, cur doleat. Secura nanque mens est, vbi propter Chrm hæc desunt, dicitque is, qui lapidi Chrm sic superposuit caput. i. cor suū, vt his passionibus careat. Ego dormio, & cor meum vigilat. ¶ Fece runt hoc illi maxime, q tunc audiētes vocem eius, dicentis: Venite ad me omnes, qui labo-

Matth. 16
Psal. 118
Roma. 10. Hoc plane de seipso sperare potest quisque fidelis. Cum em parua quæ sentis de verbo dei fideliter & intentione bona depromit, dignum se exhibet, cui reuelat maiora pater q est in cœlis, quæ reuelare non p̄ caro & sanguis. Vnde scriptum est in Psalmo: Os meū aperiui, & attraxi spm. Os nanque suum aperiens. s. cōfitendo ad salutem, qd corde credit ad iustitiam, spm sanctum attrahit, qui in ampliori cognitione veritatis, bonum eius implet

Per Chrm
inter ange-
los & hoīes
concordia
Ephe. 2 desiderium. ¶ Et dixit illis: Amen dico vobis, videbitis cœlum aptum, & angelos dei de-
scendentes & ascendentess sup filium hoīs. ¶ Hoc illis dicto illud quod nesciebant, vide-
bundum repromittit. s. p passionē suam cœlum esse aperiendum, futuramque angelorū & homi-
num cōcordiam, qui prius inter se discordes fuerāt, clauso hominibus cœlo, & subtexto

Psal. 103 pariete inimiciis propter originale peccatum. Non enim fuerat haec tenus ille angelorū & hominum consensus, vt venientes sancti angeliexeunte de corporibus animas beatoru hoīm, p parentes portas cœli inferrent (vt nunc faciunt) venerantes & adorantes in rege ac deo suo naturam hoīm, qui sine vehiculo angelorū potēter ascendit in cœlum, ponens nubem ascensum suum, & ambulans sup pennas ventorū. Hoc plane videndum veris pro-
mittit Israelitis, vt quod in figura puidit carnalis pater eorū Israel, hoc in semetipso reuera cōplendum esse pronuntiet. ¶ Jacob nanque egressus de Bersabee, & perges Aran, cum

Gene. 28 venisset ad quēdam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitu, tulit de lapidibus qui iacebāt, & supposuit capiti suo, dormiuitque in eodē loco. Veditque scalam stantem sup terram, & cacumē illius tangēs cœlum, angelos quoque dei ascendentes p eam. Jacob ille, q postea dictus est Israel, veros significat Israelitas, qualis iste erat Nathanael, de quo pau-

Psal. 117 lo ante dixerat dñs: Ecce verus Israelita in quo dolus nō est. ¶ Lapis autem ille, que capiti suo supposuit vt dormiret, hic eundem Christum significat, lapidem angularē, que falsi Israelitæ reprobauerunt, & dificantes. Hunc enim quicque supponit capiti, id est, cor di suo, dormit securus, quia mundi diuitias contempnit, & ideo passionibus mundi nō per-
turbatur, nihil habens in seculo cur gaudeat, cur timet, cur speret, cur doleat. Secura nanque mens est, vbi propter Chrm hæc desunt, dicitque is, qui lapidi Chrm sic superpo-
suit caput. i. cor suū, vt his passionibus careat. Ego dormio, & cor meum vigilat. ¶ Fece-
runt hoc illi maxime, q tunc audiētes vocem eius, dicentis: Venite ad me omnes, qui labo-

ratis

ratis & onerati estis, & ego reficiā vos relinquentes omnia veniebat ad eum, & discere ab ipso, quia mitis est & humilis corde, ut in humilitate cordis eius, tanque super solidū lapide dormientes, & animabus suis requie inuenientes, mysteria regni dei sciret, quæ scire nō possunt superbi, inter quos sempurgia sunt, qui ad lites & cōtentiones vigilat. Hi viderunt cœlū apertū clauibus illis, quas præcipuo vicario suo Petro dominus tradidit, viderunt extinctū flammeum gladiū, qui positus fuerat ad introitum paradisi, & exergesci repente sono aduenientis super eos spū sancti pauentes & exclamantes annunciauerunt nobis. ¶ Qui & illū tollentes lapide, super quem requieuerant, erexerunt in titulum, ut omnes videremus & crederemus in illū, & spirituali ædificio constructis super eundē lapide sanctæ ecclesiæ parietibus, quod terribilis est, inquiunt, locus iste, scilicet portis inferi quæ non præualent aduersus eum. ¶ Non est hic aliud nisi domus dei & porta cœli: videlicet per quam ascendunt & descendunt angeli supra filium hominis, ascendentes ad diuinitatis eius contemplationē, descendentes autē ad humanitatis vel passionis ipsius generationē. Per hanc enim solam & vnicam portā descendunt angeli ad ipsum filium hominis, deū & regē suum, habitantem per fidem in cordibus nostris, & ascendunt per illos scalæ gradus, quos moraliter intelligimus diuersos virtutū esse profectus: quibus duo latebra, scilicet corpus nostrū & anima, insignita sunt, cœlūque recta via cōtingunt: quo sanctis angelis suffragati bus, qui nobis per mortē Christi amici facti sunt, deportemur. Sequit, Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est aucte & Iesus & discipuli eius ad nuptias. ¶ Gloriā filij dei pcedit semp humilitas vnius eiusdem filij hoministqd agnoscit promptū est fere in omnibus, quæ fecit vel pertulit in terris nostræ salutis voluntariæ intētus operationi. Natus de fœmina, virginis lactat vberibus, pronus inuolutus, ab angelis gloria in excelsis deo canētidus collaudat, & in presepsis angustia positus, in latitudine cœli stella fulgenti declarat: ad templū tanque peccator deportatus, à Simeone lumen verū predicatur: & inter peccatores ad serui sui baptismū veniens, voce patris & spū sancto visibili specie super illū apparente, sanctus sancto, manifestatur: fraudes perfert tentatoris, & mox accedentes angeli ministrat ei. ¶ Sic & nūc cum hominibus carnalibus ad nuptias inuitatus, venire nō dedita, & mox aquā in vinū cōuertēs, deus verus, elemento deus, & naturæ imperator comprobatur. Sic em̄ gloriæ est, miraculum hoc fecisse, & elementū supra naturæ suæ leges sola voluntate eleuasse, quod vtque ad diuinam eius maiestatē credendā, solum posset sufficere. Sic magnæ & predicandi humilitatis infigne est, eum, qui absque viro cōceptus est, & salua matris integritate natus est, ad nuptias venisse, quibus virginitas amittitur, & in inferiori gradu coniugato tribulatio carnis acquiritur. Inferioris quippe gradus est quālibet honorabile cōiugiū, & thorus, quantumvis immaculatus: altioris aut̄ honoris & gratiæ sacra virginitas, quā pia commendat humilitatis venustas. ¶ Nō ita contra quosda hæreticos, qui nuptijs detraxerūt, coniugia defendimus, vt alijs cōsentientes, virginitati nuptias co*z*quemus, aut etiā impudēti temeritate proferamus. Quis em̄ nesciat, bonū quidē & à deo constitutū esse coniugū, sed ipsam vitiata esse coniugū naturam. ¶ Nam cum homini primo deus vxorem fecisset, in adiutoriū scilicet propagada sobolis, benedixit eis, dicēs: Crescite & multiplicamini, & replete terrā, & subiçite eā. Eratque in benedictione sic data generationis facultas, vt absque omni iniuria carnis superbientis, & aduersantis spiritui, absque omni pruritu libidinis, soli nascentur electi, & ad decimi ordinis restaurationē prodestinati. ¶ At vbi veneno serpētis antiqui homo intumuit, deiectus est ab illa potestate suæ carnis, & qui in honore positus fuit, cōparatus est iumentis insipitibus, & similis factus ē illis. Statim em̄ cōiuges honesti, qui fuerat rationales cōditi, cōperūt rationabiliter cōmoueri, cōcepitque caro cōmouere spiritū, vt suis nutibus seruiret, cuius erat cōditio talis, vt ipsa spū imperio, sicut decebat, obtemperaret. Vnde semetiplos erubescētes, folijs fici consutis pudēda contexerunt. ¶ Pugnat extunc caro cū spiritu, in quālibet sanctis aut iustis coniugibus, & quantumuis sancte reliquo tempore viuant, carnemque spiritui subiçiant, de si copulantur, superior caro inferior spū est, totaque mentis acies sic obruitur, vt deū nequeat meditari, orationi vacari nō possit. Vnde Paulus cum dixisset secundum indulgentiam, nō secundum imperium: Nolite fraudare inuicē, statim subdidit: nisi forte ex consensu ad tēpus, vt vacetis orationi. Vitiata ergo, vt predictū est, coniugum natura, permanet quidem quæ ante peccatum data est benedictio, dicētis: Crescite & multiplicamini, & replete terrā: sed bonū hoc imminuit vitiū, quod per peccatum accessit. Et quod valde dolendum est, illa tribulatio carnis non deficit in complexibus coniugij, quæ à deo iuste imposta est mulieri, quando dixit ei: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Multiplices nancq conceptus de terra carnis, tanque spinage & tribulorum densitates, excrescūt super numerū. Et tanti nascuntur reprobi, vt ad comparationē illoꝝ pauci sint electi. ¶ At vero virginitas solicita est,

D quomo-

Match.ii.

Match.18
Gene. 5
Acto. 2Lapis in titulum erexitus.
1. Petri. 2
Gene. 28
Matth. 16Lucæ. 2
Matth. 2
Lucæ. 2
Matth. 3
Luc. 3.
Matth. 4
Lucæ. 41. Cor. 7
Hebr. 13Virginitas proféranda coniugioBenedictio coniugij.
Gene. 1.Homo simili factus iumento.
Gene. 5
Psal. 48
Roma. 7
Gene. 3
Galat. 5

1. Cor. 7

Gene. 1
Roma. 5
1. Cor. 7
Gene. 3
1. Cor. 7

XXXVIII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. II.

quomodo placeat deo, & cogitat quæ dñi sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu, quia nō intercurrit caro media inter deū & spiritū eius, sed superior carne spiritus, carnem inferiorē regit, à superiore deo regitur. Non quidē condemnat Apostolus in cōiugatis licentia vsum: sed cōfidenter licentia p̄fert illud, quod vtilius probat, de virginibus consiliū. ¶ Igitur humilitatis est dignatio, q̄ homo cœlestis, de virgine natus, terrenis & carnali- bus nuptijs interesse non renuit inuitatus. Quod aut̄ de aqua vinum fecit, consequens est post humilitatē gloria semper noua, semper eadē admiratione prædicāda. ¶ Nam licet in vitibus omni anno deus idem eadē potentia, terræ gremio suscep̄tam, in vinū transire faciat aquā, & noster sensus hanc illius comprehēdere non possit efficaciam, maxime ta- men ad hoc miraculū cuncti laudatores, nostram intendimus mentem, diuinæ laudis audiādam. Hlo nanq; naturali v̄su monstratur id, quod omnibus notū est, deū esse omnipoten- tem: hoc aut̄ nouo miraculo probatur id, quod solis fidelibus creditū est, deum omnipot- entem factū esse hominē. ¶ Præterea cæteris omnibus elementis cooperantibus effici- tur hoc, q̄ aqua vinū fit in vitibus. Primo nanq; terræ gremio aqua suscip̄tur, sine cuius ope nullā posset præstare pinguidinē, vitium siue herbae vel arboře radicibus. De hinc aeris blanda téperie prouocat, vt erumpat in palmitibus: simulq; beneficio caloris acce- dente, frondescit palmes, florescit bottus, & vua paulatim decoquitur. Hic aut̄ vbi cūctus

Quale mira-
culū, ex aq-
vinū factū

Vini invi-
te gnatio

Nume.17.
Virga Aas-
ron

Mysteriū q̄
die tertia
nuptiæ fa-
ctæ sunt

Psal.18

Eccles.3

Virginitas
meliior con-
iugio, per
Chrm, non
per legem.
z. Cor.3

I.Cor.7

deest ordo naturæ, testatur vinū ex aqua factū, qm̄ hic homo natura ipsa maior est, natu- ræ dñs est. Sic multo magis illā miramur virgā Aaron quæ fronduit, floresq; protulit, q̄ in amigdala deformati sunt: magis omnino miramur & veneramur, q̄ vniuersas cedros Libani, cæteraq; ligna reuirescētia, fructusq; aut semen vnūquodq; in genere suo singu- lis annis vſitato cursu naturæ producētia: nō quia maiora sunt hæc, sed q̄ a cū ipso miracu- lo diuinæ p̄sentiae signū, atq; volūtatis eius, & curæ vigilatīs super nos euideus ostant in- diciū. Non em̄ miramur tantū, q̄ deus potuerit ex aqua facere vinū, quantū gaudemus, q̄ is, q̄ solus hoc potuit facere, factus homo, trīginta annis inter hoīes ambulauerat, deges intra carnis latibulū. Igitur, vt supra dictū est, gloriā filij dei p̄cedit in hoc quoq; facto hu- militas eiusdē filij hominis: vt omni ordini ostēdat: in semetipso factis, qd docebat verbis dicens: q̄ a sicut omnis, q̄ se exaltat humiliabitur: sic econtra, omnis q̄ se humiliat, exalta- bitur. Meritū nanq; humilitatis præcedentis, ianua est gloriæ subsequentis. Sed iam ad ipsa lectionis euangelicæ verba veniamus. Et primo litera p̄ ordinē inspecta, deinde mysteria requiramus. ¶ Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. ¶ Coniūctio, quæ pponi- tur, ad superiora diligentē remittit lectorē, videlicet hoc modo: Altera die stabat Iohan- nes, &c. In crastinū voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. ¶ Diligenter animaduertere voluit nos euangelista, q̄a nō fine causa, sed certi ḡf a mysteriū, dñs noster duob⁹ diebus quosdā discipulos colligit, ter- tia vero die miraculū fecit: q̄ gloriā suā manifestauit, vt crederēt in eū discipuli eius. Ipse est em̄, q̄ duobus seculi téporibus, scilicet ante legē & sub lege, paucos de massa pditorū sanctos hoīes elegit, & tertio tépore, videlicet sub gratia, in medijs nuptijs hominū vxores ducentiū & dantiū ad nuptias, suisq; oīno voluptatibus vacantiū, sanctæ ecclesiæ cœ- lestes nuptias intulit: procedēs ipse tanq; sponsus de thalamo suo, vt filij spūales de illo na- scerentur virginali coniugio. Sed hoc posterius dicendū, nunc, vt p̄dictū est, primo histo- riæ fundamēta iacienda sunt. ¶ Et erat mater Iesu ibi. ¶ Magnū & cunctis sanctæ ecclesiæ spectandū ordinibus humilitatis exemplum: veruntamē sacris virginibus nō imitandum, q̄ mater Iesu, virginem dñi templum, illibatum sancti spiritus sacrarium, non asperna- ta est carnalium interesse celebritati nuptiæ. Non em̄ sacris virginibus hoc imitandum est, quia videlicet tépus aliud, alia persona, locus alius est. Omnia tépus habent, dicit Ec- cleſiaſtes. Virginib⁹ deo dicatis propositū, qd ardet in mēte, luceat in veste, radiet in ore, vel publica professione. Matris dñi virginitas cūctos hoīes latitabat, quia videlicet diu- gari illam ratio téporis non finebat. ¶ Neq; em̄ libera tunc esse poterat virginitatis pro- fessio, vel huiusce exempli prædicatione: cum adhuc Moyſes sub velamine suo declamaret, maledictus oīs q̄ non facit semen in Israel. Maluit ergo humiliiter præsens cauere scanda- lum, q̄ futuri virginibus immaturum rigidi propositi præbere exemplū: quo plus attol- leret supercilium virginū fatuaz, q̄ instrueret custodiā prudentium, maribus ceterisq; quæ cunctæ viros nouerant, virgo mater se nullo præferens, matrem vbiq; se profites, eo q̄ haberet filium, virginitatis autem suæ tacitum conseruans in corde mysteriū. Nam sicut incongruum, imo impossibile est, tectū domus stabilire, anteq; fundamentum, sic im- possibile erat ante susceptā fidem, incarnationis Christi præscribere ordinem, quo sacra virgines se à secularibus distinguere debeant. Nunc autē publicū est propositū publice datum, atq; acceptū ē de virginibus consilium: & idcirco sacrae virgines maius eundo ad nuptias, q̄ talem refugiendo conuentum, facerent ecclesiæ Christi scandalū. ¶ Quapro-

pter intus qdem habent prudentes virgines, humilitatis vel charitatis oleum. s. non contemendo, quouis in inferiore gradu stante legitimam licentiam nubentium: foris autem, & maxime ad eandem frequentiam nuptiarum, lucentes suas lampades non effuerunt. Vbi enim citius vobis omiserat vanitatis extingui possunt? Aut vbi properantius in oculis vel auribus suis periclitari queunt, iuxta exemplum Domini filiae Iacob, quem idcirco a corruptore inuenta & operata est
Gene. 45
 galeuitate puellari exiuit, ut filias ignorare regios viderentur? Non enim ita securae esse possunt, sicut illa beata regina celorum, quem virginitatis thesaum & hoibus habebat occultum & filii sui forte praesidio, sanctorumque angelorum fida custodia premunitum. z. Iohann. Exemplum a medico circa infirmos
 Vocatus est autem & Jesus & discipuli eius ad nuptias. Et hoc proculdubio non temere spurious propositi viris est imitandus. Nam vbi ratione postulat, non solum ad nuptias ire, sed & idolum frequentare irreprehensibile est, vbi vero causa idonea est, quae prohibeat, non solum cum publicanis & peccatoribus manducare, sed vel fratri ave dicere, indignum est. Quod nota similitudine discernere promptum est. Quamdiu languidus suimet impotens est, s. phrenesim sive lethargum passus, aut certe paralyticus dissolutus, tam diu prudenti & nobili medico laudi est, si ob visitandum aegrum ad locum sibi metus indignum accedere, & lectulo paupertatis assidere non subterfugiat, interrogatusque, immo & ab aegro percussus, opem gratuitam impendat. At vbi sensus mentis, vel sanitas redierit corpori, si denuo inciderit, sive pituita, sive grauior tussis molestia fuerit: tunc demum suum medicus honorabile agnoscens, ad sordidas pauperis aegri tabernas non descendit, qua videlicet nota est domus sua, in qua requiri, vel inueniri posuit, iamque ille ambulare potest, pro seculo loqui nouit. Ita nimisque, cum incarnatus deus in hunc mundum venit, magnus & verus medicus ad magnum aegrotum iam desperatum, descendit, qui non posset ad medicum accedere, nesciret opem eius implorare, immo qui cum semiuius iaceret, sanum se putaret esse. Sicut ergo non expectauit, ut talis in celum ascenderet, seipsum deducere: sic postquam descendit, non expectauit, ut preciores venirent, ipsum in synagoga legentem vel in templo docentem audire: sed ipse prior descendebat ad illos, cum publicanis & peccatoribus manducans & bibens, ita ut dicerent pharisei: Ecce homo vorax & potator vini amicus publicano & peccatorum. Sic & eius apostoli fecerunt, vbiqueque gentium doctores missi tanquam ad aegrotos, ignoti venere medici. At vbi languore curauerunt, & viuendi precepta dederunt, longius se ab eis sequestrauerunt, in quibus per fidem curatis vitia morum renouata sunt, dicente Paulo: Scripti in epistola, non commisceri fornicatiis, non utique fornicatiis huius mundi aut auaritis &c. Et paulopost: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicusch, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi cibum sumere, igit postquam ad eos qui male habebant accessit medicus, & vocando peccatores ad penitentiam, sic per fidem curauit eos, ut sciant ipsi vel possint venire ad ecclesiam, iam non est spurious propositi viris eundum exemplo domini ad nuptias secularium: sicut eiusdem nihilominus exemplo non est precioribus & publicanis comedendum, cum ipsius Apostoli, cum eiusmodi nec cibum sumere, nec ave eis dicere, eodem Christo in se loquente precepint. 1. Cor. 8
 Et non quod iuxta Tacianum & Marciandum aliosque nonnullos haereticos nuptiis detrahantur, aut fornicationi comparentur, sed quia melioris ipsi votum propositumque habentes, bonum hoc post tergum reliquerunt: quod tale est, ut non sine periculo respiciatur, quod non sine labore relinquatur. Sequitur: Et deficiente vino, dixit mater Iesu ad eum: Vini non habent. Optat beata dei genitrix coniuantibus fieri ianua coelestis beneficij, ne illogique deuotio, qui se inuitauerant, fructu suo careret, neve hilaritatem presenti rei competentem, importuna penuria contristaret. Credendum namque est, quod pia deuotione dominum Iesum, matremque eius, ac discipulos inuitauerint: praesertim, cum famam illogum quae de ipso dici iam cœperant, non ignorare possent. Nam & ex eodem vico erat Nathanael, qui die precedentem illum agnoscens, dixerat: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Unde & signanter Evangelista, cum dixisset, nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, & erat mater Iesu ibi: distincte subdidit. Vocatus est autem & Jesus & discipuli eius ad nuptias. Ut intelligas, iam impletis nuptiis discubentium, iam consideratis coniuivis, consulto factum esse, ut vocaretur & Jesus, tanquam homo sanctus, velut propheta magnus, cuius benedictio posteritati nubetum, vel toto coetui coniuantium profutura frustra non speraret. igit beata virgo, ut illogum, qui se inuitauerat, remuneret deuotionem, sciens in carne sua quam pepererat, regem omnium creatricem habitare dei virtutem: dicit filio suo, deo suo: Vnum non habet. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Hoc duabus modis accipi, & utroque modo sensum potest & dicicare recte credentis. Primus est, ut haereticos illos, qui, ut se predictum est: Chriftus ante Mariam fuisse negant, hac quoque sententia percuti arbitremur, contra quos maxime presentis euangelij cuncta testimonia conscribuntur. Diuinitas quippe, quae in illo humanitatis suae templo latebat, & nunc sese ad facienda miracula, paululum extrebat, veraciter hoc dicere poterat: Quid mihi & tibi est mulier? Quia videlicet iam

z. Iohann. Exemplum a medico circa infirmosChristus ad aegrotos descenditMatth. 11z. Iohann. Exemplum a medico circa infirmosz. Iohann. Exemplum a medico circa infirmosPia intentio in nuptiis in Chana GalilaeaeQuid mihi & tibi est mulier?

XL. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. II.

Dux natu
ræ in Chri
sto.

Maria thes
otocos.

Alia expo
sitio dicti
Chri.
Lucæ. 2.

Math. 12

Acto. 1.
Math. 10
Lucæ. 14
z. Cora. 8.

Exod. 20.
Deuter. 5
Deuter. 33

Johan. 19
Nondū ve
nit hora
mea.

Marci. 3

tunc in auribus eius hæreticoꝝ blasphemiaꝝ personabat, q̄ dicturi erant: q̄a Christitotū initium ex Maria est. ¶ Itaq; vnius eiusdemq; personæ naturā, vtrāq; duabus his exprimit breuibus sententijs: diuinā scilicet, qd mihi & tibi est mulier: Humanā vero, cū protinus subiūgit: Nondū venit hora mea. Nam qui secundū diuinitatē sine tēpore & sine ma
tre est: secundū humanitatē, tēpora & horas, non fatales seūdū Mathematicos, sed quas ipse sibi posuit, habere nascendo & moriendo dignatus est. ¶ Cauē dus tamē est in hoc er
ror Nestorij, qui duas in Christo confitendas esse p̄sonas arbitratuſ, vetuit beatā Mariā Theotocon, id est, dei genitricē nominari, dicēſtq; non dei, sed hominis mater sit, eo q̄ humana tantū, nō etiā diuina Christi natura ex illa sumpta fit. Sed proculdubio, sicut te
net catholica fides, dei & hominis mater credēda & cōfitaſt̄ est. Quia veraciter incor
poreum verbū patris, aure cordis credēdo cōcepit, & de carne sua corporatū ex virg
ineo ventre peperit. ¶ Aliter: Quid mihi & tibi est mulier: Nondū venit hora mea, Non
ante hac inuenit matrē suā ignorasse dñs Iesuſ: sed erat subditus illi, sicut quodā loco Lu
cas Euāgelista testatur, de parētibus eius loquēſt̄: Et descendit cū eis, & venit Nazareth,
& erat subditus illis. Nunc aut̄, ybi miracula facere incipiens ad hoc se p̄parat, vt paulo
post p̄ ciuitates & castella circueat, & regnū dei annuntiet, dicit eidem matri suā: Quid
mihi & tibi est mulier: Cui simile est illud, qd iuxta alium euāgelistā, loquēte eo ad iur
bas, cum dixisset ei quidam: ecce m̄ater tua & fratres tui foris stant, quærētes loqui tibi.
Respōdens eis ipse dixit: Quæ est mater mea, & q̄ sunt fratres mei: Et extendēs manum
in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicūq; eīm fecerit voluntatem
patris mei, q̄ in c̄celis est, ipse meus, & frater, & soror, & mater est. ¶ Itaq; fecit ipse prior,
quod nobis faciendū præcipit. Non eīm alia cuiq; præcipit, q̄ quæ ipse primus ope imple
uit, sicut de illo scriptū est: Quæ cōcepit Iesuſ facere & docere. Præcepit aut̄ ei, q̄ sele di
gnus eē cupit, vt propter euāgeliū patrē & matrē relinquat, & renūtiet om̄ib⁹ quæ pos
fidet. Hoc igit primus ipse fecit, q̄a descendēs à patre, cū diues eēt, pro nobis pauper fa
ctus est: domum q̄b⁹, & matrē, & affines carnis suæ deserēs, ad euāgelizandum pauperi
bus exiuit. Dicit itaq; matri suā in initio miraculoꝝ, paulopost successura suæ p̄dicatio
nis functione, Quid mihi & tibi est mulier: ¶ Quod utiq; nec ipse secundū carnē dicit, vt
supra dictū est, sed secundū diuinitatē, quæ existēdi initiū ex matre nō accepit, cuius op̄
omnino præferendū est curæ carnis: nec ab aliquo secundū carnē dicēdum est patri, vel
matri: sed secundū deū, scilicet vbi opus dei omnia & propriā quoq; animam negligere
exigit. ¶ Et hoc modo nullatenus aduersus legem facit, dicentem: Honora patrē & ma
trem. Nā eadē lex quæ hoc dicit, rursus eadē authoritate vel eodē spū loquitur: Qui di
xerit patri suo vel matri suā, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios
suos, hi custodierūt legē tuā, & pactū tuum seruauerūt, iudicia tua o Iacob & legē tuam
o Israel. Ponēt thymīama in furore tuo, & holocaustū sup altare tuum. Magis ergo, vt
legem perfecte impleret, matrē suā saluo eius honore nesciuit: quia profecto nulla ē ex
honoratio patris vel matris, dū eis nō quælibet causa, sed solius præferit honor vel opus
dei. Cui videlicet magno ac necessario salutis operi Iesuſ intētus, nescitus se matrē suam
profitetur, donec eodem opere peracto dicat ei: Mulier, ecce filius tuus. Quod videlicet
in hora mortis suæ dicturus erat. ¶ Vñ & cū dixisset, qd mihi & tibi est mulier: proxim⁹
addidit: Nondū venit hora mea. Ac si diceret: Ex quo ad baptismū veni, & in desertum
exiui, destitutā te esse p̄sentia mea materno affectu suspirasti, nūc habes me in his nuptijs
& gaudes q̄ presentia mea frueris: sed adhuc tēpus imminet, vt magis ac magis te reli
cta, nō definam circuire p̄ ciuitates & castella. Cum vita p̄senti finiam opus quod cōcepī.
Ab hac expeditione redeuntem, vulneratum me & morientē recipies. Nūc interim tan
tum impender onus cōflestiū negotiorum, vt non vacet pp̄dere, qd maternis affectibus
ruis debeam. Nec enim habeo facere voluntatem meam, sed impositam à patre perferre
obedientiā. Qualem mādati eius necessitas adduxerit, talem me filiū tuū in illa hora osē
dam tibi. ¶ Ethāc qdē dicta nō ad illud respōdit qd dixerat mater, vinū nō habēt: sed ad
interni desideriū eius clamorē vehementem in aures suas alte personantē, q̄a faciem eius
ardebat semp̄ videre præsentē. Nā conuiuas, quoꝝ deuotione inuitatus fuerat, nō min⁹
quām ipsa suo volebat beneficio latificare, maxime ob vtilitatē illoꝝ, q̄s hoc viso miracu
lo nouerat in se credituros esse. ¶ Recte ergo seq̄tur: Dicit mater eius ministris: Quod
cunq; vobis dixerit, facite. ¶ Volūtatis eius cōscia, & de potētia eius nō dubitās, opportu
na cōmonitiōe ministriꝝ aīos præparat: videlicet ne id qd p̄cepturus erat, amēt̄ re
putarent, nondū verā eius experti virtutē. Nā & propinqui eius, cū apostolos eligeret, &
noīa quibusdā murata, imponeret: exierūt, inquit Marcus euāgelista, vt tenerent eum,
dicētes q̄a in furorē versus est. Itaq; solicita præmonet, vt non diffidentes, aut etiā irridē
t̄s, indignifieret gratia miraculi, sed p̄cepto parētes, viā faceret manifestādæ glorię dei.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem Iudeorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Et dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. ¶ Purificationes Iudeorum multiplices erant, aliquæ à Moysè, plurimæ aut ex traditione phariseorum: De quibus & Marcus: Pharisæi enim, inquit, nisi crebro lauent manus suas non manducant, tenentes traditiones seniorum. Et à foro, nisi baptizentur non comedunt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare baptismata calicum, & vicesorum, & æramentorum & lectorum.

Marci, 7
3. Reg. 7

¶ Ob huiusmodi purificationes, ut aqua esset in promptu, hydriæ ponebantur, quæ in hac domo nunc lapideæ fuisse referuntur: erantque vasæ sic appellata, quæ essent aquæ receptui preparata. Hydor enim Græce, aqua dicitur Latine. Cæteque abusus nomine hoc ponitur, ut ibi: Hydria farinæ non desicet, nec lechytus olei minuetur. Quæ quantitatem fuisse inæqualē, euagelista curauit significare in eo, quod ait: capières singulæ metretas binas vel ternas. ¶ Metretas dicit mēsuras quasdam, tanquam si diceret, vrnas, amphoras, vel si quod huiusmodi. Nomen mēsuræ est metreta, & à mēsura accepit nomen ista mēsura. Metron enim dicit Græci mensuram, unde appellata sunt metretæ. ¶ Et impleuerūt eas usque ad summum. Notandum, quod dominus nec de nihilo vinum, quo cōiuias letificaret, nec de nihilo panem fecit, quo turbas esurientes satiaret, nec aliqd omnino in tota suo serie signo, de non existentibus, fecit: sed vel existentia in maius & melius prouexit, faciendo de aqua vinum, & panes quinq; aut septē multiplicando in satietatem multoq; miliū vel corrupta in integrū refor mavit, infirmos curando vel destituta restituit, mortuos resuscitando. De nihilo autem non operatus est aliquid. Non enim mētitur scriptura, quæ dicit: Qui vivit in æternum creauit omnia simul. Simul quippe omnia, id est, prima re regis elementa de nihilo creauit: sex autem diebus operatus rex omnium species, non de nihilo creauit, sed ex eisdem elementis verbi imperio formauit. Et die quodam septimo requieuit ab omni opere quod patrariat: scilicet ut nullā deinceps nouam speciem produci iubeat: operatur tamē usque modo, dum easdem gubernat & multiplicat, maximeq; humanum genus, quod in melius cōmutat. Igitur quia &, sicut scripture testatur, semel loquitur deus & secundo ipsum non repetit, vinum daturus incommutabilis dei filius, non de nihilo creauit, sed de cōpetenti elemēto fecit, scilicet de aqua, quam singulis annis per vitæ à radicibus ascendentem in vinum conuertit, p̄cepto quod posuit & non preteribit. Quod qualiter fecerit, credi potest, inuestigari non potest. ¶ Sed profecto mirabilius est aqua de nihilo creasse, quam vinum de aqua fecisse. Mirabilius quippe est, quodlibet substantiæ, quæ non erat, cōdere, quam substantiæ iam existenti quodlibet accidentis adiūcere. Est autem oīs humor una generaliter substantiæ, vnuq; elementum, color autem sive sapor rite inter multitudinem ponuntur accidentia. Igitur dum aqua de nihilo creauit deus, quia substantiæ edidit, fecit mirabilius, cum autem vinum de aqua fecit, humoris substantiæ solum accidens adiūcendo, eiusdem dei filius fecit quod est venerabilius. Non enim tam est mirabile, ut supra dictum est, quod hoc facere potuerit deus, quam quod is qui hoc facere posset, deus erat homo factus. ¶ Et dicit eis, Haurite nunc & ferite architriclinio. ¶ Architriclinus dicitur is, qui est sponsi amicus: qui sponsio vacante, & à cunctis feriato negotijs, nuptijs praest, res necessarias prouidet, coniuiaib; & vniuersæ domui preminet. Diciturq; architriclinus, id est, princeps triclinij, eo quod in triclinio quiescenti sponsi & spōsæ cōsecretalis sit. Tricliniū autem dicunt, quasi tertium reclinum, id est, cubiculum intra cubiculum imo cubiculum intra primum & alterum cubiculum. Huic iubet primo propinari vinum ex aqua factum, ut lucerna tam splendidi ac iucundi miraculi non lateret, sed tanquam in fastigio nuptialis cōiuia posita, claritatē suā latius diffunderet, totamq; domū serenans, & vniuersos cōiuias letificans, fidē illoq; propter quos maxime factum fuerat, alacrius accenderet. Quod & factum est. ¶ Ut autem gustauit architriclinus aqua vinum factum, &c. ¶ Vere ergo, ut ait ipse dominus, ecce plus quam lona hic, & non solū plus quam lona, aut plus quam Salomon, sed & plus quam Moyses, aut aliquis omnino sancto & magno hominum. Nam ut taceam, quod quādo vel quō voluit, natus est: quod quā vel quō vouit, mortuus est & resurrexit, & in cœlū ascendit, ut interim haec maiora taceam, quis omnium sanctorum, per quos signa & ostenta facta sunt, sola voluntate vel imperio fecit aliquid signum: Moyses namque clamando ad dominum, ita ut diceret illi deus, quid clamas ad me? fecit in Aegypto signa. Clamando ergo, id est, non sua potestate vtendo, sed alieno imperio, virga percutiens diuisit aquas, hic autem solo nutu, sola voluntate sedes & tacēs, in vinum bonum cōuertit illas. ¶ Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilæa, & manifestauit gloriā suam. ¶ Magnū sane ac præclarum signorum fecit initium, quo tanquam fulgur ea choruscatione feriret oculos hominum, ut ad considerandā cœli faciem, attoniti leuarent intuitum, id est, ad consideranda cetera quæ facturus erat, ad credendum regni dei aduentū diligentes & attēti spectatores credulū cōuerteret animum. ¶ Et hoc, inquit, signo manifestauit gloriam suā, scilicet ut videret illi, & audiremus nos gloriā eius, gloriā quasi vñigeniti a p̄fe, audiremus

Metretæ

Nō de nī
hilo fecit
Chrūs vi
nū & panē
&c.
Matth. 14Ecc. 18
Gene. 2
Iohan. 5Psal. 148
Mirabilius
est creare
aqua, quam ex
aqua vinum
facere.Architricli
nus

Matth. 14

Exodi. 14

XLII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. II.

Roma. io
Matth. 5

Discipuli
eiustud nō
dū oia re-
liquerant.

procul & crederemus ad iustitiam & salutem nostrā. Non em̄ idcirco venerat lucerna vt lateret sub modio, sed vt posita super candelabrum, om̄ib⁹ q̄ in domo sunt luceret. Sic & nos, vbi fructus dignus est, id est, utilitas anima, manifestare debemus corā hoībus eā quā in nobis est gratia, vt videāt opa nostra bona, & glorificēt patrē nostrū qui in celis est. Et crediderūt in eū discipuli eius. ¶ Dic̄tū est hoc loco, q̄a crediderūt in eū, sed nō dic̄tū est, q̄ relictis omnibus secuti sunt illum. Nondū em̄ Iohannes missus fuerat in carcerem. Ipse aut̄ Iesus antequam Iohannes traditus esset, cursum publica prædicationis ingressus nō est, neq; matre & affinibus relictis circuibat, prædicādo p̄ ciuitates & castella, à qua prædicatione eius cæteri euāgelistæ, vt superius dic̄tū est, suæ post baptismū ei⁹ sumū narrationis exordia. Quapropter nec discipulis suis hoc præceperat, quod nō nisi prior ipse fecisset, præcipere habebat, scilicet vt relictis omnibus sua, quā nondū illis p̄cedendo ostenderat sequerētur vestigia. ¶ Inter quos & hunc Iohannē euangelistā relictis nuptijs, ipsius em̄ istas fuisse nuptias, opinio fere omniū est, ipsum dñm sequi ccepisse arbitramur. Tradūt nāq; hist oris, q̄ eū de nuptijs volentem nubere vocauerit, & propterea quē à carnali voluptate retraxerat, potioris amoris sui dulcedine donavit, discipulos ergo iam qđem habebat, quos ad eū maxime Iohannis testimoniū dirigebat, qbus ipso Iohanne cœptū cursum per publica ministeria peragente, priuata miraculorum & doctrinæ suæ aperiebat initia. Vnde & subditur: Post hāc descēdit Capharnaum ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius & ibi māsit non multis diebus. ¶

IN EADEM LECTIONE EXPLANATIO SECUNDUM MYSTERIA ALLEGORIAE.

Mysteriū
spirituale
in corpora
libus opes
rib⁹ Chri.
Iohan. 5

Spirituales
nuptiæ in-
ter deū &
hominem.
Psal. 18

Nume. 16

Mater Iesu
spiritualiter
est ecclesia.

Quatuor
personæ in
nuptijs.
Cant. 1. 6
Gala. 4

In his quā circa salutem nostrā acta sunt diuinis operibus, ita mysticā inesse rationem credimus, sicut in patre, q̄ usq; modo operatur, filium q̄ & ipse similiter operatur, esse cōfitemur. Et hoc est dignū atq; laudabile catholicoꝝ patrū in venerabilibus literis studium, vt sicut pater æternus sine filio coæterno nihil operatur, ita nihil eoꝝ, quā ad salutē hominum siue in lege siue in euāgeliō corporaliter acta sunt, à spūali intelligētia vacare patientur. Hoc autem signoꝝ eius fuit initium, & rara quā facta sunt ab eodē dño, id est, à verbo propter nos incarnato, maiorem stupore hominibus attulerūt. Igitur q̄a filium cōfitemur, vt & patrē habeamus, cū ipsius adiutorio, sanctoꝝ quoq; patrum præeunte exēplo, in hoc magno & mirabili opere pulchritudinē speculemur spiritualis intelligētiae. ¶ Nuptiæ, inqt, factæ sunt in Chana Galilæa. Hoc magnū & multis prophetæꝝ præconijs prænuntiatū, atq; patriarchæ factis fuerat præfiguratum, q̄ du naturæ diuina scilicet & humana cōuenturæ essent in uno Christo, esetq; ipse in sole positus tabernaculū suū, tanq; sponsus procedēs de thalamo suo. Factūq; est in illo virginalis vteri thalamo sponsus sponsæ, id est, creator creaturæ magna cōiunctus est dignatione. Chana vero zelus, Galilæa transmigratio interpretat. Quod loci nomē multū operatur ad sensum spūalem, q̄a videlicet magno zelo ductus est fortissimus spirituum deus in adulteri diabolum, cū tali modo requirest suā, quā ille corruperat, creaturā, eidē auxit iusti iudicij pœnā, requisitæ vero & inuentæ creaturæ indebitam sua gratia reddidit gloriam Nuptiæ ergo factæ sunt in Chana Galilæa. Festum agit diem vniuersa domus, q̄ est sancta ecclesia, non frustra credens, se totā illi deo coniunctā, à quo suā credit naturā in veritate carnis assumptā. ¶ Et erat mater Iesu ibi. Mater Iesu adest vbi istas nuptiæ celebratur, q̄a profecto vera incarnationis Christi fides nō deest omnibus q̄ haꝝ nuptiarum filij vel cōuiuae dici & esse merentur. Marcion, Cherynthus, Hebion, alijq; heretici, seorsum cōuenticula sua facientes, haꝝ nuptiæ filij nō fuerūt. Non em̄ ibi erat mater Iesu, q̄a diversis qđem erroribus, sed eodē malignitatis spū, fidem incarnationis eius à suis cordibus & cōuentibus excluserūt. Illic tantummodo harum cœlestium nuptiarum solennitas celebratur, vbi est mater Iesu, id est, vbi est mater ecclesia, videlicet vbi quotidie nubentibus Christo adolescentibus, vera incarnationis eius fides prædicat. Illic vocatus adest Iesus & discipuli eius, sponsus videlicet & amici eius. ¶ Quatuor itaq; personæ sunt istæ, quā in Canticis Canticoꝝ de nuptiali loquuntur amore, scilicet adolescentulæ quā nuptiæ supersunt, vel quā quotidie Christo nubunt, mater ecclesia, quā illas parturit, donec Christus formetur in eis: Christus ipse & discipuli eius, videlicet sponsus & amici eius. Quid ergo in his corporalibus nuptijs significatum est, quod ad istas spirituæ pertineret? Hoc videlicet quod partim factū fuerat, partim aut̄ & futurum erat. ¶ Nā per id quod vinū deficit, significatum est illud quod factū fuerat, scilicet q̄ beatitudo vel incorruption, quā humano generi data fuerat peccante primo parente defecerat. Sic em̄ homo conditus est, vt si veller posset non peccare, & posset nō mori, quādoꝝ peruenturus ad hoc qđ melius & perfectius est, scilicet nō posse peccare, & nō posse mori. Peccatoꝝ do au-

do autem eo decidit, ut non posset carere peccato, & non possit nō mori. Vinū ergo deficit, qā collatæ grā beatitudine priuata est miserabilis natura hoīis. ¶ Illud quoq; iam factum fuerat quod signatū est per sex hydrias lapideas aqua impletas. Nam senarius hydriæ numerus perfectus, sanctos patres vniuersos significat, qā diuersis tibis, i. sex mūdi etatibus diuisi, suo quiq; tempore aqua sapientia salutaris impleti sunt. Mentes nāq; illoꝝ velut hydriæ lapideæ fuerūt. s. fide st abiles, ingenio capaces. ¶ Capiebant autem singule metretas binas vel ternas, qā videlicet cum oīm fuerit vna fides, nō om̄ibus eadem vel æqualis data est sapientiæ quantitas. Plus em̄ indicatum est. Verbi gratia: Moysi qā Abraham, David quā Moysi. Quod ex ipsis sacræ scripturæ verbis patenter ostenditur. Quis em̄ nesciat, quia Abraham cum deo locutus est. Et tamen ad Moysen dñs dicit: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Ecce plus Moysi qā Abraham innotuerat, qui illud de se Moysi indicat, quod se Abraham non indicasse narrabat. Psalmista quoq; cum dixisset, quomodo dilexi legem tuam dñe, tota die meditatio mea, subsecutus adiunxit: Super omnes docentes me intellexi. Et iterum: Super senes intellexi. Qui ergo legem se meditari memorat, & super omnes docentes se, & super seniores se intellexisse testat, quia diuinam sciām plus quā Moyses accepit, manifestat. Ita implef Danielis sententia dicentis, quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Igitur non vna vel æqualis est hydriarum humōi capacitas, qā diuinī nominis trinitatem, vel cætera diuinitatis mysteria non omnes coæ quali percepérūt gratia. Et omnes quidem illa sapientiæ salutaris aqua, de plenitudine huius sumpta est, qui dixit nunc: Implete hydrias aqua, sed tamen erat aqua pallens & frigida, neque naturam humanam in pristinum vigorem restituere poterat. Illa nanque Mosaicalex, illa deidona nihil ad perfectum adduxerant, qā peccatorū remissionem, & carnis resurrectionem generi humano conferre non poterant, solamq; occidentē legis literam nō viuiscantem sp̄m accipiebant. ¶ Per hoc aut̄ qāqua in vinum conuersa est, significata est illa qā facta est, imo quā tūc cœperat, per Iesum Ch̄m gratia & veritas. Nostræ quippe naturæ corruptionem diuinitatis suæ fortitudine induerat, nec multo post passione mortis superata, resurrectionis patriam in semetipso multisq; sanctoꝝ secum resurgentium corporibus dedicaturus erat. Quo facto nunc ascēsō cœlo desup in subiectas omnes hydriæ clarissime rutilat, & in sanctæ scripturæ aquis imaginem ac virtutem suam vindendam siue degustandam repræsentat. Ita naturæ nostræ infirmitate sanata, quicunq; baptizati sp̄u sancto iam prima resurrectione reuiximus, & in secundam beata spe transpositi sumus, ipso sensu nobis aperiente, spiritualem in eisdem scripturis rōnem intelligimus. Nunc de ipsis etatibus parumper quod ad eiusdem Ch̄i nuptias vel sanctæ ecclesiæ castitatem pertineat, dicendum est: Ecce in exordium primæ etatis dictum est: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quā ob rem relinquet homo patrē & matrem, & adhæredit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hoc manifeste legitimi atq; casti sed tamen carnalis coniugij fidem atq; vnitatē commendat. Vruntamē quā diu non nisi iuxta carnem intelligebat, non nisi aqua, quamlibet haustu dulcis, & ad potādum habilis erat. ¶ At vbi desponsata fibi ecclesia venit ad nuptias, & vox eius intonuit sup aq; multas, dicēte illo per Apostolū suū, in quo ipse loquebat, sac̄m hoc magnū est, ego autem dico in Christo & in ecclesia, aqua in vinum conuersa est. Hoc em̄ audito, sanctæ animæ sp̄ualium nuptiarū amore feruere cœperunt, alium cogitantes hoīem, s. nouum eum quis secundum deum creatus est, qui quodammodo reliquit patrem suum, dum à patre exiens, & veniens in mundum, semetipsum exinanivit, formam serui accipiens. Matrem quoq; suam, s. pharisäicam synagogam, totamq; gentem Iudaicam, & adhæsit vxori suę videlicet electæ de gentibus ecclesiæ, cum qua iam vnum corpus est caput, & membra sponsus & sponsa, Christus & ecclesia. ¶ Nam sicut non vnde cunque, sed de ipsius viri substantia fecit deus Euam, vt maior esset naturalis dilectionis causa. Tulit em̄ vnam de costis eius dormientis, & adificauit eam in mulierē, sic & ecclesiam non vnde cunque, sed de lateris sui sanguine & aqua fecit nasci, nec aliunde nisi de carne & sanguine suo eandem pascit, vñ & maior in vtroq; vnius eiusdem carnis vnitatis existit. Hoc ergo intellectu, tā quā vino optimo, & sitis extinguitur, & amor accendit, & vsque ad virginēæ castitatis appetitum plurimi inflammant, vt non solum iugaboum quā comparauerunt, & viflas quas emerunt, sed & coniugia carnis negligant, quo magis nuptijs cœlestibus vacare p̄ualeant. ¶ Secunda etas inchoat à Noe. De hoc scriptura refert, qā plantauit vineam, bibensq; vinū inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo &c. Et hoc qdem secundum literā acceptū, aqua est dulcis, & moribus apta purificandis, ne quis exemplo Cham, paternam cōtemnēs, si quā nouit, infirmitatem, similem illi iuste incurrat maledictionē, sed honore & amore debito cōtegēs, exemplo Sem & Iaphet, dignā hæreditet benedictio-

Ecc. 18

Gene. 12, 17
Exodi. 3, 5

Psal. 118

Hebre. 7
2 Cor. 3
Acq; in vnu
conuersa
Psal. 92
March. 27
Acto. 19
Tit. 2
Lucæ. 24

Gene. 2

Cōsurgitū
Christi &
ecclesiæ
Psal. 28
2 Cor. 13
Ephe. 5
Ephe. 4
Iohā. 15
Phil. 2

Gene. 2

Iohan. 19

Luce. 14
Vino iebri
atus Noe
Gene. 9

XLIV. R V PERTI IN IOHANNEM CAP. II.

nem. In qbus illud considerandū est, q̄ cum omnes eodem sinu arca seruauerit sup aquas
 tam longe tamen apud patrem ipsorum distinxit eos multum diuersa morum qualitas
 Aq̄ est l̄ra, ¶ Huius scripturæ autē literalis sensus, velut aqua in vinum, conuertif, dum sp̄ualis intelligi-
 vinum sen-
 sus sp̄ualis.
 Matth. 11
 Psal. 79
 Matth. 27.
 Iohan. 19
 Philip. 2
 Gene. 9
 1. Cor. 1
 1. Iohan. 2
 Gene. 21
 Gene. 16
 Abrahæ sed non erant ex nobis. ¶ Aetate tertia nascit Isaac patre veterano, matre diu sterili ea-
 duo filij
 Roma. 4
 Galat. 4
 2. Cor. 13
 1. Cor. 10
 1. Reg. 7
 3. Reg. 7
 Canti. 6
 2. Cor. 3
 Cantic. 7
 4. Reg. vlt.
 Hiere. vlt.
 Daniel. 1
 Matth. 19
 Ephe. 5
 1. Cor. 7
 Aqua sex-
 tæ ætatis.
 Iohan. 4
 Aq̄ illa in ea, quæ dictis aut factis significabat regni dei mysteria. ¶ Ut autem resurrexit à mortuis,
 vinū sp̄uali
 aqua in vinū cōuersa est; q̄a videlicet æterna incorruptioē solidata est nostra, quæ in illo
 ter versa. passibilis fuerat, natura, ut idem & in nobis speraremus, & ipse discipulis suis aperuit sen-
 sum, vt intelligeret scripturas, & sp̄ualiter intelligēdos recordarent sermones, quos ab illo
 carnæ

carnaliter audierant. Igitur cunctæ salutarium diuisiones aquarum, quæ præteritis generationibus distributæ sunt, simul conferuntur in hoc cœlestium coniuio nuptiarum, & ex aqua facto vino lætantur coniuixæ, quia videlicet vinum hoc lætificat cor hominis, & hic calix inebrians quām præclarus est. ¶ Econtra in cunctis Iudæorum atque hæretorum conuenticulis, quia mater Iesu ibi non est, id est, non coniuatur dominicæ incarnationis fides. Istæ aquæ vertuntur illis in sanguinem, vt corruptas scripturas corrupti atque corruptentes bibant & vomant, imo bibant & moriantur, sicut ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. De quorum pœna in Apocalypsi iustitia dei laudatur dicentibus: Iustus es domine, qui es, qui eras sanctus, quia hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem dedisti eis bibere, vt digni sunt. ¶ Hauriunt nunc (iubente domino) ministri, id est, tractatores scripturarum studiosi, & exponentes eas spiritualiter, ferunt architriclino, dum non sibi attribuunt, quod intelligunt, sed spiritui sancto. Ipse nanque harum nuptiarum architriclinus est, qui & beatæ virginis superueniens, vteri eius triclinium præparauit, vt in illo diuina natura humanae naturæ vniretur, & singulis animabus opitulatur, vt intra secreta conscientiæ deo patri copulentur, vt eodem verbo quo virgo felix imprægnata est, & ipse ex eius complexibus fœcundentur. Ipsius ergo laudi propinandum, & cum eius honore bibendum est hoc vinum bonum, quod seruatum est usque adhuc, quia prioribus temporibus non est datum, sed nobis in quos fines seculorum deuenerunt. ¶ Quo tempore anni vel die factum sit signum istud, autoritate sanctæ ecclesiæ dubitare prohibemur, quæ ipsa die quidem dominus adoratus est à Magis, & qua à Iohanne baptizari voluit, huius quoque signi gloriam celebrare consuevit. Quod si eodem die reuertente anno factum est, imo quia prædictæ autoritati sanctæ ecclesiæ indubitanter concedendum est, cogimur fateri, quia toto anno illo, cuius initio baptizatus est, qui ætatis eius tricesimus annus extitit, absque miraculis taciturnus deguit. Initio nanque tricesimi anni sui, videlicet eiusdem anni, die tertio decimo, baptizatus est. Dicit enim Lucas: Ipse autem Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, quod idem est ac si dixisset: Quando baptizatus est Iesus annus tricesimus ætatis eius volui iam cœperat. ¶ Vbi vero toto illo anno fuerit, vel quid egerit, incertum est. Nam si exacto quadraginta dierum ieiunio, statim à deserto rediit, & inter homines ambulavit, quomodo Iohannes qui illum cœlitus agnouerat, iamq; ostenderat venientem ad se, dicens: Ecce agnus dei, quomodo (quæso) lucerna lucens, quæ ad hoc accensa fuerat, vt omnibus illum ostenderet, toto illo anno se continuit, nec suis saltim indicauit discipulis? Claret enim quod eis anno illo non indicauerit, qui nunc primū id est, tertia die ante prædictas nuptias, illo iterum dicentes: Ecce agnus dei, gratulantur se inuenisse illum, & dicunt: Inuenimus Messiam &c. Potest itaque recte intelligi, quod & post ieiunium quadraginta dierum aliquantum in deserto perstiterit, Matthæo dicentes: Reliquit eum tentator, & ecce accesserunt angeli, & ministrabant ei. Marcus quoque videtur expressius indicare moram temporis, dicendo: Eraq; cum bestijs, & angeli ministrabant ei. Igitur si à maioribus diligenter obseruatum, nobisq; traditum tricesimoprimo ætatis suæ anno iam inchoato, fecit gloriosum hoc signorum initium, dignum sequentibus suis in hoc quoque prouidens exemplum, ne quis immature virtutes suas in publicum proferat in periculo perniciose vanitatis, cum ipse dominus (cui vanitas nulla quām obrepere posset) legitimum tempus, id est, plenam viri ætatem, ad ostendendam omnipotentiae suæ gloriam expeteret, & tauerit,

FINIS LIBRI SECUNDI.

Ruperti

Psal. 103
Psal. 22

Exodi. 7
Hiere. 28
Psal. 30
Apoc. 16

Lucæ. 11

1. Cor. 10

Matthæ. 2
Matthæ. 3

Lucæ. 3
Chrus etiā
post tēratiō
nes in deser
to moram
fecit.

Matthæ. 4
Marc. 1

FRVPERTI ABBALIS

TVTIENSIS, IN IOHANNEM, COMMENTA
RIORVM LIBER TERTIVS.Legētes scri
pturā, siles
nautis

Psal. 142

Iudas ap̄ls
in sua ep̄laCh̄rus post
decollatum
Iohanē pub
lice pr̄dis
care cœpit
Lucæ,Descensus
Chr̄sti per
humilitatē

Matth. ii

Matth. i2

Matth. 4

1. Cor. 1
Luce. 4
Chr̄ua sus
is reiectus.

Vim agno ferūtur pelago pauidi nautæ, placidam sibimet auram imprecati fixa cœlo sydera respiciunt, terraq; amissa tenent cœlum, sedentesq; ad clauum syderibus currunt. Erratica vero sydera se qui fugiunt, ne aut Syrtes naufragosas incident, aut in regiones ignotas deuecti, portus optatos nunquā attingant. Idem nobis, qui scripturæ huius euangelicæ profundum ingressi sumus agendum est. Et primo placidius nobis ille spiritus implorandus est, de quo Psalmista: Spiritus (inquit) tuus bonus deducet me in terram rectam. ¶ Deinde doctores sacri mente ac vigilantibus oculis tenendi sunt, qui tanq; arcturi nunq; occidentis lucida sy-

dera stabili fide semper fixi steterunt, & lucem fidei fundentes, erroris occasum nescierūt. ¶ Hæreticorum vero lux erratica longe fugienda est. Sunt em (vt Apostolus ait) sydera errantia quibus procella tenebrarum in æternum conseruata est, & quisquis de errore illorum quippiam sequitur, in nullius scripturæ profundo maius, q; in hoc Iohannis euangelio, naufragium patitur. Ipso ergo aspirante, à quo scripturæ fideles vniuersæ conditæ sunt, felicia sequentes doctrinæ catholicæ sydera, cœpto curramus nauigio, nihil metuentes pyratas hæreticos, quos hoc pelagus non alere, sed æterno demergere consuevit naufragio. Sequit: Post hæc descendit Capharnaum, ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi mansit non multis diebus. Magna moderatio dñs noster adhuc post tantum miraculum, quo aquas in vinum conuertit, paululum subsistit, & præcursorum suum Iohannem adhuc prædicantem, vsq; ad debitum finem præire permittit, certo loco cōmanens, suamq; prædicationem à publicis cōuentibus & à circuiendis ciuitatibus vel castellis suspendens. Hoc iam & superius dictum est, q; priusq; Iohannes traditus esset, ipse publicum suæ prædicationis cursum distulit, intantum vt dum prædicare incepisset Iohannes putaretur surrexisse à mortuis. Sic toto hoc anno, qui erat ætatis suæ. XXXI, paulatim miraculis seorsum exhibitis, viā & ipse præparat futuræ suæ prædicationi, post quem videlicet annum, tradito Iohanne, & ipse prædicare incepit, vnde cæteri euangelisti exordium fecere suæ narrationis. Decollatus ē autē idem Iohannes. IIII. Caleñ. Septemb. eius anni qui est. XXXII. dñi nostri. ¶ Descendit ergo Capharnaum. Hic descendens eius non tā declinē terræ situm q; humilitatis ipsius magnam innuit dignationem, q; videlicet deus ad homines, sanctus descenderat ad peccatores. Capharnaum namq; ciuitas peccatrix erat intantū, vt huic quoq; exprobauerit ipse postea dicendor: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida. Ac deinceps: Et tu Capharnaum, nunquid vsq; in cœlum exaltaberis? Vsq; in infernum demergeris. Exprobatur autem ciuitatibus istis idcirco, q; in eis multæ virtutes ab eo factæ fuissent, & non credidissent. Descēdit ergo ipse & mater eius videlicet quā postmodū, studio prædictiōis occupatus, quo dāmodo erat nescitus, intantū, vt iuxta aliū euangelistā dicenti cuidā: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes, dicat ipse: Quæ est mater mea, & q; sunt fratres mei &c. ¶ Fratres eius q; cum eo descēdunt, cognati eius sunt, q; videlicet mos hic frequens est in scripturis, vt fratres vocent, maximè in illa gente hi q; sunt iuxta carnē propinqu, verbi gratia, fratreles sive cōsobrini. ¶ Discipuli quoq; aliqui iam illum sequebant, quos quasi primis doctrinæ cœlestis imbuebat elementis, ad eam pfectiōne nondū adductos, vt eis iam cuncta relinquere præcipiendum esset, qd tunc maximè factum est, quando alios de nauibus, alios de diuersis negotijs vocans, tandem fecit, vt præter alios. XII. essent cum illo. Est autem Capharnaum ciuitas in Galilæa gentium, sita in finibus Zabulon & Nephthalim, iuxta stagnum Genezareth. Interpretaturq; Capharnaum villa cōsolatiōis. Quapropter populū gentiū recte significat, cui pro parte illoq;, qbus crux Chr̄i stultitia visa est, ipse Chr̄us meritoim proponat, pro parte vero illoq;, q; eum dei virtutem & dei sapientiam credentes receperunt, relictis Iudæis, consolationis suæ grām dat. Quod manifestius secundum Lucam præfiguratum est. ¶ Nam cum dixissent illi hoīes ciuitatis suæ, quāta audiuimus in te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. In veritate dico vobis (inquit) multæ viduæ erāt in diebus Heliae in Israel, & ad nullā illa missus ē Helias, nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierē viduā. Quibus dictis, cum illi duxissent eum ad supciliū montis, supra quē ciuitatis illorum erat ædificata, vt eum p̄cipitarent, Iesus autē (inquit euangelista) transiens p̄ mediū illorum ibat, & descēdit Capharnaum ciuitatē Galilææ, ibiq; docebat eos sabbatis. Quē eius descensum hic euangelista Iohannes post multa commemoraturus est. ¶ Hoc em facto præfigu-

præfiguratum est, quia sui. s. Iudæi, quo^r de carne natus est, ad præcipitum mortis illum perdituri essent, & propter hoc ipse transiturus ab eis, & ad fidem gentium descensurus esset, ut ibi fide ecclesiæ pasceref, sicut & in eo præfiguratū fuerat, quod ad nullam viduarum, quæ multæ erant in Israel, missus est Helias, nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierē vi- duam, vel in eo, q^{uod} cum multi leprosi essent in Israel sub Helisæo, nemo illoq^{ue} curatus est, nisi Naaman Syrus. Non em̄ frustra cum tam terribili iuramento hæc præterita cōmemo rauerat illis dicens, in veritate dico vobis. Ergo post quām vinū de aqua factū est, dñs Capharnaum descendit, s. in villā cōsolationis, quia postq^{ue} resurgendo à mortuis, morta litatis nostræ aquā in immortalitatis suæ vinū transtulit, & dato spū sancto aquaticū lite- resensum ad spūalem promovit intellectū relictis Iudæis, ad consolandas gentes transit. Sequitur: Et prope erat pascha Iudææ, & ascendit Iesus Hierosolymam. Itaq^{ue} non multis diebus (ut ait Euangelista) mansit in Capharnaum, i. forte non totis diebus trium mensium. Nam à die, qua constat, ut supra dictum est, factum esse illud signo^r initium, aqua conuersa in vinum, vñsq^{ue} ad sacram paschæ vesperam, anno illo iuxta lunæ rationē, octoginta octo, vel secundū veriora cōputista^r exemplaria, tñ octoginta dies fuerunt. Hoc omnino prætereundū non est, quia hic ascensus dñi nostri in Hierosolymam propter illa, quæ ibi dicta vel facta sunt, inter testimonia diuinitatis, quæ maxime hic euange lista colligere solerter intendit, merito scribi debuit. Nam pleriq^{ue} arbitrantur quidem ma- ximum esse signo^r, q^{uod} Lazarus suscitatus est, q^{uod} cæcus ex utero lumen accepit, q^{uod} ad lorde- nem audita est vox patris, q^{uod} transfiguratus in monte, gloriam ostendit triumphantis. Prudentioribus autem inter omnia signa, quæ fecit, hoc vide^r esse mirabilius, q^{uod} vnus ho- mo & illo tempore contemptibilis, & instantū vilis, vt postea crucifigeret, scribis & pharisiis contra se saeuientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli ver- bera, tantam ejere multitudinem, mensasq^{ue} subuertere, & cathedras cōfringere, & talia facere, quæ infinitus non faceret exercitus. Igneum em̄ quiddam atq^{ue} sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Hoc ergo testis filij dei, diuinitatem testificans eiusdem filij hoīs, recte ad conuincendos hæreticos non omittere, curauit. Sed qd sibi vult, quod hic euangelista nunc illum idem fecisse. s. vendentes & ementes de templo eiecisse asserit, quod secundū alios euangelistas tunc fecit, qñ turbis comitanti bus & pueris osanna clamantibus, ad ciuitatem eandē iam passurus aduenit. Nunq^d ca- su vnumquodq^{ue}, sicut memorie primū occurrit, ita primitus describit: tanq^{ue} curandū non sit de facto^r tempore, dummodo constet de re^r veritate. Hoc fortasse magis opinari li- cerer, q^{uod} secundū intentionē vel propositū suum colligens testimonia diuinitatis Christi, quia factum hoc insigne magis cæteris extitit, prius scribere dignum duxit. Sed hoc vel illud opinari, sequens literæ textus non sinit. Nam inferius scriptū est: Cū ergo venisset in Galilæā, exceperunt eū Galilæi, cū oīa vidissent, quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Nung^d cæteri euangelistæ in recordatione temporis, quo istud actum est, omnes erra- uerunt. An casu concorditer omnes idem de eodem tempore falsum opinati sunt? Absit. An forte propter aliquod mysteriū id, quod primo anno factū est, ipsi ad ultimū transtu- lerunt? Sed hoc textus literæ ipso^r suspicari vetat. Nam secundū Lucā, cum iam passurus Hierosolymam adueniret, & videns fleuisse super illam, ingressus templū, cœpit ejere vendentes & ementes, vt videlicet qd futu^r prædixerat idipsum facto suo, illos ejiendo præsignaret. Marcus autē diem quoq^{ue} magis determinat, quo illos eiecit. s. vendentes & ementes, videlicet, sequenti die, postq^{ue} ciuitatē iam passurus ingressus est. Igis vndiq^{ue} coartamur, vt illud plus q^{uod} semel factū esse fateamur, qd vendentes & ementes eiecisse de templo narrat. Et reuera fidenter affirmare licet, quod non solū nouissime, qñ passurus ascēdit, sed & quoties ascendit, ex quo miracula facere cœpit, quoties eiusmodi negotiatiōes, imo latrocinia inuenit, zelatus est, & comedit eū zelus domus dei. Nec vero frustra hic Euāgelista Iohānes in eo diuersus esse voluit à cæteris, vt qd illi nouissimo, hic primo an- nosactū esse assereret. Nam posset aduersarius hoc dicere, q^{uod} nō diuinitatis nutu cōstricti vel atroniti scribæ & pharisiæ querint, & lucra sua perire pmiserint, sed metu turbæ, q^{uod} multæ, partim cū illo venerant, partim venienti cū laudibus & ramis palmar^r obuiā exie- rent. Ut ergo totū quod factū est, diuinitatis eius virtuti indubitanter ascribendū esse scia- mus, illo quoq^{ue} tpe hoc illū fecisse testat, quo parū notus adhuc nulla venerat, turba comi- tatus. Sed iam euangelij verba pscrutemur. Et inuenit in templo vendētes boues & oves & columbas & nūmularios sedentes. Sciendum, q^{uod} iuxta legis mandata augustissimo in toto orbe templo dñi, & de cunctis pene regionibus Iudæorum illic populo confluentez innumerabiles immolabant hostiæ, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum, pauperibus, ne absq^{ue} sacrificio essent, pullos columbarum, & turtures offerentibus. Ac- cedebat plerunq^{ue}, vt q^{uod} de longe venerant non haberent victimas. Excogitauerunt igitur sa-

4. Reg. §

Allegoria
de aqua in
vinū versaIohā.ii
Iohan.9
Matth.3
Matth.17Quæstio de
electiōe nū
mularior^r
e templo
Matth.21
Marci.11
Lucæ.19Iohan.4
Aliud tps
huius facti,
scdm tres
euāgelistas

Lucæ.19

Marcii

Psal. 68

Deuter.12

XLVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. II.

tur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia, qbus opus erat, ad sacrificia, vendebant, vt & venderet nō habētibus, & ipsa rursus empta susciperet. Hac stropham eoz crebra vendentiū inopia dissipabat, q indigebant sumptibus, & non solū hostias non habebant sed nec vnde emerent qdem aues ac vilia munuscula. Posuerūt ita.
Deuter. 32 q & nummularios, q mutuā sub cautione darent pecuniam. ¶ Sed quia erat in lege preceptum, vt nemo vsuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fœnerata, quæ com
Technam modi nihil haberet, & interdū forte perdere; excogitauerunt & aliam tegnam, vt por
nūmularijs collybi tas facerent. Cuius verbī proprietatē latina lingua nō exprimit. Col
lyba dicunt apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuscula, verbi grā, fri
xi ciceris, vuarūq; passagæ, & poma diuersi generis. Igitur quia vsuras accipere nō poterat,
collyftæ, q pecuniā fœneraturi erant, pro vsuris accipiebant diuersas species, vt quod in
Ezechi. 22 nūmo non licebat, in his rebus exigenter, quæ in nūmis coemunt; quasi nō hoc ipm Eze
chiel pdicauerit, dicens: Vsurā & superabundantiā non accipietis. ¶ Istiusmodi dñs cer
nens in domo patris sui negotiationē seu latrocinium, ardore spūs concitatus, iuxta qđ
scriptum est in sexagesimo octavo Psalmo: Zelus domus tuus comedit me, fecit sibi fla
gellum ex funiculis, & tātā hoīm multitudinē eiecit ē tēplo. ¶ Hoc p̄ter exterius factū
vere magnum & in testimonium veræ & summæ diuinitatis Christi prædicandum, ali
ud portendit miseris Iudæis vere magnum & miserable malum, vere dolendū n̄i ser
to accidisset, cruentæ ciuitatis & prophananti templi excidium, totumq; penitus abolen
dum ab oculis dei præsignat veteris sacrificij ritum. Quid em funiculus ille agit in manu
potentis, in manu sapientis? Quid n̄i Romanū præsignat exercitū, durum ad cædendū,
fortē ad ligandū & captiuandū? Qui em quondā per prophetā dixerat: V & Assur, virga
furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea: nunc per seipm factis pro
clamat: V & magna Romani imperij bestiæ, quæ iuxta Danielem comedit atq; cōminuit
& reliqua pedibus cōculeauit. Funiculus irat mæ, lorumq; ferreum, & captiuandæ huius
gentis vinculū ipsa est. ¶ Hoc malū portendit illis infastū prodigium, qđ maxime claret
ex euangelio secundū Lucam: Nam (vt ille refert) ingressurus in templū, & facturus hoc
signum, prius videns ciuitatē, fleuit super illam, & dixit: Quia si cognouis es & tu, qā ve
nient dies in te, & circūdabunt te inimici tui vallo &c. Cum ergo prius illud extremū pro
nuntiat excidium, & tunc ad ejciendos illos de domo patris sui, factum de funiculis adhi
bet flagellum, aperte innuit, se facto præsignare ipsum, quod verbo pdixerat malum, qđ
& secundū naturæ humanæ compassionē deflet, & secundū iustam diuinitatis suæ censu
ram exercet. ¶ Et congrue vindicta, qā plectendi erant, funiculo præfiguratur, nam ipi
longis peccatoz suoz funiculis circūdabant. Quoq; longitudo rursus secundū Matthæ
um exprimit. Nam cum dixisset: Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas
& ex illis occidetis & crucigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequimi
ni de ciuitate in ciuitatem: statim addidit, longitudinē funium istoq; qbus circundabant
dicens: Vt veniat super vos oī sanguis iustus, q effusus est super terram, à sanguine Abel
iusti, vsc; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiaæ, quem occidistis inter templum & altare
Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationē istam. Igitur in signum atq; por
tentum miseriaz. ¶ Facto de funiculis flagello, omnes eiecit de temploroues quoq; & bo
ues, & nūmulariōz effudit æs, mensasq; subuertit. ¶ Non curans si sacerdotem latrocinii
tum, populumq; deprædantium, lucra perirent. ¶ Et his qui columbas vendebant dixit
Aufeite ista hinc & nolite facere domū patris mei domū negotiationis. Et hoc valde no
tandum, quod in medio feroore distinctionis, in ipsa flamma zeli ardētis, dum sine cura
cerdotū mercimonia proīcit pauperioribus. S. his qui columbas vendebant (non em diui
tes, sed pauperes eiusmodi auiculas vendere solent) pauperioribus ergo parcit, vt nō ex
turbet colubas quas vendebant, quas cū exturbatæ euolassent, ipsi consequi nō possent, &
aliquantulo damno affecti, angerent, ac iure deplorarent. ¶ Illud quoq; non prætereun
dum, q cum in alio euangelista de scriptura dicat, proferens testimonium: Domus mea
domus orionis vocabif, vos autem fecistis illam speluncam latronum, hic dicit: nolite fa
cere domū patris mei domū negotiationis. Nam illud dixit scribis & phariseis, siue fa
cerdotibus, q reuera sub specie diuini cultus, quasi in speluncula latentes, prædam & latro
cinium, vt prædictū est, de populo faciebant. Hoc autem pauperibus columbas vendenti
bus loquit, qui nesciebant quid esset inter dexteram & sinistram suam. ¶ Cæteræ secun
dum mysticos inrellctus, quotidie Iesus ingredit templum patris, & ejicit omnes, tam epi
scopos q presbyteros, & diaconos, q laicos, & vniuersam turbam de ecclesia sua: & vnius
criminis habet vendentes pariter & ementes. Scriptū est em: Gratis accepistiis, gratis da
te. Mensas quoq; nūmulariōz subuertit, i. altaria, videlicet propter avaritā sacerdotū nū
mulariōz mensas appellata. ¶ Cathedras quoq; vendentium colubas, iuxta Matthæum
euertit,

eruit, quod iuxta simplicē intelligentiam accipere absurdum est. Non enim columbæ in cathedris erant, sed in caueis: nec columbæ institores, putandum est sedisse in cathedris. Sed mystice in cathedris magistrorum dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, cū mixta fuerit lucris. Quod de ecclesiis dictū est, vnuſquisq; & de se intelligat. Dicit em̄ Apostolus Paulus: Vos elliſtis templū dei, & spūs sanctus habitat in vobis. Non fit in domo peccatoris nostri negotiatio, non vendentiū ementiumq; cōmercia, non donorum cupiditas: ne ingrediatur Iesuſ iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suū, niſi flagello adhibito, vt de spelunca latronū, & de domo negotiationis, domū faciat orationis. ¶ Quomodo aut̄ Iudæi vel hæretici Hebionitæ, id est, pauperes, videlicet sensu magis quam noīe, & cæteri, aduersum quos maxime fulminat hæc secundū Iohānem euangelica veritas: quo modo, quæſo, nō audierūt imperiosam vocem dicētis, & nolite facere domū patris mei domū negotiationis. Audierunt Mariam matrem eius dicentem: Fili, qd fecisti nobis sic, ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te, & idcirco prorumpūt, dicentes: Christum ex Ioseph semine esse natū, & nō audierūt, q; hic ipſe. Nolite, inquit, facere domū patris mei domū negotiationis. Si agni māsueti mitem balatū non audierūt dicētis: quid est quod me quærebatis, nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Quomodo saltem hunc rugitū leonis nō audierunt, in tēpeſtate & turbine vias suas agentis & omnia terrore aspectus ſui subuententis ac dicentis, domū patris mei nolite facere domū negotiationis. Nō em̄ leue aut paruum est, q; dicendo domum patris, addidit, mei. Altius quippe est, quaſi diſiſſet tantū, domum patris. ¶ Hoc fere vbiq; in verbis eius notandum est, q; cū patrem nominans, addidit meum, de paternitate agit naturæ, qua ſolus & vnicus filius eſt, & maxime alta ſunt & diuina quæ loquitur, vt illud: Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor: cum vero patrem nominās, non addidit meum, de paternitate agit gratiæ, quæ nobis comunicatur, vel qua fratres eius ſumus, & tunc magis humilia de ſeipſo loquit, vt illud, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Sequitur: L Recordati vero ſunt diſcipuli eius, q; scriptū eſt: Zelus domus tuæ comedit me. Ex tūc recordati ſunt, hoc de illo eſte scriptū, ex quo aperuit illis ſenſum vt intelligerent scripturas. ¶ Recordati ſunt ergo de illo fuſſe ſcriptum, q; viderant impletū: zelus domus tuæ comedit me, quod longe ſonorius dictum eſt, quam ſi dictum fuſſet: Zelus domus tuæ inflammauit, vel accendit me. Infirmitas nāq; humanitatis eius orat in illo psalmo, quæ cum diuinitatem in ſe habitantem ita contegeret, vt inter homines ambulans, hominibus non appareret, repente ſic illum commouit zelus patris ſui, vt ipſa infirmitas eius quaſi non compareret, quæ hactenus hoc agebat, vt diuinitas lateret. Quid em̄ aliud facere potuifſet, ſi naturæ noſtræ infirmitatē non haberet? Co medit ergo illum zelus domus dei, dum diuinitatis fulgurantis ſplendor ſe exerens, naturā infirmam operuit vel abſcondit. L Responderunt ergo Iudæi & dixerūt ei: Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? ¶ Quām diu cœlum detonuit, ranç tacuerunt, quām diu diuinitas tremuit, de illo carnis ſuæ habitaculo proclamanſt auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domū negotiationis: tam diu Iudæi conticescentes, & in palude silentij ſui ſe cōtinentes, contrahiscere nihil auſi ſunt. At vbi tonitruum quieuit, rufus prorepētes adhuc tamen quaſi iracundo timore, timidaq; iracundia trementes & palpitan tes, quod ſignū, inquiunt, oſtendis nobis, quia hæc facis? ¶ Iudæi nāq; ſigna petunt, non ad dei, ſed ad ſuam gloriam, ſcilicet in vanitate ſitientes illam, qua lactata eſt antiquitus infantia gētis illius, miraculoꝝ alimoniā: vt poſſint nouis & ipſi prodigijs, ſicut & patres eorum, ſuperbi re, & cunctis p circuitum nationibus ſpectaculo eſſe, nō recogitātes, q; patres ipſoꝝ rebelles & increduli, & māna māducare, & in peccatis ſuis mori potuerint. Aiuut ergo: Quod ſignū oſtendis nobis? Ac ſi dicerēt: Moyses ſigna & prodigia de cœlo oſtendit, & māna de dit patribus noſtris: tu ſi Christus eſt, ſicut Iohanne teſtificante, vulgo coepit iam dici, quod ſignū oſtēdit? Quid operaris vt credamus q; deus, cuius hæc domus eſt, pater tuus ſit? Hæc illis dicētibus, vere non decebat ſapientiā dei, vt illis ſigna daret, qualia vellent ipſi, nihiloq; meliores effecti, ſemp magis ac magis quereret curioſitate inſatiabili. Ait ergo: L Solute tēpluſ hoc, & in tribus diebus excitabo illud, Dixerūt ergo Iudæi: Quadraginta & ſex annis edificatum eſt templū hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille aut̄ dicebat de tēpluſ corporis ſui. Tria nobis hoc loco diſſerenda ſunt. Primū, cur ſignū quærentibus, cū multa ſigna fecerit, ſolā pro ſigno respondit virtutem ſuæ reſurrectionis. Deinde ſecundū cur eandem reſurrectionem vel mortem ſuam edixit qdem, ſed ab eorum qui ſignū quærebāt, intellectu abſcondit. Tertium, cur nō qualicūq; figura, ſed templi nomine vel ſimilitudine vti voluit. ¶ Plane ad rem pertinuit, vt illis dicētibus, quod ſignū oſtēdit nobis, q; hæc facis, illud ſignū responderit, quod ad diſcernendam magnitudinem, vel eminentiam eius ſufficiens eſt. Nam idcirco quæſtione pulsabatur, quia de templo illos eiecerat domū eſſe afferens patris ſui: & hoc ab ipſo quærebatur, quo ſigno credendum eſſet illi. Hoc er-

Cathedral
vendētis.

Cor. 13

Contra Iu
deos & He
bionitas,
dicētes, Io
ſeph eē pa
trem Chri
natūrālē
Luc. 2
Iohan. 7.
Luc. 2

Duplex
mod⁹, q; de
p̄rē loquit
Chrūs.
Iohan. 5.
Iohan. 14
intitul.
Pſal. 68.
Luc. 24

Pſal. 68
Iudæi, vt
ranæ tonā
te cœloſilē
tes.

Cur signa
quærebant
Iudæi.
Exodi. 16
Numc. 14

Tres quæſtiones,

Prima, cur
de reſurre
ctione riſ
dit Chrūs.

Ego ſi-

LXXX RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. II.

go signū respondere debuit, quod sufficeret ad argumentum eius diuinæ maiestatis: imo q̄ illis exhibito, cūctos eos de domo patris & regno eius expelleret, simulq; captiuos in omnes gentes disperderet. Vnde em̄ magis veritas diuinitatis eius claruit: vnde magis iustitia damnationis vel dispersionis illorū cōstituit: nisi ex eo, q̄ crucifixus ab illis resurrexit à mortuis: Moyses nāq; & cæteri sancti omnes mortui sunt, & nemo illoꝝ resurrexit: hic aut̄ crucifixus quidem est ex infirmitate nostra, sed viuit nūc ex virtute dei. Et huic qđem, quia factus est obediens usq; ad mortē, mortem aut̄ crucis, donauit deus nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flecteretur, cœlestiū, terrestriū & infernorum. Illi autem, quia cruciferunt eum, de domo dei electi sunt & tanquam oves & boues, quos in templo vendebant & emebant, in prædam & occisionē cūctis gentibus iuste expositi sunt. Igitur huic perconctationi illorum recte pro signo respondit Iesus: Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. ¶ Dicis: Cur tanti signi gloriā sic edixit, vt tamen ab his, q̄ bus respondebat, non posset intelligi? Vel si nolebat intelligi, cur non omnino reticuit? Videlicet idcirco non omnino reticuit, sed & hic & multis in locis, alias obscurius, alias manifestius p̄signauit, vt hi, qui iam erant vel futuri erant digni reuelatione mysteriorum regni dei, in tēpore suo recordarentur verboꝝ eius, & ad cognoscenda vel credenda facta sequentia dictis eius præcedentibus adiuuarentur. Vnde & subditur: L Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hæc dicebat. ¶ Idcirco autem hæc ipsa cum diceret ab ipsoꝝ, quibus loquebatur, intellectu remouit: quia videlicet, sicut paulo post Euangelista narrat: Ipse Iesus non credebat semetipsum eis. Tales quippe illos esse nouerat, qualib; ipse mysteria consiliū sui credere non habebat. ¶ Si enim his, quibus maxime crediturus erat semetipsum, cum diceret: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis trademus ad crucifigēdum, & tertia die resurget: si, inquam, cum hæc diceret, opportuna moderatio ne sensus eoꝝ, vt non intelligerent, tenuit, & vt verbum istud absconditū esset ab eis, quāto magis insidiatoribus suis, quibus nunquam semetipsum crediturus esset, verbum istud abscondere debuit. Et si discipulos suos, nondum sp̄us sancti gratia reformatos, vtres veteres esse dixit, & ideo vinum nouum nō esse infundendum illis: quanto magis in hæc sepulchra mortuorum, quæ pulchra deforis parebant, intrinsecus aut̄ plena erant putredine, sui puritate consiliū non debebat infundere. Recte igitur illis signa quærentibus & hoc omnipotētiæ suæ signū, nec omnino reticuit, nec nudo sermone, vt palam intelligerent edixit. ¶ Tertiū eoꝝ, quæ proposita sunt, illud est, cur non qualicūq; figura, sed templi nomine vel similitudine, responsionis suæ sensum aperuit. Et quidem hoc dicto inimicos suos errare fecit, quasi in inuio & nō in via; fidelibus aut̄ suis referuauit ea quæ recordarentur, & tēpore opportuno intelligerēt propositi sui mysteria. Errantes em̄ illi dicūt: Quadragesima & sex annis ædificatū est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Quasi vero ille dicēdo soluite templū hoc, digitum intendisset in illōs parietes magnos & pulchros, aut̄ deus non in alio q̄ in illo habitaret templo manufacto: cum ecōtra templi illius cōstructor Salomon dixisset: Ergo ne putandum est q̄ vere deus habitet super terram? Si em̄ cœlū & cœli cœloḡ te capre nō posunt: quāto magis domus hæc, quā ædificauit tibi? Sed hæc isti surdi intus audierāt, q̄ tēplū illud exterius videbāt: multo magis vero illud attēderāt: qđ p̄ os eiusdem incarnāda sapiētia de semetipsa dixerat: Sapiētia ædificauit sibi domum, excidit colinas septem, &c. Cum ergo sic in præsentia veritatis errarent, & oculi eoꝝ sole præsente ca ligarent: Quadragesima, inquiunt, & sex annis ædificatū est templū hoc: nō primam, sed secundam ædificationem significantes. Primus em̄ Salomon templum in maxima regni sui pace decentissimo septem annorum opere perfecit: quod destructum à Chaldæis, post se ptuaginta annos, ad iussionem Cyri Persæ laxata captiuitate, reædificari cœptū est. Sed filij transmigrationis, opus qđ principibus Zorobabel & Iesu iubentibus faciebant, propter impugnationē gentium vicinarū, ante quadragesima & sex annos implere nequiuierūt. Et hī quidem hoc modo in verbo veritatis errabant. Nos aut̄ non solum cū discipulis eius scripturæ credimus & sermoni quem dixit Iesus: sed & in errore illorum dicentiū, quadragesima & sex annis ædificatum est tēplū hoc, inuitis illis, sensum veritatis extorquemus. ¶ Hic em̄ numerus nō quidē annorū, sed dieꝝ: perfectioni dominici corporis aptissime congruit. Tradunt em̄ naturalium scriptores reḡ, formam corporis humani tot dieꝝ spatio perficit quia videlicet primis sex à conceptione diebus, lactis habeat similitudinē, sequentibus octo conuertatur in sanguinem, deinde duodecim solidetur, reliquis decem & octo formet usq; ad perfecta lineamenta membrorum, & hinc iam reliquo tempore usq; ad tempus partus magnitudine augeatur. Sex autem & octo & duodecim & decem & octo: quadragesima & quinq; faciūt. Quibus si vnū adiecerimus, id est, ipsum diē, quo discretum per membra corpus incrementum sumere incipit, tot nimirum dies in ædificatione corporis domini, qđ in fabrica tēplū annos inuenimus. Vnde recte per tēplū illud manufactū, sacrosancū ipsius carnem,

Cor. 1
Philip. 2

Secunda,
cur tā ob-
scure illis
respondit.

Nec dis-
pulis mox
omnia res-
uelauit.
Matth. 20
Matth. 9.

Matth. 23

Psalm. 106.

¶ Reg. 8

Prove. 9.

¶ Reg. 7
¶ Reg. vlt.
¶ Edræ. 1
¶ Ibid. 2.3
Formatio-
hois in vte-
ro diebus
quadragi-
ta.

COMMENTARIORVM LIB. III.

LI.

carnē, quā sumpserat de virgine, figurabat. ¶ Sed & sanctæ ecclesiæ, quæ est corpus eius, & de qua perfidos Iudeos cū flagello iustæ dñationis erat electurus; hic idem nihilominus recte cognitum numerus. Ipsa em̄ de yniuersitate generis humani ex Adā propagati, construit. Nomē aut̄ Adam quatuor literis quibus scribitur, hunc ipsum numerū, id est, XL. VI. efficit, si in computo Græco consideretur. Nam & vnum, & quatuor; & iterum & vnum, & quadraginta significat; qui simul fiunt quadraginta sex. ¶ Illud q̄qz sciendum, q̄ eis dē quatuor literis, id est, & titerum & ui: quatuor partes orbis designantur, in quas sparsus est Adā in filijs suis, de q̄bus vniuersitas ecclesiæ colligif. Nā in principijs nominū partium mundi, hæ quatuor leguntur; videlicet ἀρκτός, quod est septentrio, ab & incipit; & ἀνατολή, quod est oriēs, ab & μεσημέρι, qd est meridies, à μ. ¶ Mystice ergo XL. & VI. annos in adiumentū fidei sumētes detestamur eos, q̄ hūc anno, numerū infideliter obiecerūt; quia maledicti sunt, eo q̄ sicut à patriarcha Iacob in typō, Simeon & Levi fuerat prædictū, vasa iniqtatis effecti sunt, q̄ in furore suo occiderat virg., & in volūtate sua suffoderūt mūr. Maxime em̄ hi, q̄ fuerāt de tribu Levi: scilicet scribæ & pharisei, talem occiderūt virg., tanti templi clavis, & lancea suffoderūt murum. ¶ His ita iam dictis, notāda est diligēter euangelistæ intētio, dicētis: Hoc aut̄ dicebat de templo corporis sui. Cur em̄ hoc tandem intulit, nisi vt hæreticos hoc q̄qz dicto persecut̄, Christo dei filio linguis viperijs detrahēt̄; cōtra quos, vt s̄pē dictū est, hoc euangeliū maxime conscriptū est? Quod vt manifestū sit, quærere nūc libet ab eisdē hæretīs; Cuius nisi templū dei est? Creaturæ quippe alicui tēplum, nec aliquādo factū, nec vn̄ quam faciendū vel dicendū est. Hic aut̄ proprium templum corpus suū appellat dei filius. Quis em̄, nisi dei filius, nisi verbū incarnatum, loquitur: soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud? Deus ergo est, q̄a templū habet: quantūvis ecōtra grunniāt crassæ sues, in suis se paludibus volutantes. Et proculdubio dignius est hoc templū filij dei, templo illo patris sui, de quo dixerat: Nolite facere domū patris mei domū negotiationis. Hoc em̄ templū nō manufactum, iam in æternū dirui non pōt̄; illud manufactū, habitorem nō habens deū, dirutū est. Et de hoc tēplo iuxta Ezechielem à latere dextro aqua egressa est, & oēs ad quos peruenit aqua ista falui facti sunt. De illo aut̄ tēplo à scribis & phariseis sanguis effluere nō cessat, quē sibimet imprecati sunt, dicēdo: Sanguis eius sup nos & sup filios nostros. Sequitur: L Cū aut̄ eset Hierosolymis in die festo, multi crediderūt in eum, vidētes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipm eis. Isti credētes in eum credēdo q̄qz errabāt, ita, vt, sicut prædictum est, merito Iesus semetipsum illis nō crederet. Nā credebāt q̄dem, q̄ ipse esset Chrūs, q̄ talia coram ipsis operatur: sed regnū eius carnaliter estimātes, humilitatis eius vias vel regni ipsius mysteria percipere nō merebātur. Taliū vanitatē spūs sanctus redarguit in psalmo dicēst: V anū est vobis ante lucē surgere, surgite post quam federitis. ¶ Nā ante lucē surgere, qd omnino vanū est, illi appetūt, q̄ ante tēpus exaltari quærunt, q̄ nō recto ordine ad festiuitatem gloriae nituntur, id est, q̄ nō prius humiliātur, vt postea merito exaltētur. Sic nēpe isti, q̄ vidētes signa, quæ faciebat dñs noster, credebāt in eū; sic vani volebāt venisse & regnare Christum, vt illo regi ipsi, iuxta carnalem intellectum suum, fortitudinē gentiū comedērent, & in gloria eōs, superbirēt: & hunc ipsum esse Christum credentes, nondū humiliati cum illo, iam de exaltatione sibimet applaudebant. ¶ Sic & filij Zebedæi, quorū hic Iohannes vñus est, nondū humiliati, iam exaltari volebant, dicentes: Magister, dic, vt vñus ad dexterā & alius ad sinistram sedeamus in regno tuo. Inuanū ibant, q̄a lucē præire volebant, id est, ante Christū exaltari quærebāt, & alia via, nec seruato ordine, quem ipsa lux disponebat, ad exaltationem properabant. Nam antequam humiliaren̄ secundum passionē domini, iam sibi loca eligeant vbi sederent, vñus ad dexterā & alius ad sinistram. ¶ Quare aut̄ nō ēque his & illis semetipsum abscōdit vel credit̄? Filijs nāqz Zebedæi statim semetipsum credere incipit, dicendo: potestis bibere calicē quē ego bībiturus sum; ac deinceps paulatim illis arcana cœlestia committit, maximeq; huic Iohanni, cui semper eterni secreta principiū, multosq; reuelationum cœlestiū thesauros ostēdit. Isti autem qui crediderunt in eum, ipse Iesus, inquit Euangelista, nō credebat semetipsum. Quare ergo hos & illos tam diuersa sorte distinxit? Sequitur: L Eo q̄ ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimoniū perhiberet de homine. Ipse em̄ sciebat, quid esset in homine. ¶ Firmissima plane ratio, atq; ad satisfaciendum sufficiens ei, qui ab Apostolo didic̄it, q̄ non dicat figmentum ei qui se finxit, quare me fecisti sic. ¶ Primū vero dicendum, de hac eadem ratiōe, non vana neq; infirma, q̄a secundū s̄pē dictā euāgelistæ intentionē, aduersus hæreticos edita est. Quis em̄ nouit omnes homines, nisi scrutas corda & renes deus? Cui nō est op̄ vt qs testimoniū perhibeat de hoīe, nisi deo cui veraciter dictū est, tu solus nosti corda oīm filiorū hoīm? Quis deniq; scit qd sit i homine, nisi

E 2 deus,

LII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

3. Reg. 8.
1. Reg. 16

March. 7.
Roma. 8

Hæreticū
est negare
lib. arb.

Roma. 8

CAP. III.

Nicodes
mus homo
alij tanquā
non homi
nes.

I. Cor. 2

Differēter
venerūt ad
Iesum nos
cte Nicode
mus & as
lij Iudæi.

Matth. 3

Prote. 8

Idem.

Curpoti?
Rabbi q
mḡ hic
ponitur.

deus, de quo nō vane dictū est, homo videt in facie, deus autē inspicit cor? Igitur hic etiā Euangelista iuxta propositū suum manifeste Christum esse, deū testatus est, dicēdo, eo q nō sset omnes. Si autem oēs nouit hoēs, vt iōq & illos nouerat q crediderunt in eū, signa videntes quæ faciebat. Ergo secundū quod eos nouerat, discrete cum illis agere debebat videlicet vt carnalia sapientibus recte spūalia non obijceret, præsertim cum eius consiliū non sit sanctum canibus dare, vel margaritas ante porcos mittere. ¶ Non em̄, quāmuis habeat figulus potestatem facere de eodē luto aliud qdem vas in honore, aliud vero in contumeliam, idcirco existimādus est figulus nōster erga nos hac vti libera potestate si ne præeunte causa iustitiae, videlicet, q idcirco sint multi homines vasa cōtumeliae, qua noluit illis honorē ostēdere notitia sua. Nempe potius idcirco nō vult illis honorē suum infundere, qd sunt ipsi vasa contumeliae. Et vt manifestius dictum sit, nō idcirco quisque male agit vnde pereat, qd deus illum morti p̄destinavit, sed idcirco deus illū morti p̄de stinavit qua male acturum p̄scivit, sicut cōtra hæreticos liberum arbitrium negātes co piōse disputatū est ab adiutoribus dei. Nam, teste Apostolo, sicut vocationē p̄destinationē dei, sic p̄destinationē eius p̄scientia p̄cedit. Igitur, qd ait Euāgelista: Iesu autē non credebat semetipsum eis, eo q ipse nōsset oēs, & qd opus ei non erat, vt qs testimoniū perhiberet de homine, ipse em̄ sciebat qd esset in homine: tale est, ac si dicas de p uido quouis homine, noluit vasculis illis vel illis vinū suū infundere, eo q illa sciret ipse cōeno opplēta esse, & nō erat illi opus, vt qs pro se iret inspicere, ipse enim per semetipsum curauit & potuit introrsum peruidere. Nūc sequentia videam⁹ narrationis euāgeli cæ. ¶ Et erat homo ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæor̄. Hic venit ad Iesum nocte & dixit ei: Rabbi, scimus, qd à deo venisti magister. Nemo em̄ potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cū eo. ¶ Hic homo nō tam pro natura q pro ratione dici existimādus est. Siquidem & illi quibus Iesus nō credebat semetipsum, omnis quidem natura homines erant, sed qd non rationabiliter querebāt ea quæ nesciebāt, quodā modo homines non erāt. Hic autē deo fauēte in his quæ vidi & audiuit rationis ope vñs est, qua sola iuuamur, vt brutis animātibus sim us dissimiles. Videns em̄ signa q Iesu faciebat & nō intelligēt ea quæ dicebat, nō in stu. Itā admirationē euanuit, quēadmodum illi, qui dixerāt XLVI. annis ædificatū est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis ilud: sed vt rationalis homo p̄parās se ad percipiēndā ea quæ dei sunt, forti argumētatione confrinxit se, ita proponēs: Rabbi, scimus, quia à deo venisti magister, ac deinde firmissimā rationem subiiciēs: Nemo em̄ potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cū eo. ¶ Quid vero gratiæ, quid bonæ & p̄dicādæ īndolis habet, q venit adeū nō ētē? O laudabilis lictor, & venerabilis executor, multū dissimilis Iudæis quoq; princeps erat, & pharisæis ex qbus erat, qui miserūt ad cōprehendēdum illū nocte, ad quē audiēdum ipse venit nocte. Misérūt illi nocte vt comprehendērēt Iesum sine turba, cui Iesus semetipsum non credebat. Illi hora sua male vñi sunt & potestate tenebrae: hic doctrinæ aptum nocturni silentij bene captauit orium. Et illi qdē cōprehendēdo & ligādo amiserūt saluatorē Christū, hic interrogādo & audiendo inuenit & tenuit Christū dei verbum. Igitur homo hic erat princeps Iudæor̄. Ipsi autē Iudæi genimina erāt viperæ. Erat hic ex pharisæis secundū nomē suum diuidētibus, & à deo diuisis, sed ab illis exiens, vni adhēsit, vni verbo dei se coniunxit. ¶ Vnde & contigit illud voce sapiētiae prolatū beatitudinis p̄coniū: Beatus homo q adit me, & qui vigilat ad fores meas, & obseruat ad postes ostiū mei. Hic enim ad fores sapientiae nocte vigilauit totis oculis, non minus animi q corporis nocte vna hic ad fores eius hūano diei clausas vigilauit. An nō sapientia domus erat illud incarnati verbi corpus, de quo pauloante dixerat Iudæis eadē sapiētia habitatrix eius, soluite templū hoc, & in tribus diebus ædificabo illuc? An nō clausæ erāt domus vel tēpli huius fores illis maxime irreuerēter pulsantibus ac dicētibus: quadraginta sex annis ædificati est templum hoc, & tu in tribus diebus ædificabis illud?, cum & his qui crediderūt in eū clausa essent Euāgelista dicentes: Ipse autē Iesus nō credebat semetipsum eis. Sed hic reuerenter accēdens, remotis imo & dormiētibus illis, qbus secretarium tēpli huius nō decebat aperiri, vigilans & obseruās amica voce pulsauit, & habitatricem sacri p̄ectoris sapientiā ad sep apertos oris ac linguae postes euocauit. Beatus ergo est quia & tenebrae filios, quos fortitan adhuc timebat, effugiens, lucem in nocte quæsivit & inuenit, maximaq; ab ore sapientiae hausit sacramēta nostræ salutis. ¶ Sed iam isto interrogante, respōdentis domini scrutemur verba, nostrisq; fauccibus & ori nostro dulcia super mel & fauum experiamur eius eloquia. ¶ Rabbi, inquit, scimus, quia à deo venisti magister. ¶ Poterat sic scribis Magister, scimus, quia à deo venisti magister. Sed opportuna linguaq; varietate vñs ē, non solū pro ornatu dicēdi, verum etiam gratia sensus elucidādi. Sic em̄ melius eluet, q ita di-

ita dixerit. Scimus, q̄ ad hoc à deo venisti, vt sis magister. Dicitur aut̄ rabbi pro excellētia magisterij, cū in latinū vt cætera verba Hebraica verti potuerit, sicut & alia quæ dā nō interpretata proferūtur pro excellētia vel dignitate eoꝝ q̄ significātur, vt Alleluia, Amē, & si qua hmoꝫ reperiunt. Et qdem iure beatificamus rationabile studiū hois, q̄ deposito supercilio pharisæorꝫ, ex qbus erat, dñm nostrū adiens, magistrū illū vocauit vera intētione dilcēdi, sed hoc deceē notam⁹, q̄ necdū illū magistrū simul ac dñm vocare nouit, vt iam illis æquaretur, q̄s approbans ipse: Vos, inqt, vocatis me, magister & dñe, & bene dicitis. Sum etenim. Vix ignoroscendū est illi, & expectāda est eius lactens & edentula fides, donec crescat & proficiat, moxq̄ cōpleat in illo, qđ scriptū est: Et q̄ appropinquant pedibus eius, accipiēt de doctrina eius. Hoc interim gratulamur, qđ illū pedibus appropinquare videm⁹, dum dicit: Scimus, q̄ à deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, q̄ tu facis, nisi fuerit deus cū eo. ¶ Illi, qui ab hoc eodē magisterio sese elongabant, scilicet pharisæi, ex qbus & hic erat, qđ dicebāt: In Beelzebub principe dæmoniorꝫ ej̄cit dæmonia. Attamē idem qđ iste idem plane & illi sciebāt. Nam de se & illis ait hic: Scimus quia à deo venisti magister. Idcirco recte arguunt illi verbum dixisse cōtra spiritum sanctum, quod nō remittetur eis neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro, q̄a sciētes eū in digito dei ej̄scere dæmonia, qđ & Magi in Aegypto coram Pharaone, Moysē signa faciente, scire poterāt. Dixerūt em̄: Digitus dei eit hic. Scientes ergo illū in spū sancto dē mones ej̄scere, dicebāt: In Beelzebub principe dæmoniorꝫ ej̄cit dæmonia, qđ idē est ac si dicerēt, quod auditu quoq̄ nefas est, spū sanctus Beelzebub est. Ergo q̄a tantū ore cōfessus est, quantū corde intelligere potuit, vidiſt Iesuſ, imo & ante viderat, q̄ semetipsum credere deberet huic, eūq̄ veræ sapientiæ, que ipse est, secretis admisit. Nā sequit: Respondit Iesuſ & dixit ei: Amen dico tibi, nisi qs natus fuerit denuo, nō potest videre regnum dei. ¶ Amē amen, id est, vere velfideliter. Et congrua fibimet affirmatione incarnata veritas dicta sua cōfirmat vt somnolentū & de futuro non cauentē exciteret, & atten-tum reddat. ¶ Norandū vero, q̄ cū in cæteris euāgelistis, aliās crebrius, aliās rarius, semp̄ aut̄ simpla hæc affirmatiua dictiuncula ponatur, in hoc solo euāgelistā s̄p̄ius & eadem semp̄ duplicata, reperit: Quia videlicet quæ ab hoc referunt, maiora & diuiniora sunt, & idcirco cōcitatiorē, id est, geminato, semp̄ affirmationis clamore magis attentū efflagitant auditoris animū. Potest & sic recte intelligi, q̄ amē dictū sit pro ipso noīe veritatis, quæ est ipse filius dei, iuxta illud in Apocalypsi, hæc dicit amen, testis fidelis & verus, qui est principiū creaturæ dei, & sic dicat, amē amen dico vobis, vt intelligas eum dixisse, ego veritas, veritatē dico vobis. ¶ Sed iam ipsius verba tāto veritatis firmamēto suffulta, prosequamur. Nisi qs natus fuerit denuo, inquit, nō potest videre regnū dei. Hic iam attenti, quoniā non solos sacramentoꝫ ruminare nucleos, sed & literaꝫ vellicare corticē, vobis propositū est. Quærimus primū, ad qđ dñs hoc responderit, q̄a sicut se habet euāgeliæ textus literæ, respōdendo Nicodemo hæc intulit. At ille quæstionē nullā proposuisse videtur, ad quam de vidētō regno consequenter responderit Iesuſ. Quod si ita dixiſt, scimus, quia à deo venisti Christus rex, nulla de conueniētia responsionis quæſtio supereret. Igitur nos quoq̄ nostræ noctem ignorantia discutientes, & cū hoc Nicodemo in adiutorio veritatis vigilantes, primū ab intentione eiusdē Nicodemii viam quæramus, ad audienda quæ dicūtur huic magna & profunda mysteria regni dei. Hoc primū nemo qui dubitet Nicodemum nō defuisse multis illis, qui, vt supra dictū est, in die festo crediderūt in eum, vidētes signa quæ faciebāt. ¶ Quid autem credebāt in eum, nisi quod ipse esset Messias, quē olim expectabant venturę regem magnū, regē victoriosum? Hæc ergo Nicodemii nocte venientis erat intētio, vt ab eo disceret, quando vel quomodo in throno David resideret, & restitueret regnū Israēl. Nec vero ab hac intētione proposi-tio eius dissonare putanda est, dicētis, scimus, quia à deo venisti magister. Deniq̄ ipsi q̄q̄ qui scripturas à deo nesciebāt, non solū regem, sed & doctorē iustitiæ Christū fore spe-rabant. Vnde & loquunt ad eum mulier Samaritana: Scio q̄a Messias venit, q̄ dicitur Chri-stus. Cum ergo venerit, ille nobis annūtiabit omnia. Quanto magis hic, q̄ erat magister in Israēl, sciēter, imo recte hūc, quem esse Messiā credebat, magistrū vocare potuit? Hæc igitur perpendentibus valde iucunda & admirabilis elucet ista responsio, tam cōgrue, q̄ vere reddita, vt eloqui summā decebat sapientiam ore propriō: Amen amē, inquit, dico tibi, nisi qs natus fuerit denuo nō potest videre regnū dei. Quid em̄ amplius admirari po-terant viri barbati, iam filii suis citcūfusi, qui se putarent hæreditatio propter patres re-gno dei iam idoneos, iamq̄ cordis auari finum laxabant, affluxuris (vt putabāt) in illo re-gno diuitijs, atq̄ in contemptum omnium gentium robustam ceruicem erigere fuerant parati. Quid amplius poterant admirari, quām id, quod nisi prius nascerentur, nō essent visuri regnū dei? Nōne facilius cōstare poterat apud illos, nullum fore regnum dei, quām

Iohann. 13

Deuter. 33

Blasphemia
ma pharise
ſaxorum spī
ritū sanctū
Match. 12
Exodi. 12

Cur in Ios
hāne Amē
geminat,

Apoca. 5

Quæſtio dē
rīſo Chri-

Quid dē
Messia cre-
debant Ius-
dæi,

Quid Sa-
maritanī,
Iohann. 4

LIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

*af. Renasci
Plat. 6.*

*Iohan. 1.
Iohan. 5.*

Spiritalis.

Gene. I

*Peccatum
originale.
Job. 3.*

*Virtus bas-
tissimi post
resurrectio-
nem Chri-
st. Match. VI.*

Iohann. 5.

*Roma. 3.
Coloss. 2.
Iohā. 19.
Gene. 2.*

aliquē natū posse denuo nasci? Vnde: Dicit ad eū Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cū sit senex? Nūquid potest in ventrē matris suæ ite& introire & *nasci? Imo qā senex, quia vetus homo est, inueterauit eñ inter oēs inimicos suos, idcirco oportet eum denuo nasci, oportet alterari, oportet alia generatione renouari. ¶ At ille terreno sensu cœlestis hominis dicta penetrare nō poterat, idcirco dicebat: Nunquid potest homo in ventrem matris suæ rursus introire & nasci? solā enim natuitatē vel generationē illam attendebat, q̄ ex sanguinibus & ex volūtate carnis, & ex voluntate viri fit, vnde nō nascuntur vt sint filii dei, aut vt videāt homines regnū dei. Verūtamen hoc impossibile vel regno dei inutile, nō illa obijciebat intētione vel spū, quo illi dixerūt superī, quadraginta & sex annis ædificatum est templū hoc, & tu in tribus diebus ædificabis illud. Alioq̄ nec huic semetipsum crederet Iesus. Pulsabat potius ardore discendi, nō obstrebat liuore aduersandi. Se potius deficere sensu, quām illū proferre inania arbitrabatur. ¶ Res pōdit Iesus: Amē amē dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aqua & spū sancto nō pōt introire in regnū dei. Non, inq̄, impossibile est, qđ proponit, volentibus introire in regnum dei. Nec eñ dixi, q̄ oporteat hoīem in ventrem matris suæ rursus introire & nasci. Alia natuitas est qua possibile est hoīem, quamlibet senē, denuo nasci. Possibile est nāq; aquā homini adhibere, spiritum sanctum sup aquā inuocare. Inuocatus aut̄ statim adest & familiare sibi elemētum sanctificat, familiare, inquam, nam & in principio ferebatur super aquas. Et omnino impossibile est, inuocationē nominis eius irritam fieri, maxime ad hoc opus sup aquas, cū nomine patris & filii inuocati. Itaq̄ nō in ventrem matris suæ, sed in fontē gratiæ dei potest homo introire & denuo nasci. Aliās aut̄ & vege in ventrem matris suæ rursus ingreditur, quādo in finū huius gratiæ vera fide reducitur. Mater eñ nostra gratia est, mater nostra dei & beator̄ omniū angelor̄ eius vna concors & dilecta ciuitas est. De cuius vtero tūc male nati & foras projecti sumus, quādo in primo parēte, de sera paradisi requie, propter peccatū expulsi in hoc exilium decidimus. ¶ Cuius natuitatis infelicitatē vir sanctus mystice deplorat dicēs: Perereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictū est, cōceptus est homo. Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero nō statim perij: Cur exceptus genibus? Cur lactat̄ vberibus? &c. His eñ dictis, quatuor originalis deplangit incremēta peccati, scilicet suggestionē, delectationem, consensum, defensionē, qbus quatuor modis omne peccatū cōsummatur. ¶ Sic ergo nati ad mortē, recte renasci dicimur ad vitam: quādo eiusdē matris nostræ, à qua per peccatū diuisi sumus, videlicet supernæ ecclesiæ, sacramentis per baptismū immergimur. Sic eñ à tribus finistræ generationis gradibus, ad tres nihilominus dextræ generationis gradus trāsmigravimus, scilicet à diabolo ad deū, à veteri Adam ad nouum, id est, Christū à proprijs carnis nostræ progenitoribus ad sacros catholicæ ecclesiæ ministros vel sacerdotes, per quos ascēdere incipimus. Iḡ cū dixisset Nicodemus: Nunqđ potest homo in ventrem matris suæ rursus introire, & nasci, recte dñs nō negavit hoc posse fieri, q̄a videlicet non quidē secundū carnalē illius sensum pōt fieri, sed secundū spūalis sacramēti veritatē fieri potest, & fit. ¶ Sciendū aut̄ nō cōfestim hoc dicto cōpisse sacramēti huius celebrari virtutē, sed nec q̄ diu idē dñs noster deus immortalis homo inter hoīes deguit, nostra induitus mortalitatē. At vbi resurgēdo ipse à mortuis regnare cōpedit, prior̄q̄ in regni sui gloriam intravit, tūc primū cōperūt renasci q̄ viderūt regnū dei, videlicet p̄ baptismū comoriendo & cōresurgendo illi data tūc primum regula baptizandi ab eodē dicēte: Eūtes docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spū sancti Non enī vel per baptismū Iohannis, vel per aliquod aliud remediu cuiquam poterat aperiri hic, de q̄ nunc agitur, introitus regni dei, priusquam ipse rex per passionē suā acquireret regnum dei, priusquam per aquam & sanguinem de latere suo profuentē, ipsum cōderet sacramentum baptismi, vniuersam ecclesiam, quæ illum apud inferos expectabat, sicut alioin loco dictū est, eodē sanguine redimens, eademq̄ aqua abluens in peccator̄ remissionē. ¶ Quoniam aut̄ hæc homini circūcisso locutus est, & sine vlla exceptione circumcisio aut præputiū dixit vniuersaliter, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, non potest introire in regnū dei. Res ipsa postulare videtur, vt quæramus, imo & quærētibus cum Apostolo respondeamus, quid amplius Iudæo, aut quæ fuerit vtilitas circumcisio? Cōstat eñ, q̄a cum hæc diceret dominus, nullus adhuc introiret in regnū dei. Ergo dū sine exceptione dixit, nisi quis renatus fuerit, constat q̄ & illos oportuerat renasci ex aqua & spiritu sancto, qui apud inferos detinebantur, quamlibet fuissent sancti aut iusti, & sic ut alio iam loco dictū est, tunc est factū, quando Chrūs in cruce moriens, Adæ debitū soluit, vniuersamq̄ ecclesiā, quæ hactenus fuerat, regenerauit, vbi mortuus, mirabiliter sanguinē & aquam de latere suo profudit, vnde illa renasceretur, sicut dormientis Adæ lateti costam subduxit, vnde Euā fabricaretur. ¶ Iḡ de causa vel vtilitate circumcisio ita differet

dissentendū est, vt pariter intelligamus, q̄ recte extunc cessare debuerit, ex quo moriente Christo in cruce, baptismi sacram conditum. Circūcisionē pro signo iustitiae fidei datam esse, Paulus apostolus testat, dicens: Dicimus, quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam Quomodo ergo reputata est? In circūcisione, an in p̄putio? Non in circūcisiōne, sed in p̄putio. Et signum accepit circūcisionis signaculum iustitiae fidei, quæ est in p̄putio patris nostri Abrahæ, vt sit pater omnium credentium per p̄putium, vt reputetur & illis adiustitiam, & sit pater circūcisionis &c. ¶ Hoc manifestum est ex serie libri Genesios, q̄ Abraham ante circūcisionem iustificatus est per fidem, eadem scriptura dicente: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei adiustitiam, & amicus dei appellatus est. Hic autē addit Apostolus, quia signo circūcisionis signatus est, dicendo, & signum accepit circūcisionis, signaculum iustitiae fidei. Signatus est quippe tanquam vas iustitiae, continēs thesaurum fidei, quam deo iam obtulerat in p̄ciū promissionis, vt hoc signo testamentū eiusdē promissionis firmaret, & iure teneret debitor qui promiserat deus. Cum em̄ dixisset deus: Circūcidetur ex vobis omne masculinum, & circūcidetis carnem p̄putij vestri, statim addidit, vt sit signum fœderis inter me & vos. Bene ergo Apostolus ait, quia signum accepit circūcisionis, signaculum iustitiae fidei. ¶ Quid autē deus promiserat illi, vel quid credendo iustificatus est, vt hoc fidei signum accepit? Hoc utiq; promiserat deus, & hoc ille crediderat, q̄ futurū esset semen eius, sicut stellæ cœli, & q̄ in semine eius benedicerentur omnes gentes terræ. Quæ promissio de benedicendis gentibus, in semine eius, prima & ultima allocutione eius firmata est. Prima nanq; apparitione præcipiens illi, vt egredere de terra, & de cognitione sua: Benedic̄ tibi (inquit) benedicā tibi & multiplicabo semē tuū, atq; in te benedicēt vniuersæ cognatiōes terræ. Ultima vero qn̄ filii suū deo obtulit vocationis illum de cœlo, cum interpositiōe iuramenti benedictionem repromittens, possidebit (inquit) semen tuum portas inimicorum suorum, atq; in semine tuo benedicēt omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Unde & repromissio dicit, quia primo & secundo de benedicendis in semine eius gentibus promissio facta est. ¶ Cum ergo fides Abrahæ, quæ illi ad iustitiam reputata est, in eo fuerit, q̄ credidit in promissione seminis, & hanc fidē deus signatam eē voluerit, vbi conuenientius, q̄ in ea parte corporis, p̄ quam semē trahitur, signari debuit? Solēt enim irridētes obincere ludæi, cum dicimus eis, circūcisionē signum fuisse fidei: Cur (inquiunt) non potius in aure, vel in labijs, siue in alia qualibet nuda corporis parte, q̄ in ea quæ semp̄ operit, positum est hoc signum, vt melius pareret, si ut dicitis, pro signo fidei data est? Attamē hoc ipsi negare nequeunt suæ scripturæ autoritate cōstricti, qn̄ pro signo fidei, sicut prædictum est à deo data fit. Eis ergo dicimus: Cum circūcisso fidei signū sit, fides autē in seminis promissione fuerit, nonne conuenientius secūdum causam in ipso seminis effusorio q̄ in alia qualibet corporis parte ponī debuit? Igitur (ut prædictum est) cum autoritate Apostoli, imo & scripturæ veteris, circuncisso fidei signū est. Atvero ipsa fides in promissione seminis est. ¶ Constat ergo, quia circūcisso, eiusdē seminis expectandi professio est, & quisquis circuncidit, semē illud se expectare profitet quod est Christus. Non enim promissio facta est de seminibus, quasi de multis, sed de semine uno scilicet quod est Christus. Quisquis autē se hoc semē profitet vētūrum expectare, profecto negat venisse. Igitur quicunq; Christum in carne venisse confitemur, abolita circūcisione, eiusdē Christi domini nostri solo sacramēto indigemus de quo nunc agit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non p̄t introire in regnum dei. Qui si circūcidemur, Christus nobis nihil prodest, quia videlicet hoc signo vētūrum nos exceptare profitemur, ac p̄ hoc venisse negaremus. ¶ Sed dicit ad hæc ludæus: Quod deus semel in sempiternū statuit nunq; ipse mutari cōcedit, aut præcipit. Acquiescimus, immutabilis em̄ est deus. Subiungit itaq; Statuit circūcisionē in pactum sempiternum, in fœdus aeternum. Sic em̄ de illo loquit ad Abraham: Et statuam pactum meū inter me & te, & inter semē tuū post te, in generationes suas, fœdere sempiterno. Et post pauca: Eritq; pactum meum in carne vestra in fœdus aeternum. Igitur non est hic à deo, qui & per semetipsum sabbatum non custodit, & p̄ baptizatos vel baptistas suos sempiternū circūcisionis pactum dissoluit. ¶ Ita ludæis argumētantibus, illum psalmi versiculū opportūne importunē decantamus, fiat mēsa eoz coram ipsis in laqueū, & in retributiones, & in scandalū. Hoc em̄ in illis isto modo impletur, dū scripture huius ceterarumq; sacrarum mē sa lectionū sit eis in laqueū, vt praeve intelligētes illaqueētur, & digna retributiōe fiat eis, vt scandalizati ad lucē veritatis puenire non sinātur. ¶ Quid em̄? Nunq; hoc scriptura p̄dicat, q̄ deus circūcidēti ritū indixerit in aeternū? Nascidi & generādi successio aeterna nō erit, & circūcidēti lex aeterna eē poterit? Quid ergo? Ipsa scripturæ verba melius inspiciamus, ne vilatenus excusabiles illos eē suspicemur. Quid deus voluit eē aeternū? Quid statuit vt eēt sempiternū? Pactum suū, fœdus suū. Quod est illud fœdus? quod

Roma, 4

Iustificatio
Abrahæ p
fidem.
Gene, 15
Roma, 4

Gene, 17

Roma, 4:

Gene, 19
Gene, 12
Gene, 22Circūcisso
cur post paf
sum Chris
tū eē aut si
erīnō debet
Galat, 3
Galat, 9Gene, 17
Iob, 2Solutio q̄
male intel
ligunt scri
pturas
Psal, 63

LVI. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

Gene. 17 est illud pactum? Nunquid ipsa circuncisio fœdus est aut pactum? Nō utiqz, sed est fœderis vel pacti signū. Cum em̄ dixisset deus, circumcidet ex vobis omne masculinū, & circumcidetis carnem præputij vestri, statim addidit, vt sit signum fœderis inter me & vos. Non ergo circuncisio fœdus, sed signum fœderis est. Quantū distat inter testatoris scriptum & ipius quod impressit sigillum, tñ distare certum est inter eam quæ ad Abraham facta est seminis, quod est Christus, promissionē & ipsam circucisionem. Promissio nāqz seminis, occurrente alacriter fide Abrahæ, pactū vel fœdus est, circuncisio vero signū fœderis est.

Pactū æter ¶ Et pactū quidem dixit deus fore sempiternū, cum autem dixisset, vt signum fœderis in nū ē, nō ipsa ter me & vos, non addidit æternū. Tunc em̄ fortasse recte intelligi vtcūqz posset, q̄ circuncisio in æternum exercenda esset, quod tñ sic impossibile est, sicut generandi vel nascendi successionē æternam esse verum non est. Nunc autem pactum quidem æternum est, quia semen æternum promissum & creditum atqz datū est, circuncisio vero, quæ pacti vel fœderis signū est, nec æternaliter exerceri potest, nec iam, post quā illud semen, quod promissum fuerat, venit, exerceri debet. ¶ Querit adhuc cur sancti p̄es ante aduentū Christi non introibant in regnū dei? Nonne per eandē fidē fuerant iustificati & ipsi? Ad quod respondemus: Cur sacramentis sanctæ ecclesiæ, verbi grā, corporis & sanguinis dñi, cōmunioni, non admittunt catechumini nostri? Nonne corde credunt, & ore confitent fidē Ch̄ri? Videlicet inquis, qa nondū sacro fonte sunt regenerati. Ita plane veteres sancti idcirco ab illa cœlesti ecclesia nō debebant in communionē gloriae & visionis dei recipi, nec fas erat, vt inter candorem innocentiae vel charitatis angelicæ recipieren, qualescūqz humani generis iustitiae, quæ oēs, testate Esaia, sic erant, sicut pannus menstruatae, nisi prius lotæ essent sanguinis & aquæ de Ch̄ri latere profluētis, inundatione. ¶ Adhuc nihilominus aduersarius Iudæus obiicit: Cum ipse, q̄ vobis baptismū dedit, Ch̄r's vester circuncisus sit, qua rōne circuncisionem excluditis, vt non exemplo eius circuncidamini priusquam baptizemini? Cur illud nostræ religionis non admittitis, quod in carne sua Christū verstrum admisisse negare non potestis? Mirum si non & illud obiificant, cur non & par turturum aut duos pullos columbae offeramus in sacrificium pro paruulis nostris primogenitis, cum & ipse Christus noster huiusmodi hostia secundū legem Moysi mundatus sit.

Solutio hu ¶ Ve prædictam obiectionē, & oīm imprudētum hoīm ignorantiam, sanus sermo fidelis aduersarius iam dum obmutescere fecit. Primo nanqz dicimus cum Apostolo, Ch̄r'm ministrū circuncisionis datum propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum, qui & idcirco sub lege factus est, & recte legaliter circuncisus est, vt circuncisus legitimus & interprehensibilis minister salutis suæ grām prædicaret. Deinde & hoc subiungimus, qa semel quod Abrahæ promissum est, ipse Christus est, semen vnum, propter quod, donec veniret, generationes computatae sunt, tribus & familiae, cogitationes ac domus seorsum distinctæ & diligenter obseruatæ sunt, ne cum Christus veniret incertum esset, qn de semine Abrahæ, de tribu Iuda, & de familia Phares, de domo Dauid, cuius fidei nihilominus fuerat re promissus, existeret. At ipse Ch̄rus neminē secundū carnē genuit, sed æterna virginitate carnē suam continēs, generatioē carnis Abrahæ in se vno semine qd illi promissum fuerat, cōsumatas ostendit. ¶ Et si rite attēdas, verbū promissionis ultra hoc sermonem Abrahæ, quod est Ch̄rus, nulla genealogia carnis eiusdē Abrahæ protendi iam debet aut supputari: lgit sicut Ch̄rus neminē secundū carnem genuit, ita consequēter neminē scdm carnē circuncidere debuit. Ab eis de qbus secundū carnem natus est, recte secundū carnem & circuncisus est, recte nihilominus neminem nostrum secundū carnem circuncidit, quoqz neminem secundū carnem genuit. Vbi Christus h̄eres æternus datus est, protinus sicut generatio carnis in illo deficit, sic & circuncisio carnis iure deficit. Alterius, i. spūalis genealogia principium ipse, ac proinde alterius quoqz sacramēti nobis auctor est. Scđo nāqz, imo iā tertio, nobiscū deus in Ch̄ro pepigit fœdus. ¶ Et nota diligenter fœderis qd deus cum hoībus pepigit, fœderis (inquam) eius ternarium nota diligenter incremētum. Primo nāqz cum Noe, Secūdo, cum Abraham. Tertio, pepigit cum semine eius, qd est Ch̄rus. Et secūdum rem fidemqz singulorū variavit, vel magis ac magis prope fecit in singulis fœderis sui signum. ¶ Siquidem Noe, quia dicente deo futurū credidit diluvium, credensqz obediuit in fabricando arcā, & fecit omnia quæ cūqz præcepit ei deus, accepit signum secundū rem fidemqz suam congruum. s. arcum in nubibus cœli positum dicente deo, ponam arcum meum in nubibus cœli, & erit signū fœderis inter me & inter terram, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum, quia videlicet potissimum de Abrahā in nubibus defluxit ipm qd, loquēte deo futurū crediderat diluvium. ¶ Abrahā vero quia credens obediuit deo præcipienti, vt egredere de terra & de cognatione sua, & promitteri quod benedicens benediceret, & multiplicaret eum, & quod in semine eius benediceretur omnes gentes, signum accepit fœderis dei, non iam extra se, sicut Noe, qui accepit in

Roma. 10

Esaia. 46

Lucæ. 22

Solutio hu

Roma. 15

Galat. 4

Gene. 15

Matth. 1

Nume. vii.

Psal. 22

Ch̄s scdm

carne neqz

genuit neqz

circuncidit.

Triplex fe

dus dei cū

hoībus

Primū cum

Noe in ar-

cu nubium

Gene. 6

Gene. 9

Scdm cum

Abrahā in

circuncisiōe

Gene. 12

Gene. 17

pit in nubibus, sed in semetipsorum veruntamē in carne exterius, in ea dūtaxat corporis parte, per quam (ut supra dictum est) semen traducit, congrue s. quia in seminis promissione non dubitauerat fide confortatus. ¶ Chrūstandē, quia nō solum fideliter, sed & sciēter Tertīū, cū seruiens (nihil em̄ ignorare poterat) factus est obediens patri v̄sq; ad mortē, mortē autē Ch̄ro in ba crucis accepit, imo & dedit, fœderis æterni signū sempiternū, iam neq; extra hoīem, nec p̄t̄mo in parte hoīis ponendū, sed quo totus hō intus & exterius, visibili sac̄o, pariter & inuisibili Philip. 2 li virtute regenerat & sanctificat. De quo vt pertractemus, iam ad ipsa lectionis euangelicæ verba redeamus. ¶ Nisi quis renatus fuerit (inquit) ex aqua & spū sancto, non p̄t introire in regnum dei. ¶ Et q̄ verba dei ponderare nouit, & claro intuitu splendorem diuini agnoscit eloquij, longe circumspiciens dictum esse liquet, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū: q̄ si dictum esset, nisi quis fuerit baptizatus. ¶ Nam videt quidem id ipsum significare baptizatus, quod renatus ex aqua & spū, verum non nihil differt. Etenim baptizatus quidem est oīs qui renatus est ex aqua & spū, sed nō econuerso, oīs qui baptizatus est, ex spiritu quoq; renatus est. Quod vt manifestū sit, querenda est in primis diffinitio renati. Renatus vero ille est, qui spiritu mentis suæ renouatus est, q̄ veterem hoīem cū actibus eius exsūt, & induit nouū, qui scđm deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Sed multi illoq; q̄ baptizant aqua, spū mentis suæ non renouant, non deponentes veteris hominis actus, q̄uis in aqua demersi, nouum se hoīem induere profiteantur. Prouide ergo veritas loquitur, dum mauult dicere, nisi quis fuerit renatus, quām nisi quis fuerit baptizatus.

¶ Quapropter vt Simon Magus baptizatus quidē aqua est, sed spiritu sancto baptizatus non est: sanctus em̄ spū disciplinæ effugit illū fictū, ac proinde baptizatus quidē, sed non renatus dici potest, sic & alij multi baptizant quidē, sed non renascuntur, ac prode malis fœtibus recte comparantur, qui vtero quidē concipiuntur, sed non viuiscantur, aut vitam inspiratam protinus amittentes abortiū projiciuntur. Et isti quidem illis quoq; assimilantur, qui transito mari rubro in deserto prostrati sunt, & repromissiōis terram non introierunt, illi autē, qui ex aqua & spiritu sancto renati, regnū dei perseveranter introeunt illis fīles sunt, q̄ mari rubro, & Jordane quoq; transito, terram promissionis, præliorū virtutibus victores obtinuerunt. ¶ Illi quoq; q̄ ab hereticis baptizantur, baptizati quidē sunt nec eis repetitū lauacrum carnis, renati tñ nequaquam sunt, qui iam mortui prodeunt, sed nec vñq; vixerunt. Vnde nec saltē illis fœtibus comparantur, qui viuiscantur in materno vtero moriunt anteq; proferantur. Qui tamen, si ad vnitatē ecclesiæ reuertantur, & per confessionem catholicæ fidei, matri vnicæ ecclesiæ subiectiūt, tunc eo, qui in illa sola est, Christi spū viuiscantur, & sic inter eos qui ad videndum regnum dei renati sunt, ipsi quoq; computantur. Tantummodo quasi natalibus differunt ab eis, qui in catholicā fide & ecclesia baptizari sunt: sed ad regni eiusdem confortium perueniunt. Quemadmodum Gad & Asar, Dan & Nephthalim, de ancillis quidem obscurius nati sunt, sed tñ in diuīsōe terræ nihilo minus æquum distributionis funiculum sortiti sunt. ¶ Nam nunc audita propositione, qua, quid necessarium sit ad videndum regnū dei, veritas exposuit: rationē audiamus, quā subintuita eidē suo, quē erudiendum suscepereat, auditori. Sequit: ¶ Quod natum est ex carne, caro est: & qđ natū est ex spū, spū est. ¶ Bonus doctor, cui nō opus est vt quis eum interroget, nō expectauit vt eū Nicodemus interrogaret: quare nemo nisi renatus posuit introire in regnum dei, sed vñtro subtile valde subtiliter rationē reddidit. ¶ Quod natū est (inquit) ex carne, caro est: & quod natū est ex spū, spū est. Hæc ratio prudentē & acutū auditore desiderat, quia audita hac tanq; coelestis dialectici propositione, protinus eodē spū, quo renatus est, suggerēte, assumat & dicat: Sed omnes hoīes ex carne nati sunt, ex carne peccatrice deū nesciēt, mundū diligēt, post concupiscentias suas eunte. Regnū autē dei totū in spū sancto est, totū in spiritu constat & veritate, nihil habet terrenū, nihil admittit caducum, nihil vanū habet aut ineptū. ¶ Ante oīa tu qui hæc loqueris, rex atq; imperator huius regni dei, ex carne qđ natus es, sed nō de carne solānam de spū sancto ex carne virginea cōceptus & natus es. Proinde tu caro qđ & vera caro es, q̄a ex carne natus es, sed & spū es, q̄a de spū sancto cōceptus es. Cæteri hoīes tñ caro sunt, q̄a de sola carne concepi & nati sunt. Cum ita assumpseris tu, quisquis es, concludit ille sic: Ergo inquit: ¶ Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denovo. ¶ Non (inquit) mireris, nam potius mirandum esset, si dixisset hominē nō renatū posse introire in regnū dei. Homo em̄ non renatus, caro est regnum vero dei spū est. Hæc autē s. caro & spū contraria sunt, & hæc (inquit Apostolus) sibi inuicē aduersantur. Quoq; alter cantum & inuicē aduersantium rixam impacatam, homo nō renatus nō sentit, q̄a videlicet totus caro ē, nihil habēs de spū aduersario carnis. Vbi autē renatus est, & in hac noua generatiōe adolescit, graues experitur pugnas carnis ac spū, quia condelectatur quidē legi dei secundū interiorem hominem, videt autem aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captiuum se ducentem

Tertīū, cū
Ch̄ro in ba
Philip. 2Differunt
baptizatus
& renatus
Ephe. 4Acto. 3
Sap. 1
Nume. 14
Iohan. 12

Iohan. 12

Roma. 7
1. Iohan. 2
Lucæ. 17
Iohan. 4
Roma. 8
Ch̄s nat⁹
qdē ex carne,
sed etiā
de spū sancto &
Pugna iter
carnē & spū
ritum.
Gala. 5Roma. 8
centem

LVIII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. III.

centem in lege peccati, quæ est in membris suis, & ingemiscens dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpe mortis huius? Quæ sic iugiter clamantē cū liberauerit grā dei, adhuc viuens, iam nō est in carne, nescit passiōes, quæ per carnē eius erant operantes, & si quid submurmurat ancilla superba, protinus à dñā sua rōne districte affligit. Cum igit homo non renatus, vt prædictum est, caro sit, dei vero regnum spūs sit, caro autem & spiritus contraria sint & sibi inuicem aduersent, non mireris (inquit dñs) quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Magis em̄ mirandum esset, si dixissem hoīem nō renatum, qui ex carne natus est, & caro est, posse introire in regnum dei, quod totum spūs, id ē, spirituale est.

**Difficile ins
troire in re
gnum dei**
Matth. 19
Lucæ. 18

¶ Poterat Nicodemus (ut pote rudis & huius nativitatis grām non expertus) respōdere ad hæc. Quis ergo poterit in regnum dei introire? Sic em̄ & discipuli Iesu, cum dixisset ipse, facilius est camelum per foramen acus transire, q̄ diuitias habentem introire in regnum cœloꝝ; audientes mirabantur dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Quoꝝ spei fluctuantī statim subueniens, inquit: Apud hoīes hoc impossibile est, apud deum oīa possibilia sunt. Ita ergo poterat & hic decidere à spe regni dei, putando impossibile esse de spū sancto renasci. Vnde em̄ possibile esse putaret homini visibili, vt nascere de spū inuisibili. Nam & hoc apud hoīes impossibile est. Igitur quia apud hoīes quidem hoc impossibile est, apud deum aut & hoc oīa possibilia sunt, protinus adiungit: L Spū vbi vult spirat. Quo dicto, grām simul & potentia spū sancti commēdat. Nam q̄ non debet & vult, grā eit: q̄ vbi vult spirat, oīpotentia est. Et reuera nulli hoīm quicq̄ debet hic spū, quia cunctoꝝ pater Adā primus præuaricatus est, & iusta lege, dei regno, de quo nūc agit, exheredatus est. Cum q̄ oībus regnum dei iuste clausum fuerit, q̄ quibusdā aperit regenerāre hoc spū, gratuitæ misericordiæ, vel misericordis gratiæ est: q̄ vero quibusdā non aperit, iustæ vindictæ vel vindicis iustitiæ est: Ait ergo: Spiritus vbi vult spirat. Ac si dicat: Ne dicas in corde tuo, quis ascēdet in cœlū, hunc spūm sanctum deducere, vt in illo possimus renasci, & sic in regnum dei introire: ipse em̄ gratis & ul̄tro dignatur & potest aspirare. ¶ Qui mox, vt virtute sua, qua vbi vult spirat, emiserit se super aquas, mirificū agit opus suæ potentia, vt elementū inanimatū viuifetur, nō quidem vita animali, sed virtute spirituali, fiat q̄ ianua regni dei, sit thorax cœlestis grāe, fiat q̄ venter supernæ matris ecclesiæ. Quod em̄ agunt viscera materna, vt susceptū semen coalescat & viuifetur, hoc agit elemētum, hoc superueniente sancto spū, vt homo natus de massa perditionis & mortis, renascat in cœlū viuentū & populū acquisitionis. Et hoc qdē mō & que cunctis aspirat, & que cunctos regenerat, & qualiter vniuersis remissiōe peccatoroꝝ dat. Deinde vero dona gratiæ non oībus & qualia vel eadem dat, sed aspirat singulis quando vult, & quomodo vult & diuidit singulis prout vult, alij dans sermonem sapiæ, alij genera linguaꝝ, alij discretiō nem spirituum &c. Quo facto non cessat nouus homo, q̄ renatus est loqui de regno dei, cui renatus est, inuocare patrē, à quo regeneratus est, annuntiare verbū, quo refectus est, confiteri in spū sancto, quo renouatus est. Vnde & nunc dñs cum dixisset, spū vbi vult, spirat, statim addidit: L Et vocem eius audis, sed non scis vnde veniat, aut quo vadat. Hoc tunc singulariter Nicodemo dictum est, & indubitanter vere dictum est: Vox enim ista, quam tunc ille audiebat, dicentis: Amen amen dico tibi, nisi q̄s renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō potest introire in regnum dei &c. Vox erat, imo vox est spū sancti, de quo conceptus est hic homo nouus, homo cœlestis qui hæc loquit, cuius ad similitudinem nos omnes renasci oportet eodem spiritu, vt regnum ipsius videre possimus. Vox plane hæc est spū sancti. Non em̄ carnalia dicit, sed spiritualia: non humana, sed diuinam nō terrena loquitur, sed cœlestia. Nescit autem Nicodemus vnde veniat, aut quo vadat: quia videlicet quo ex tempore, quanta plenitudine super hunc per quæ ista loquit, idem spiritus requiescat, quale ad regnum, vel quali ordine illū perducere disponat, penitus ignorat. Non em̄ nouit adhuc quod ex ipso suæ conceptionis initio septiformi spū hic homo sanctificatus sit, quodq̄ eo peruenturus sit, vt per eundem spūm sanctum, semetipsum offerat deo, pro oīni mūdo hostiā viuam, in odorē suæ uitatis, & tali ordine hoc efficiatur sit, vt ex aqua & eodē spū renati possimus introire in regnū dei. ¶ Bene ergo huic ait, & nescis vnde veniat, aut quo vadat, quia mysterioꝝ eius ignarus, spūale regnū dei carnaliter expectabat. Veruntamē hoc & de singulis sentiendū est hoībus, iuxta rōnem vel mensurā donoꝝ, quæ operat vñus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. Cum em̄ quempiam habentē aliquid donoꝝ eiusmodi loquentē siue prophetantē audimus, vocē quidē spū audimus, quia spūalia esse quæ dicit, sentimus: sed nescimus vnde veniat aut quo vadat, quia videlicet notū nobis nō est, quando vel quomodo is, q̄ loquit, grām accepit loquendi mysteria, vel quæ ad finē siue fructū processura sit eadē, qua nunc videtur donatus esse gratia. Vnde & protinus subdit: L Sic est omnis q̄ natus est ex spū. ¶ Parum autem dicūtum est, Nam nō solum is qui audit vocem eius, nescit vnde veniat spūs, aut quo vadat.

Deuter. 30

**Quoꝝ aqua
viuifetur a
spū sancto**

**Ephe. 2
1.Petri. 2**

I.Corr. 12

**Voce eius
audis, id est
Christum**
I.Corr. 15
Ephe. 4

**Nescis vñ
veniat, aut
quo vadat.**
I.Corr. 12

**Nescit hō,
an amore.
vel odio di
gnus sit.**

verum

verum idem ipse qui loquitur, nescit unde vel quibus ex meritis spiritu acceperit: Nescit & quo vadat, id est, ignorat, utrum aeternam accepturus sit gratiam pro ista temporali gratia. Nescit enim homo finem suum, & omnia in futurum tempus reseruantur incerta. Paulus quoque non arbitratur se comprehendisse, & omnino nescit homo, utrum amore an odio dignus sit. ¶ Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt haec fieri? ¶ Non ut incredulus, qualiter haec fieri valeant, inquirit; sed certus complenda esse quae a tanto magistro audiebat (quippe quae a deo venisse magistrum modo confessus est) quo ista fieri modo vel ordine possint, sibi postulat exponi. Et quidem poterat dominus oia quae dixerat, ab eo loco, quo ait: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud, manifestius exponere huic discipulo suo. Verbi gratia, sic dico: Hoc corpus meum templum illud est, de quo dixi Iudeus: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Soluent enim illud, non quodem iussi, sed permissi, soluent, inquam, per violentiam passionis & crucis. Tunc lancea, patefaciet latus templi huius & aqua cum sanguine egredietur, & omnes ad quos peruenierit aqua ista, salvi fient. Perueniet autem & ad mortuos omnes electos inuisibilis virtus eius, videlicet quorum salutis causa & hoc templum corporis mei solui permittitur. ¶ Et haec aqua cum sanguine pueniet ad viuos quoque omnes, qui crediti sunt in me. Ego cum in tribus diebus hoc templum excitauro, id est, a mortuis resurrexero, datus sum huius, de qua nunc loquor, necessaria regeneracionis regulam, dicendo: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Cum huius nominis inuocatio pueniet ad illos aqua ista, & salvi fient. Cum hac enim dabitur, tam mortuis quam viuis spiritus remissionis, ut sicut & in corporeis cogitationibus, & corporeis quinque sensibus peccatum admissum est, ita corporeo elemento aquae & incorporeo spiritu emundetur. Aliter enim aperiri non potest regni dei introitus. Hoc nimis modo sua dicta manifestius illi exponere poterat. Verum nec huic adeo credebat Iesus semetipsum scientes, quod nec ipse posset talia portare. Nam de huiusmodi suis quoque apostolis ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. His ergo pro tempore suppressis ait, Tu es magister in Israel, & haec ignoras. ¶ Opportune non huius tantum, sed & omnium scribarum & pharisaorum, qui sedebant super cathedram Moysi, supercilium decutit, quia videlicet amantes primas cathedras in synagogis, & vocari ab hominibus Rabbi, ipsarum profecto quae profitebantur magisterium, verum non habebant intellectum scripturarum. Si enim veri magistri essent in Israel, & scripturarum notitiam haberent, quomodo haec ignoraret. Quid enim aliud legebant, verbi gratia, & in Ezechiele dicente: Tollam vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram, & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis spiritum nouum? Quid, togo, aliud scriptura haec loquitur, quam id ipsum quod nunc ait dominus, oportet vos renasci ex aqua & spiritu? Quam vero terram promisit post effusionem aquae & spiritus, dicens: Et habitabis in terra quam dedi patribus vestris, nisi regnum dei; quod, ut nunc ait, aliter introire nos possemus, nisi sic renatis? Idem ergo est, ac si dixisset: Nisi prius effundam super vos aquam mundam, & spiritum meum ponam in medio vestri, non habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: immo non introibitis in regnum dei, quod dederam quondam primis parentibus vestris. Item in Ezechiele, quae sunt aquae de templo a latere dextro egressientes, quibus ceterae aquae sanantur, & pisces magni creantur, nisi aquae baptismi, & dona spiritus sancti: quibus de Christi & ecclesiae eius templo profluentibus, sanantur, & renascuntur omnes populi, ut possint introire in regnum dei? Omitto, quod de hac eadem baptismi regeneratione loquens Zacharias: Et erit, inquit, fons domus David patens in ablutionem menstruarum, & cetera talia, quae sparsum in scripturis inueniuntur: quae omnia scribantur & pharisaei, quorum unus hic erat, ignorantes, falso sibi magistro nomen & locum arrogare comprobantur, dicente domino: Tu es magister in Israel, & haec ignoras. Quod enim unius dicit, omnibus dicit: Quod idem est, ac si diceret: Tu ignoras haec & magister es in Israel. ¶ A quorum presumptione discipulos suos reprimens ait: Nec vobis enim magistri, quia magister vester unus est Christus. Vere enim unus & solus magister noster est Christus, in quo sunt omnes theauri sapientiae & scientiae absconditi, qui discipulorum suorum sensum per spiritum sanctum aperuit, ut intellegent scripturas, qui abscondit haec a sapientibus & prudentibus, & reuelavit ea parvulis. De cuius magisterij similitudine protinus subdit: Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. ¶ Notandum, quod cum supra vel infra singulariter loquitur: Amen amen dico tibi, & cetera, in hoc duntaxat versus pluraliter loqui maluit, quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & cetera. Videlicet quia testari se profitetur, & loquelam suam testimonium nuncupat: testimonium autem unius legitimum non est, sed in ore duorum vel trium testium, stat omne verbum, recte ergo non ait, & quod vidi, hoc testor, & testimonium meum non accipitis: sed quod

Ecclesiastes 2:2
Philip 3:25Iohannese 19
Ezechiel 47

Mathew 10:5

Matth. 23:1
Ezechiel 36Gene 2:10
Ezechiel 47:1Zacharias 13:1
Mark 13:1Matth. 23:1
Colossians 2:1
Lucas 24:1
Matthew 11:1Deuteronomy 17:1
Matthew 11:1

LX. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

Iohann. 8

quod vidimus, hoc testamur, & testimonium nostrum non accipitis, scipsum & patrem intelligi volens, sicut & alibi dicit: Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Et est sensus. ¶ Non, inquit, sicut magistri, scribae & pharisei, ex quibus es tu, qui tulerunt clauem scientiae, & nec ipsis introeunt, nec alios introire permittunt: non ita nos ex conjecturali presumptione, sicut hi qui a se metipsis loquuntur propriam querentes gloriam & de cordibus suis prophetant. Sed quod scimus & quod vidimus rem certam in veritate existentem, versus scripturarum sensum, quarum profitemur magistrorum, loquimur & testamur. Quid enim nescit, quod non videt una patris & filii diuinitas, in qua consistunt omnia, quae regit & implet omnia? ¶ Illud quoque non praeterendum, quod cum vni loquatur Nicodemo, non singulariter ait, ut in ceteris, & testimonium nostrum non accipis, sed testimonium nostrum non accipitis, inquit, subaudis, vos scribae & pharisei, qui in hominibus vobis sapientes & magistros arbitramini, qui vocamini ab hominibus Rabbi, & famam vestram detrimentum pati metuentes, doctrinam audire, veritati acquiescere deditnamini. Videlicet hoc illi singulariter dicendum non erat, quod ex ipsis quodem erat, sed ex ipsis exiens, hunc ut magistrum quia a deo venisset audire desiderabat. Illos autem nolle suum accipere te stimonium, argumentando probat, dicens: Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo, si dixerim vobis coelestia credetis? ¶ Ac si dicat: Terrena sunt, templum manufactum solui, & illud in tribus diebus reedificari. Terrena, inquam, sunt, vestro sensu, id est, sic accepta, quoniam verba sonant exterius, ultra quam uester non ascendet sensus terrenus. Sed vos ista non creditis, a me tam breui temporis spatio posse fieri; videlicet nescientes, me verbum esse, per quod mundus, & omnia quae in mundo sunt, in sex diebus condita sunt. Hoc, ut dixi, non creditis, a me tam cito posse fieri, quod licet maiori spatio, id est, quadraginta & sex annis, ab hominibus factum, & idcirco opus terrenum est. ¶ Reuera autem coelestia sunt haec, quae coeleste templo est, quae celestis edificatus est, quae non manufactum, sed a deo conditum est. Quomodo ergo, si dixerim vobis, vos illud crucifigendo soluetis, & ego in tribus diebus reedificabo resurgendo a mortuis, & extunc incipient homines renasci, resurgendo & ipsi a peccatis suis si haec & cetera his similia, quae vere coelestia sunt, dixerim vobis, credetis? Sequtus: Et nemus ascendit in celum, nisi quod descendit de celo, filius hominis qui est in celo. ¶ Et hoc, inquit, amen, id est, vere, dico tibi; vel id ipsum quod iam dixi tibi, neminem nisi renatum ex aqua & spiritu sancto posse introire in regnum dei: rursus & qui possident ratione confirmo tibi, quia nemo ascendit in celum, nisi quod descendit de celo, filius hominis qui est in celo. ¶ Idcirco expedit viuiscis, ut renascendo ex aqua & spiritu induant filium hominis, vel incorporent illi, ut quia ex carne nati sunt, quae caro sunt, & idcirco in celum ascendere non possunt, leuentur illuc ab eo, quod solus ascendere potest in celum, & quomodo caput membrorum sequuntur, & vbi quis fuerit corpus, illuc & aquila congregantur: ita quicumque renascendo ex aqua & spiritu sancto Christum induunt, & Christo incorporantur, vehiculo diuinitatis eius in celum subleuentur & cibo visionis eius aeterno pascatur. ¶ Hoc loco maxime Nestoriana heresis geminato iusto percutitur: quae Christum dividens, alium filium dei, alium volebat esse filium hominis. Quomodo enim filius hominis descendit de celo cum quando missus est angelus Gabriel ad virginem, & cum voce eius verbum patris interiore eiusdem virginis aurem penetravit, hactenus non filius hominis, sed erat tantummodo filius dei? Et quomodo iam tunc erat in celo, ut diceret: Filius hominis qui est in celo, cum ista loquens duabus pedibus staret, aut forte complicatus federet in terra? Quomodo, quae so, & de celo descendit filius hominis, & in celo iam erat filius hominis, nisi quae cum verbo, quod de celo descendit, una est persona, quae de terra sumptus est homo: & cum homine loquente in terra, deus qui & in celo & vbi quis est, una eadem persona est? ¶ Ergo qui descendit, ipse est & qui ascendet super omnes celos, unus idemque filius dei & filius hominis; qui & ex eo ascendere potuit, quia non (ut heretici blasphemare ausi sunt) ex Maria initium sumpsit, sed de celo, ubi ante Mariam fuerat, in illa descendit. Haec autem omnia Nicodemo dicebantur, ut interim clausa, tanquam sub velamine tegerentur, quia modus, quo haec fieri possent, illo etiam querente, non exprimebatur. Nam reuera nox erat, & ob hoc dicta haec vel quaecumque similia congregabantur: ut orto die, id est, clarificato Iesu per resurrectionem & ascensionem ipsius dicta factis, imo dicta & facta scripturis conferrentur, & tunc denum opportune intelligerentur. ¶ Hoc sane in gratia labiorum eius venerandus est, quod cum dicere potuisset, nemo ascendit in celum nisi ego qui sum in celo, sicut in sequentibus ait: ita exaltari oportet filium hominis, cum dicere potuisset, ita me oportet exaltari. Sic & in ceteris pene omnibus locis familiare est ori eius, appellare se filium hominis. Et quine cum hac appellatione, melius humilitatis suavitatem dicta eius redolent. Quo exemplo doceimus nos quae viciniores iactantiae voces deuitare. Verus & prae hoc est aliud, quod in hoc nomine filij hominis rememorantes amplius delectemur. Etenim proximum atque fratrem nostrum sese vult intelligi, tam frequenter habens in ore suo appellationem

Luc. 11

Hiere. 27
Ezech. 13.

Testimo-
niū meū
non accipi-
tis.

Terrena
iuxta sens-
um ludgo-
rum.

Reuera autem
coelestia sunt
dicta.

Gala. 3
Hiere. 17
1. Cor. 15
Matth. 24.
Luc. 17

Hoc textu-
bis confuta-
tur haeres
sis Nestori-
ana.

Luc. 1

Ephe. 4.
Vnus idem
quod dei & ho-
minis filius

Cur chris ta-
sæpe vos
cat se filium
hominis.

Iohann. 3

Psal. 34

Ambae genera-
tiones domini transi-
tate sunt diuina & humana
divinita non habet matrem humana non habet patrem
Hoc augustinus tractat 14 in Jo

nem

nem filij hominis; Et proculdubio magis hoc modo sese indicat nobis affinem, q̄ si se ap-
pellarent tantū hominem. ¶ Quod vt indubitate pateat, operæ pretiū est respondere his, q̄
quætere solent, cur deus ob restorationē generis humani, hominē assumēs, non de terra
plasmavit quē assumeret, ex qua fecerat Adam, sed ex genere eiusdē Adam, ex massa p-
dita verā sumpfit hominis naturā, de semine Abrahæ, de stirpe Dauid, de carne vel semi
ne Mariæ, licet virginis? Ad hoc breuiter respondere libet, q̄a poterat quidem de terra,
quem sibi assumeret, plasmare nouū hominē, & esset qđem caro & sanguis, sed nō nostra
caro, neq; noster sanguis: homo qđem, sed nō proximus nobis: homo plane, sed nō fili⁹
hominis. Quapropter nec tam iusta esset causa nostræ redēptionis, quippe cū nō eadem
peccatū expiatet caro quæ peccatū admisit, nec tam recte nostra reputaret iustitia vnius
hominis, vt pote ignoti, & à genere nostro alieni. Nunc aut̄ misericordia & pax obuiat
rūt sibi, q̄a nos in vno eodemq; Christo, & misericorditer diuinitas requisiuit, & iuste no-
stra caro reconciliauit, cū idem deus & homo creator, & proximus noster fit. Hoc igit
nobis congrue cognato affectu loquitur in gratia, quæ diffusa est in labijs eius, cum tā cre-
bro, tamq; familiariter se appellat filium hominis, vt vni & eidē Christo, tanq; creatori
nistro, debitū timorē & honorē exhibeamus, & tanq; proximo occurramus cū fidutia
dilectionis. Sequitur: Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet
filii hominis, vt ois qui credit in ipm, nō pereat, sed habeat vitā æternā. ¶ Ecce quale
viam, qualem introitū vni, expectanti regnū dei, & in illo vno oībus qui expectat, vel q-
runt illud, paulatim saluator ostendit. Dixerat, non nisi renatum posse quenq; videre re-
gnū dei; renatū autem non vnde cūq; sed ex aqua & spū sancto, spirāte vbi voluerit, &c.
Magna qđem & alta, quæ tamē nondū Nicodemū altius prouexerāt, vt plus de illo æsti-
maret, q̄ primo confessus est dicens: Scimus q̄a à deo venisti magister. ¶ Nunc aut̄, qđ se
auditur non sperabat, audire incipit, scilicet q̄ hic idem magister, nō homo tantū, sed &
deus sit. In quē em̄ alium, q̄ in deum credere oportet, imo in quē, nisi in solum deum cre-
dere pernitiosum nō est. Hic aut̄ qui à deo venit magister, oportere in seipsum credere,
manifeste docet: vt ois (inquit) qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitā æternā. Igi-
tur palam de seipso testatur, q̄a deus est. Ipse quoq; diuinitatis suæ attestatione ppende,
quantam humilitatem redoleat, cum sit altissima professio: Sicut exaltauit (inqt) Moyses Num. ii
serpentē in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. ¶ Serpentē in figuram sui factū
fuisse consentit, imo serpentē fieri se præcepisse testatur in figurā sui. Quis em̄ hoc & cæ-
tera fecit, vel fieri p̄cepit, nisi deus, nisi verbū dei. Hic autem homo, hic ipse Christus, qui
hæc loquitur, verbum domini est, quod ad Moysen, & ad omnes sanctos prophetas factū
est. Ipse idē ergo, qui fieri mādauit, factum esse testatur in similitudinē sui. ¶ Nota histo-
ria est: Locutus populus contra Moysen & dominum, q̄a tādebat eos itineris ac labo-
ri. Cur (inqt) eduxisti nos de Aegypto, vt morem in solitudine? Quamobrem im-
misit dñs in populū ignitos serpētes, ad quoq; morsus & plagas plurimorū cum clama-
rent ad Moysen, & ille oraret ad dominū: Fac (inquit dominus) serpentē æneū, & pone
eum pro signo, qui p̄cussus aspicerit eū, viuet: quod & factum est. Huius signi sui recor-
data humilitas, quæ vt nos ad cœlū leuaret, semetipsum ad terram depositus: Sicut exalta-
uit (inqt) Moyses serpentē in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Signi ergo e-
iusdem similitudo, quæ illa nocte Nicodemo prædicta vel cōmemorata est, nobis in cla-
ra die perspiciēda nunc est. ¶ Et qđem plura sunt, quæ similitudinē exaltatiōis huius filij In quatuor
hominis perficiunt. Primū, q̄ contra morsum serpentum, signum datū est: deinde q̄ non or consitit
qualecūq; signū, sed serpentis simulachrū propostū ē: tertio q̄ nō lapideū, aut ligneū, sed similitudo
æneum factū est: quarto q̄ aspicientibus solo visu remedium conferebat. Hæc em̄ omnia
domini nostri principis & saluatoris, ad dandam p̄cōnitentiam & remissionē peccatorū
exaltati, quandam similitudinē perficiunt. ¶ Morsus em̄ serpentium, peccata sunt, qbus
plagatum est humanū genus, ex quo primum hominē per serpentem decepit diabolus,
quo contra signum datum est, scilicet ipse, qui hic de seipso loquitur Christus, de quo di-
xit Symeon, cum teneret eum in vlnis suis: Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectio-
nen multoq; in Israel, & in signū, cui contradicetur. Quomodo autem, vel à qbus huic
signo contradictū est? Videlicet maxime à Iudæis illi cōtradictum est, dicētibus illū esse
magum, maleficum, seductorem, & hoc inclamādo tam diuperstiterunt, donec illum in
crucem exaltatum, iuxta quod propheta prædixerat, inter sceleratos reputarent. Ergo
serpentis similitudo quædam extitit, quia nihil aliud de illo dici vel æstimari volebant,
nisi magus est, seductor est. ¶ Et ipse quidem talis dici & iudicari potuit, sed quēadmo-
dum serpentis ille, forma quidē, imo effigie sola, serpentē erat: serpentis aut̄ venenū non habe-
batur, ita ipse in similitudine carnis peccati damnatus hominū iudicio, & crucifixus est
inter peccatores, aut maleficos, sed peccatum nō fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.

F Hoc

Psal. 84.

Psal. 44

Hic ostēdit
Ch̄s se de
um esse, dñs

Ibidem

Lucæ. 2.
Matth. 12.
Iohan. 7.
Esa. 23.
Marc. 15.1. Petr. 2.
Esa. 53.

LXII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

**Maior in
æneo q̄ lig-
neò aut las-
pideo ser-
pēte simili-
tudo.**

**Johan. 18
Qui p̄cūs
sus aspex-
erit in eum
viuet**

**Psal. 113
Respōsio.
Psal. 2.**

**Nume. 25:
Iud. 6
4. Reg. 23**

1. Cor. 12

**Matth. 27.
Amos. 6.**

Esa. 49.

**als. suo
Psal. 113
Psal. 105
Exodi. 3.**

**Roma. 3
Esa. 43**

Psal. 126

Esa. 9

Hoc idē intelligendum esset, si ligneus aut lapideus serpēs factus fuisset. ¶ Verū tamē hoc ad mysteriū amplius valet, qđ æneus fieri iussus est, tum quia, vt tale simulachrum fieret, nō ferro cedēte, sed igni cōflante actū est, tum q̄ natura æris valde sonora est, præterea quia diurnū est & rubigine corrūpi difficilime potest. Nā deus homo, nō maritali opere, sed veri ignis cōflatione, id est, sancti spūs operatione cōceptus est: & cum hominibus loquens, non vt veri serpentes, id est, susurrones aut detractores occultæ aliquid distibilabat, sed tanq̄ sono & clare cōcrepans, publicæ prædicabat, sicut ipse de seipso phibuit: Ego palam loquutus sum mūdo, & in occulto loquutus sum nihil, & caro eius tanq̄ ænea nulla cuiuslibet vitij rubigine solubilis extitit. Ad summum, totius perfectio similitudinis in hoc est, qđ sicut de illo æneo serpēte dictū est: qui p̄cūsus aspexerit eū, viuer, ita & hic de filio hominis, vt omnis, inqt, qui credit in ipso, nō pereat, sed habeat vitam æternā. Hęc similitudo intantū valet apud fidelē populū, desiderantē viuere, abolitis spūalium moribus serpētiū, vt sicut serpēs ille visibiliter pro signo exaltatus est, & corporalibus aspicebatur oculis, ita corporaliter q̄c ecclesia exaltet signū huius filij hominis, & mēte sequens, atq̄ explorās absconditū in cœlo, corporeis quoq̄ oculis inhāreat visibili eius signo. Quod Iudæi vidētes irascuntur, q̄a videlicet atroci cōscientia dissecātur, dum scelus eoz hoc etiā modo maxime publicat, & in nullo terræ angulo latere sinitur. ¶ Irascunt ergo, & cōtra nos cātitant: Simulachra gentiū argentū & auræ, opa manū hominū. Ac deinceps: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes q̄ confidūt in eis. Et qđ Davidicū se putant cantare canticū, sed reuera quoties hęc dicūt, secū dum intentionē ipsoꝝ serpētina sibila sunt. Sibilant aduersus dominū & aduersus Christum eius, contra filium hominis & cōtra signū eius. Sed nō terreāt nos, non nos absterreant, neq̄ auertant oculos nostros, quo minus aspiciamus mēte Christū, & oculis reuerentibus eius signū, vt euadāt morsus serpētiū, per ora ipsorū blasphema sibilantiū. Simulachra, inquiunt, gentium ac gentiū & auræ: cōcedimus quia sunt argentum & auræ, id est, sine sensu, sine anima sunt, sicut argentum & aurum. ¶ Sed qđ ad nos, imo qđ ad exaltatū, & iure exaltandū, hoc filij hominis signū? Nunqđ impugnatur per illud Davidicū canticū: Absit. Non emēt simulachrū gentiū. Simulachra gentiū fuerūt idola Beelphegor, sive Baal & Astaroth, ceterorumq̄ mortuorum, quæ patres istorū cōmixti inter gētes adorauerunt, mentientes, quia deos illos esse vel fuisse dixerunt. Item simulachra Iouis & Neptuni, Martis & Mercurij, sive Saturni ac Veneris, ceterorumq̄ idolorum portenta, simulachra gentium fuerunt, tantummodo aurum erant & argentum. Hoc aut̄ exaltati filij hominis est signum, quod gētes ignorauerūt, quod nesciebamus nos, cum essemus gentes ad simulachra mutata prout ducebamus eentes. Hoc vero signum nō est tantummodo auræ & argentū, sed est veritatis signum. ¶ Hoc illi balbutiant vīpereis infantulis suis, qbus thefaurizauerūt sanguinem Christi, hoc patres cathegorizent infelicitibus puerulis suis, sicut David patres se habere vasa cātici, & dicāt: Simulachra gentiū argentū & auræ, digitū intēdentes in illos basilicas martyrū, vbi exaltatū esse sciunt tale filij hominis signū, & dicant illis de hoc signo illud esse præcantatū, vt ab ore paterno perdit filij certatim imbibāt odiū Christi. ¶ Nobis autem idē deus, cuius propheta hoc dixit de simulachris gentiū, nobis gētibus deus idē p̄ prophetā dicit de hoc signo Christiano: Ecce ego leuo ad gentes manum meam, & ad populos, dicit dñs, exaltabo signū meū, vultu in terrā demissō adorabūt eū. ¶ Cātitēt ergo quantum volunt, & *sui ipsimet illaqueati cātico teneant dicētes: Similes illis fiant qui faciunt ea, & oēs qui confidūt in eis, sintq̄ similes vitulo, quē fecerūt in Oreb, & sculptili quod adorauerūt, q̄a vere mēdaciū coluerūt, & mendaciū loquuti sunt, dicentes: Isti sunt dij tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegypti. Illis iure similes sunt, videlicet oculos habētes & nō vidētes, aures habētes & non audientes. ¶ Et ne se ab hoc maledicto immunes putēt, & de alijs dictū existimēt, nō illis obīcīmus, quæ nō recipiunt, Paulum apostolum dicentē: Scimus quia quæcūq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, potius Esaiam prophetam audiant, per quē loquit̄ deus: Educ foras populū cæcum, & oculos habētem, surdum, & aures ei sunt. Item: Surdi audite, & cæci intuēni ad videndum. Quis cæcus nisi seruus? Et surdus nisi ad quē nuncios meos misi? ¶ Et ad summum non solum simulachris suis, sed & Barrabę latroni suo seditionisimiles facili sunt, quē elegerūt, crucifigentes regē suū pacificū, iusteq; homicidijs ac seditionibus penē consumpti ac dispersi sunt. Nos aut̄ signo, qđ adoramus, similes fieri nō recusamus, videlicet, vt sicut habitatores illoḡ dāmones in aspetto huius signi tremunt & fugiunt, ita cū quisq; nostrū loquit̄ illis inimicis suis in porta, id est, in exitu vitæ p̄sentis, cofundant & subfisterne non valeant, sed auolent longe corui crocitātes, p̄cenāq; nostrā elurienta, eamq; cōsequi nō valentes, cœlumq; liberum ascendentī Christianæ aīa hoc signo infignit̄, eam citius derelinquūt. Igitur iuxta aliud q̄c prophetæ oraculū, dicētis: Et levate signum

signū ad populos: Ecce dñs auditum fecit ab extremis terræ. Visibiliter quoq; exaltemus hoc signū, sicut exaltauit Moyses serpentē in deserto, ut nō obliuiscātur eius populi, q; non expedit. Quid irascuntur? Ipsi quoq; ab hoc dispersi sunt in cunctis nationibus, ne quando populi Christū obliuiscantur. Dicit em̄ ipse in psalmo: Deus ostēdit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscant̄ populi mei. Sed quid? Disperge illos in virtute tua. Itaq; licet irascantur, & captiuitas ipsorum, & huius signi exaltatio vbiq; prēdicabit Chr̄stū. ¶ Et ad hanc exaltationem maxime iuuit scelus illoꝝ. Si enim aliter Christū occidissent, nullo modo tam commode potuisset exaltari mortis eius euidēs signum. Si vt aliquādo conati sunt lapidassent, aut de supercilio montis p̄cipitassent, vel, a liquo genere mortuum, quibus prophetas occiderūt, illum perimissent, longe minus euidenter mortis imaginatio proponi potuisset. Nunc aut̄ in qualitate mortis, & mentibus est miraculū audacissimi sceleris eorū, & oculis aptū, atq; euidēs prop̄positū imaginationis spectaculum. Vere igitur exaltatus est filius hominis, q; a sic oportuit, vt omnis q; credit in ipso, nō pereat, sed habeat vitam æternam. ¶ Subiectā rationem cōtra h̄ereticos, quos maxie hic Euāgelistā destruens, diuinitatis Christi testimonia cōscr̄bit, audiamus. Pr̄missa nāq; sententia, qua se exaltari oportere, & in se credendū esse pronūciat, rationem auditor desiderat, quæ & Nicodemo pr̄senti satissaciāt, & h̄ereticorū q; futuri erant os obstruat. Ait ergo, L Sic em̄ deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret, vt omnis q; credit in ipso nō pereat, sed habeat vitā æternā. ¶ Vix ex parte cognosci, vix p̄speculum in enigmate potest videri nunc ars magistri huius, qui à deo in eo venit maxime, dū insinuare vult, quis ipse, aut vnde natus sit, vel quam ob causam venerit. ¶ Cum em̄ dixisset, se exaltari oportere, & in se credendū esse, rationē auditor tacitus expectabat (q; in vnu & solū deū credendū esse nō ignorabat, quippe qui princeps Iudęorū erat) qua p̄diceretur, vt quid in filium hominis credi oporteat. Nam si credendū in illo est, cōsequitur quia deus est. Hoc ergo consequebat vt dicaret, q; a deus sum, q; a filius dei sum, q; a dei patris vnigenitus sum. Et hoc subiungit, sed cū tāto cōdimēto sapiētia & humilitatis, vt illum non tā seipsum cōmendare, vel gloriā propriā querere, quām necessariā audiētū salutem optare manifestū sit: Sic em̄ (inquit) deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret. Nonne hoc dices, rationabiliter ostēdit, idcirco in se filiū hominis credēdum esse, quia sit vnigenitus filius dei, patri cōsubstantialis? Idcirco opportune repetit qđ dixerat: Ut omnis q; credit in ipso nō pereat, sed habeat vitā æternā. ¶ Quātum habet gratiæ & pulchritudinis, q; dum causa necessaria possit, vt se fateatur esse filiū dei ostentationē declinans, imo declinādo se esse, qđ erat insinuans, ad commēdationem dilectionis dei cōfugit dices: Sic deus dilexit mundū, cū dicere posset: Tātu ego sum, vt credētem in me totum possim redimere mūdum tāta (inqt) dilectione deus dilexit mundū, vt pro illo in pretium daret filium suū vnigenitū. Daret (inquit) id est, traderet, filio nō parces vt seruū redimeret. ¶ Et q; dicere audeat illi: quare sic fecisti? Nunq; recte aduersarius, q; mundū captiuū tenuit, criminari pōt, q; h̄ec tā misericors dilectio, vel diligēs misericordia, sine iustitia vel absq; veritate sit. Forte superbus angelus cum dicimus: Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, audet mouere pennā, & aperire os, & gannire, falsum est, inqens Nam q; deus sic dilexit mundū, vt filium suū vnigenitū daret, misericordia sine veritate est, misericordia iniusta est. Cui tā fortiter qđ fideliter, in suam proteruā, & obsecrā faciē resistimus dicētes. ¶ Nunquid iustū erat, vt dei dilectio cuiusq; hominis dilectione minor appareret? Nonne pater noster Abraham (pater em̄ est noster, & omnium credētiū siue illoꝝ q; ex circūcisione, siue illoꝝ qui ex pr̄ceptioꝝ sunt) in quo iustificatus est p̄ fidē tradidit homo, erat ex illa massa, q; tota in Adā perierat? Ecce hic obtulit deo filiū suū, & nō pepercit vnigenito suo propter deū. Nōne ergo salua iustitia & veritate, deus homini debitor eē voluit, vt & de⁹ propter hoīem filio suo nō parceret, q; a propter deū homo filio suo nō pepercit? Vbi deus accepta tāta iustitiæ causa proclamat. Per meipm iuraui, q; fecisti hāc rem, & nō pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicā tibi, & multiplicabo semen tuū, & possidebit semē tuū portas inimicorū suorū, atq; in te benedicentur oēs gentes terræ. Quis dicere audet: quare sic iurasti? quare apud hominē damnati generis iuramento te obligasti, vt semen illi dare deberes, qđ portas inimicorū suorū possideret, in quo benedicerētur omnes gētes? Nempe & si solius gratiæ, vel misericordiæ est, q; prius illum vocauit, & hoc semen benedictionis promittēs, de Hur Chaldeorum eduxit, hoc sane iam veritatis q; & iustitiæ est, q; in tāta tentatione fideli & emerito, cū interpositiōe iuramenti promisit atq; compleuit. Igitur tā verax q; misericors deus, tā cōstanti veritate, q; irreprehēsibili misericordia sic dilexit mundum, vt filiū suū vnigenitū daret, id est, in altitudinē crucis exaltandū traderet, vt oīs q; credit in ipso, videlicet eiusdem patris Abrahæ fidem eandem firmiter tenēs, non pereat, sed habeat vitā æternā.

F 2 ¶ Fide

Elaix. 63

Psal. 18

Iohān. 2.

Lucæ. 4.

Matth. 23

1. Cor. 13

Vt oīs qui credit in ipso non pereat.

Roma. 8.
Nō est dei dilectio si ne iustitia,Roma. 9.
Gene. 15
Gene. 22

Gene. 11.

LXIII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. III.

Gene. 21 ¶ Fide nāq ille filium obtulit cū tentaretur, & vnigenitū offerebat qui susceperebat repromissiones, ad quē dictū est, quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrās quia & à mortuis suscitare potes est deus. Qui igitur credit in filium dei vnigenitū, qd deus illū dederit, sicut promisit, & interemptū susciterat, & principē ac saluatorem exaltauerit, hic eandē cum illo possidet fidē, eandē consequitur benedictionē, vt nō pereat, sed habeat vitā eternā. **Roma. 4.** ¶ Mundū sane quē dilexit deus, humanum genus accipimus, id est, viuos & mortuos, mortuos scilicet, qui ventus in fide expectauerūt, viuos, q in illū sive ex Iudæis siue ex gētibus credituri erāt. Sic em̄ ait absq; distinctione gentilis ac Iudæi vniuersaliter, vt oīs qui credit in ipsum nō pereat, sed habeat vitā eternā. Quod qā Nicodemū vel ceteros tūc tēporis auditores mouere poterat, adhuc astruit confirmatione subiuncta. **I. Nō** em̄ misit deus filiū suū in mundū, vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. **Carnalis** Hoc profecto contra carnalem Iudæos opinionē intulit, quibus, vt iam dictum est, terrenū regnū & carnale seculum, Christo regnāte sperabatur affutus, belis & cædibus gētium crūētū, videlicet, vt p occisiones hominū pacificam pararēt sibi victoriam, sentēt capiēt eos qui se cœperāt. Quo sensu irridēdo expectabāt & quidā hæretici milie annorum fabulam, & auream atq; gemmatam in terris Hierusalē, instauratiōnē tēpli, hostiagē sanguinem, otium sabbati, circūcisionis iniuriā, nuptias partus, liberoꝝ educationem, epulagē delicias, & cunctagē gētium seruitutē, rursumq; bella ac triumphos & superatoꝝ necēs. **Judiciorum** ¶ Contra hunc, vt dixi, illoꝝ sensum quo tales expectauerāt regē Christi. Non, inquit, misit deus filium suum in mundū vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. Non, inquit, misit illum vt iudicet, sed vt iudicetur, nō vt iudicet vel disponat ea quæ in mundo sunt, sed vt iudicetur, & agat ea quæ salutis eternæ sunt. Unde eidam dicēti sibi, magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, respondit sic: O homo, quis me cōstituit iudicem aut diuisorem super vos? Cētego in ipsoꝝ potius iudicium, q veniente Messia mundum iudicare, gētesq; suo subiugare dominio sperabāt se venisse, alio loco testatur dicens: In iudicium veni in hunc mundum, vt nō vidētes videant, & vidētes, cæci fiant. Veruntamen nec ista spūalia sic iudicare tunc venerat, sicut iudicaturus est in maiestate sua, nec secularia vel carnalia vlo modo iudicare habebat, sed vt saluaretur mundus per ipsum, iudicādus potius, q iudicaturus erat. Hac itaq; iudicij parte remota, de illo, ad qd venit iudicio, protinus subiungit. **L** Qui credit in eū, nō iudicabitur, q autem nō credit iā iudicatus est. Ecce quē non misit deus in mundū vt iudicet mundū, quomodo sedēs, imo iam quasi exaltatus, & pro signo positus, iudicat mundū? Claret proinde, qā nō de omni iudicio dixit, nō misit deus filium suum, vt iudicet mundum, Nam ecce iudicat, ecce discernit. Qui credit in eum, inqt, nō iudicabitur. Reete, iuste, fideliter. Qui em̄ credit in eū, hoc qd quod supra dixit, quod præcipuum est, credit scilicet, qd nisi quis ex aqua & spū sancto renatus sit, nō possit introire in regnum dei. Hoc ille credit, & cōdēdo festinat renasci, renatus autem iam alius homo est, iā nouus homo est, iam à vetusto patre recessit, & ad nouum accessit, alienatus homo est, alterius semen est. Quare ergo iudicabitur quare propter Adam morietur? quare propter peccatum illius à dei regno exclusus inuenietur? Absit, inqt, non iudicabitur, qui aut non credit, iā iudicatus est. Vbiꝝ quandoꝝ In illo patre suo, in illo peccatore antecessore suo. Quādo ille peccauit & iudicatus est, quādo tunica pellicea induitus, & à regno dei eic̄t̄ est, tunc & iste iudicatus, & cū illo, cuius in lumbis erat, à regno dei expulsus est. Et quare, inquis, sic expulsus nūc & in eternum foris pmanet. **L** Quia nō credit, inquit, in nomine vnigeniti filij dei. I. i. quia nō credit, qd oporteat eum renasci, secundū vnigenitum filium dei, vt possit introire in regnū dei. Idcirco is q nō credit, iā iudicatus est, id est, in illa dānatione pmanet. Ille autem q credit iudicatus quidē & ipse tunc est, sed nō iudicabitur, id est, in illa dānatione nō retinebit. Diligēter em̄ aduertēdum est, cum em̄ ait, q credit non iudicabitur, nō hoc negat quin iudicādus sit. Hæc ergo distinctio est: Qui credit iudicatus quidē est in massa, sed non iudicabitur in propria persona: qui autem non credit, & tunc iudicatus est in massa, & in futuro iudicabitur in sua persona. Nunc in illū dī quo is qui credit non iudicabitur, & is qui non credit, in illa qua iudicatus est damnatio ne retinebitur, in illum scilicet extremi iudicij diem mente transpositi, iudicē ipsum per cunctem, & huius iudicij causam vel æquitatem ex ore eius audiamus. Ait: **L** Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. **H**oc, inquit, est iudicium, hinc homines inexcusabiles sunt, hinc illorum damnatio iusta est, qā lux venit in mundum, & dilexerūt magis tenebras q̄ lucem. **S**i em̄ lux non venisset hodie cum diceretur eis, ite maledicti in ignem eternum, qui paratus ē diabolo & angelis eius, pater enim vester primus Adā peccauit, qui diaboli consiliū aduer-

sum me audiuit, affectans esse similis mei, & vos in illo pariter iudicati estis, qd in lumbis
 eis eratis, cum inquā hoc diceretur eis, responderent dicentes: Domine quando primi
 parentes nostri apertis oculis nudos se esse cognoverunt, quando lux venit ad eos requi-
 res, & arguēs eos, & dicēs primum Adæ: Vbi es? & quis indicauit tibi qd esse nudus, nisi
 qd ex illo de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? nūquid nos culpæ vel defen-
 sionis eoz cōscī suimus, qd necdum nati eramus? Si ad nos lux venisset, & peccata nostra
 nobis ostendisset, pœnitētiam egissemus, & mala opera recognoscētes ea reliquissimus.
 Hęc fortassis illi hodie dicerēt. Nūc à deo remota est omnis accusatio, & ab illis sublata est
 omnis excusatio. Venit em̄ lux in mundum, prosecuta est homines, mox vt de regno dei
 projecti sunt. Plurima illis accēdit luminaria, vbi post paternam denudationē nati sunt,
 & nuditatem suam recognoscētes, & pœnitētiam agētes, vestitum vel ornatum suum re-
 cuperarēt. Plurima eiusmodi illis accēdit luminaria & ante legem, & sub lege, scilicet iu-
 stos viros, quorum factis, dictis vel scriptis lucētibus, seipso viderēt & agnoscerēt, tan-
 demq; venit ipsa substantia lucis, paratum illis ostendēs & facilem introitum regni dei,
 sed dilexerunt magis tenebras quam lucem. Quare: Erant enim eorum mala opera.
 Quæ: fornicationes, adulteria, homicidia, veneficia, comedationes, ebrietates, furta,
 periuria, falsa testimonia, & his similia. Quibus omnibus lux ista inimica est, quæ commit-
 u prohiberet, qbus conuenire non potest. Idcirco dum ostendit illis aditū regni dei, dum
 præcipit illis ex aqua & spū sancto renasci, & generationem coelestem ingredi, in qua nō
 liceat scortari, vel inebriari, polluere vel pollui, cōcupiscere & rapere vel furari, refugiūt
 ab ista luce, sc̄p in tenebras suas recondūt, sicut Adam pater ipsorum & folijs prauæ de-
 fensionis pudēda opera cōtegunt, blasphemātes insuper ipsam lucem, suasq; defendētes
 tenebras, vocātes tenebras lucem, & lucem tenebras. L Omnis em̄ qui male agit odit lu-
 cem, & nō venit ad lucem, vt nō arguantur opera eius. L Nō omnis qui male agit (omnes
 enim peccauerunt, & egent gloria dei) sed omnis qui male agit, instāter, studiose, perse-
 verāter, omnis vtq; non qui per ignorātiā vel per infirmitatem peccat, sed qd diligit, qd
 diligēter defendit iniq;ratem, odit istam lucē, & nō venit ad eam, vt nō arguantur opera
 eius, veluti illi, quorum ego lucra dispersi, ejiciendo vendētes & ementes de templo. Nā
 idcirco lucem istam non recipiunt, idcirco me non audiunt, quia nisi de cupidis & auaris
 atq; rapacibus vel adulteris, munifici, largi, atq; operosi fiant, & omnino renascātur, vt
 alii sint, dico illis qd regnū dei consequi nō possint. Isti tales videntes me ejcere dæmonia
 & scientes qd illa in digito dei ejciam, quem Magi quoq; coram Pharaone ex operibus
 cognoscere potuerunt, mētiuntur & dicūt: In Beelzebub principe dæmoniorū encit dæ-
 monia, quia videlicet oderunt me veram lucem, & qd ad me venire nolunt, qd lucē præ-
 sentem fugiunt, videri volant ex iudicio rationis facere, nō ex p̄sumptione odij vel inuidi-
 ei. Qui aut̄ facit veritatē, venit ad lucem, vt manifestent opera eius, quia in deo sunt fa-
 cta. Qui facit, inquit, veritatem, id est, qui cum deo sentit, & iudicat aduersus suā quam-
 odit iniq;ratem, qui condelectatur legi dei secundum interiorem hominem, & videns
 aliam legem in membris suis, repugnātem legi mētis suæ, & captiuum se ducētem in le-
 ge peccati, qd est in mēbris suis, confitetur, clamat, & ingemiscit, qd taliter cū deo tribunal
 ascendit, & sibi ipsi displicens, seipsum iudicat, & alius esse cupit, hic talis venit ad lucem,
 quid sit bonum sibi indicātem, & regni dei aditum ostendētem, vt manifestent opera
 eius, pia confessionis & vera pœnitentiæ vocibus, quia in deo sunt facta. In deo vtq; nō
 contra deum, non quomodo illorum qui scienter, & per industriā peccāt, & peccata sua
 defendūt. Ipsi nāq; vel p̄ ignorantiam, vel per infirmitatem peccauerunt, & peccata sua
 cognoscētes doluerunt, fleuerūt, confessi sunt, & salutis suę consiliū receperūt, vt renasce-
 rentur ex aqua & spiritu, & regenerationē istam custodientes, regnū dei ingredierētur.
 Sane competēti similitudine pro re & tempore vsus est. Nam quādo hęc Nicodemo
 dicebat, noctis & tenebrarum tempus erat, qd sicuti adulteri & scortatores amāt noctē,
 diemq; fugiunt, sic oēs imp̄i præsens seculum diligunt, & futurum oderūt, ac mendacio
 protecti à veritate se abscondūt. Ecōtra sicut operosi ac pudici noctem fastidiunt, diēq;
 tardum æmulo lumine præueniunt, sic omnes qui ex deo sunt peccata sua oderunt, iu-
 stitiamq; esuriunt & sitiunt, præsensq; seculum fastidientes, conscientiā vbiq; futuri regnī
 dei veritatem requirunt. Competenti igitur (vt dictum est) similitudine per compari-
 tionem lucis & tenebrarum vsus est, cunctos collaudans, qui quomodo Nicodemus vt
 in tempore noctis lucem quærebant veritatis, ita vitæ præsentis obscuritatem sacræ scri-
 pturæ illustratione solantur, attendentes illi tanquam lucernæ lucenti in caliginoso lo-
 co, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris. Illos aut̄ improbas, qd
 vt se de ignorātiā excusent, nolunt intelligere vt bene agant, imo & iuxta prophetā: Dor-
 mientes in lectis eburneis, & lasciuentes in stratis suis, non inquietentur, neq; dimidient

Gene. 3,

Lux p̄mis-
sit lumina-
ria multa.

Galat. 2

Elaiæ. 9

Roma. 11

Matth. 12
Exodi. 8Roma. 7
Ingemisce-
tes sub le-
ge peccati.Bonī nos-
cēt, mali
diē oderūtPsal. 35
Amos. 6

LXVI. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. III.

Quæstio,
 cur nō an-
 gelus, sed
 filius dei fa-
 cies est hō
Hebr. 2
1. Timot. 6
Angel⁹ nō
 pōt huma-
 nam natu-
 rā assumer-
 te in seſe
Angel⁹ nō
 eēt suffici-
 ens redem-
 ptōis nēx
 pretium,
Canti. 8
Hebr. 2
Qualis ba-
 ptismus
 Ch̄ianam
 eius passio-
 nem.

voluptates eorū cōminatiōibus futuri iudicij, præ timore & expectatione, quæ superer-
 nient vniuerso orbi. ¶ Nunc in fine sermonis huius dominici prætereundū nō est, qd
 ri solet, cur deus pro mūdi dilectione, qd supra dictū est, nō legatū neq; angelū, sed vni-
 genitum suum dederit. Aiant em̄ aliqui: Nonne per Michaelem vel Gabrielem archange-
 lum, siue p aliquem principatum ac potestatū, thronorum aut dominationum, diabo-
 lum debellare potuisset? Cur consubstantialem filiū misit? cur tradidit? cur mortis iniu-
 riā subire voluit. ¶ Hæc illis dicentibus si nō aliquid certum respondeatur, quod cūctis
 claro fine constatissimū comprobetur, non potuisse hominē per creaturā aliquā quamvis
 fortissimā, à diabolo liberari, nisi per solum vñigenitū filium dei, fortasse nimis vtronea
 dilectio vel gratia dei nimis importuna videbitur eius humilitas vel indignatio filij dei.
 Et qdem dicimus eis illud apostoli, decebat em̄ eum per quē oīa, & propter quē omnia,
 qui multos filios in gloriā adduxerat, authorē salutis eorū per passionē consummari, sed
 non illis est satis. In sequūtur em̄ & dicunt: Quomodo illum decebat, vel cur decebat, si
 deo non erat nobis necessaria incarnationis vel mortis ipsius iniuria. Ad hoc multa sunt
 quæ dicantur, sed ei, qui non ex contentionē est, qui acquiescit veritati, sufficiunt pauca
 de pluribus. Primo dicēdum, nō aliter genus humanum, & qua vel iusta redēptionē po-
 tuisse saluari, nisi is, q ad redēendum vel ad saluādum propiciator accederet, prius ip-
 sam, quæ peccatū admiserat, naturā induisset, vt in ipsa pro cūctis eiusdem naturā reati-
 bus, dignā deo satisfactionē offerret. Hoc aut̄ angelicæ naturæ omnino impossibile erat,
 vt scilicet hominis naturā assumeret, vt humana se anima vestiret. Nihilo quippe angelic-
 us spūs humana subtilior est anima, vnde nec alter alteri, scilicet angelicus spūs huma-
 no spiritui capabilis est, nec alter alterius est capax. Solus deniq; deus, spiritus increatus,
 spūs incircūscriptus, cū nullius ipse sit capax, omni rationali spiritui siue angelico siue hu-
 mano capabilis est. ¶ Proinde cum q̄s diabolico dicif plenus spū, nō hoc existimandum
 est, q̄ substātiā humanae animæ substātiā diabolici spū ingressa sit, sed qd in occultis
 corporis cauernas irrepserit, animamq; in suis sedibus deprehēsam, tartareis diuerheret
 flagellis, inficiat venenis, vel inflammet incēdijs. Qūo ergo angelus humanā naturā assu-
 meret, qualiter hominis animā, qua nō est subtilior, indueret. ¶ Præterea nec angelica na-
 tura nostri cōparatione, qui terra sumus, auge optimū est, ac proinde quilibet angelus nō
 tanto pretiosior est homine, vt vñūdatus hereditatē & qui ponderare posset. Quid em̄
 est angelus secūdum naturam, nisi creatura rationalis & immortalis, plane & homo se-
 cundum animam creatura rationalis & immortalis est. Præter quam & pulcherrimam
 corporis fabricam possidet, & vtroq; scilicet corpore & anima, vitæ &ternæ beatitudine
 perfici pōt. Et ita cū angelus simplam habeat, homo duplam perennis gloriā stolā ha-
 biturus est. ¶ Igitur hoc vñū nostra saluti erat necessariū, vt deus, q̄ dilexit mundū, nō
 legatum mitteret, sed filium suum daret vñigenitū, q̄ diuina potētia ficeret, quod neque
 legatus, neq; angelus facere posset, id est, humana subtilitate diuinitatis suæ penetraret
 animam, totamq; sibimet in vnam eādemq; personam cōiungeret vel vñiret hominis na-
 turā, quā & pro debito Ad dignū pretiū, vt pote quis angelo longe & incōparabili-
 ter pretiosior, & eterno patri offerret, videlicet electus ex millibus, eo q̄ caput eius aurum
 optimū sit, id est, pater eius solus & verus deus sit, & ipse eiusdē patris vñigenitus & con-
 substāialis filius, ac proinde verus deus sit. Nōne ergo hoc decebat illū. Nōne hoc opus
 vere diuinū est & sufficiēs vere diuinitatis argumētum. Nōne hoc opus, nō minus clemē-
 tiæ, quā potētia, capiti eius aureo gloriosum est insigne, q̄a voluit, & solus potuit nostrā
 assumere naturā, voluit & solus potuit, totum genus nostrum in statera crucis grauissime
 præponderādo cōparare. Vere ergo, vt Apostolus ait, decebat eū per quē omnia, &
 propter quē omnia, q̄ multos filios in gloriam adduerat authorē salutis eorū per passionē
 eorum consummari. Nunc ad euangelicæ lectionis seriem redeamus. ¶ Post hæc venit
 Iesus in Iudæā terrā, & illic demorabatur cū discipulis suis & baptizabat. ¶ Baptismi no-
 men vbiq; positum vel nominatū fuerit, tantæ magnitudinis est, vt totū auditoris ani-
 mum confessim̄ impleat, tantiq; splendoris, vt proprietatē faciei suæ vix perspicini nisi ab
 exercitato inspectore p̄mittat. ¶ Siqdem pleriq; lecta vel audita narratione hæc, q̄a venit
 Iesus in Iudæam terrā & discipuli eius, & illic demorabatur & baptizabat, ita maiestate
 nominis complentur, vt nō vacet illis cogitare aut querere, vnde primū eiusdem sacra-
 mēti virtus aut utilitas exorta sit. His aut̄ qui fidei sacramētis plenius imbuti sunt, dubiū
 non est, quia baptismi Christi virtus vel autoritas ab ipsius domini nostri Iesu Christi
 morte & resurrectione initū sumpsi: quando iam mortuus sanguinem & aquam de la-
 tere suo lanceatus effudit, Paulo dicēte, quia quicq; baptizati sumus in Christo Iesu, in
 morte ipsius baptizati sumus, cōsepulti cū illo p̄ baptismum in mortē, vt quomodo surre-
 xit Christus a mortuis p̄ gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. De qua-
 supat

supra in libro secundo plenius dictum est. Cum ergo nunc baptizasse legiſ Iesuſ, quomo-
do vel qua virtute baptizauerit, quærimus: maxime propter eos, qui discretionē non ha-
bentes, & sola nominis huius, i. baptismi reuerentia præoccupati, nullam esse eius æqui-
uocationē, niſi per litis molestias audire patiunt. ¶ Et quidē difficultius quæſtionis huius
finis inuenireſ, niſi prouidus Euangelista post aliqua diceret: quanq; Iesuſ nō baptizaret, ptizabat &
sed discipuli eius, nunc ex eo dicto facilior quæſtionis exitus aperit: quia videlicet cū op-
posita fuit hæc, baptizabat & non baptizabat, & vtrūq; ſimileſ ſe nō poſſit, liquet profe-
cto, qd Iesuſ baptizaffe hoc loco ſcdm vulgatā opinionē dixit, quam & rurſum ponit, vt
deſtruat vel corrigat, cum dicit: Vt ergo cognouit Iesuſ, qd audierunt pharifæi, qd Iesuſ
plures diſcipulos facit qd Iohannes, & baptizabat, quanq; Iesuſ non baptizaret, ſed diſcipu-
li eius. Hæc em̄ dum dicit, priorē ſententiā deſtruit, qua Iesuſ baptizaffe nunc ait, demo-
rantē in Iudæa cū diſcipulis eius, famamq; hanc p diſcipulos Iohannis & mulantes diſper-
ſam faſſe innuit, maxime Iudæis inuidentibus, & inuidiam concitantibus, ſicut in ſequenti
bus declarat per quæſtionem, quæ ex diſcipulis Iohannis cum Iudæis facta eſſe narratur.
¶ Diſcipuli nanq; Iesuſ baptizabant, qd ipſi reuera imputandū erat, qd de eius authorita-
te baptizabant, imo & priuilegium ſupra diſcipulos Iohannis pro tanti magiftri magni-
tudine nō fruſtra vendicabant, qd Iohannes qdem ſigni fecit nullū, hic aut tantus erat vt
multi crederet in eū, viſentes ſigna quæ faciebat. Præterea, Iohannes huic teſtimoniū
perhibebat, tantoq; minor illo erat & paulatim minuebat, vt corrigiam calceamenti eius
ſoluere ſe indignū fatereſ. Ipsi ergo Iesuſ imputandū erat, qd baptizabant diſcipuli eius:
verum nō ab inuidentibus vel calumniatibus, ſed à fidelerit credētibus, & in magiſterio di-
ſcipuloſ & digne magiftri gloriā diligentibus. ¶ Verūt̄n vt ſupra querere propositū eſt, quo
modo vel qua virtute diſcipuli Iesuſ, vel, ſi maius, ipſe Iesuſ per illoq; ministerium baptiza-
bat? Nunquid eadem regula vel effacia, qua nunc diſcipuli eius, imo per diſcipuloſ veſ
miniftroſ ſuos ipſe baptizat? Non vtrq; eadē regula, qd neq; data fuerat eadē regula bapti-
zandi, ſine qua nusquā poſteſ agi baptiſmus Chriſti, quia non ante, ſed poſt reſurrec-
tione ſuam tradidit illam, dicens: Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos in noīe patris, &
filii & ſpūs ſancti. Non ergo eadē effacia baptizabant, qd necdū apertū erat (de quo iam Ezechi. 47
ſuperius diſcū eſt) viuifi templi latus dexterū, vt inde cum ſanguine aqua egrediens, iu-
xta Ezechielem: Omnes aquas ſanaret, & virtutē illis regeneratiōis afferret. Nondū erat
mare rubrū, i. huius baptiſmi ſacré Christi ſanguine ſacrātū. Quomodo ergo qui bapti-
zabant per hoc mare, qd nondū erat, tranſiſſe dicuntur? Nondū agnus erat occiſus,
& iam filij Iſrael per mare rubrum tranſiſſe putantur? Vt quid poſtea verus iſte agnus oc-
cidit, eiusq; ſanguine poſtes conſecrant, ſi iam Pharaonis & omniū Aegyptiōe primo-
genita interierunt, & oēs in mari rubro ſubmersi ſunt. i. ſi hoc baptiſmo baptizabat diſci-
puli Iesuſ, quo nunc dum baptizamur, omne peccatum, tam actuale quām originale ob-
ruitur. ¶ Sed dicit aliq;: Idcirco baptizabant diſcipuli Iesuſ, vt qui baptizabant, ad futurā
Christi redēptionē pertinere mererent. Hoc ſane recte concedit, dūmodo remiſſionē
peccatoſ, quæ eſt ipſe ſpū ſanctus, neq; mortuο, neq; viuor, aliq; ante Chriſti paſſione
aliquo baptiſmate accepiffe credat. Vnde in eodē hoc Euangelista ſcriptum legiſ: Non-
dū erat ſpiritus datus, qd Iesuſ nondū erat glorificatus. Igīt quia ſecundum authorita-
tem euangelicā non habemus, qd diſcipuli Iesuſ de pcepto vel regula baptiſandi quicq; ac-
ceperunt, niſi hoc tñ qd nouiſſime Nicodemo ad ſe veniēti dixerat. Niſi qd renatus fue-
rit ex aqua & ſpū ſancto, nō pōt introire in regnū dei: indubitāter tenēdum eſt qd non ex-
pectata baptiſandi traditione vel regula: quippe quā nec interrogare nouerant, nec vllā
aliā eſſe putabant, niſi ſecundum quā Iohannes baptizabat. ſ. in pœniam: baptizabant &
ipſi quomodo ab eodē Iohanne baptizati fuerant. ſ. abſq; catechizatione crucis, mortis,
vel reſurrec- tionis Christi, abſq; neceſſaria diſtinc- tionē perſonæ, in nomine patris & fi-
lii & ſpirituſ ſancti: & hoc iſipsum quamdiu Iohannes ſuperfuit. ¶ Nam poſtq; ille traditus
eſt, & Iesuſ in pditioniſ officiū ſuccedēs, vt Euāgeliste Marthæus, Marcus, & Lucas eui
deter attestant (qd iā alio loco diſcū ē) in Galilæam venit, nusq; diſcipuli Iesuſ baptiſtæ
legunt. Nec enim hoc illis ante reſurrec- tionē ſuam p̄cipiebat ipſe Iesuſ. Et quidē coſ
uocatis duodecim Apoſtolis, cum daret illis virtutem & potestatē ſup omnia dæmonia,
mittit illis ad p̄dicandum. Itē cū & alios mitteret ſeptuaginta duos, nihil de baptiſandi
miſſione loquebaſ eis, ſed tñ vt p̄dicaret, dicētes: Pœniam agite, appropinquabit enim
regnū dei, qd extunc intra nos eſt, ex quo p̄ morte regis noſtri dei & hoīis Chriſti, p̄ morte
(inqām) & reſurrec- tionem huius magni regis, princeps mundi huius iudicatus, & foras
miſſus eſt. Vbi enim toto tempore p̄dicationis Christi, i. à traditione Iohannis uſq; ad
paſſionē eiusdē dñi noſtri, diſcipuloſ eis baptiſtæ, vel iſpm Iesuſ hoc illis inuenimus p̄-
cepiffe? Igīt cū audimus, quia baptizabat Iesuſ, imo diſcipuli eius, non ita magnitudine
nominiſ

LXVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

Terra Iudea nominis baptismi opprimamur, ut non discernamus rem ipsam, vel faciem eius, talemq[ue] baptismū agi putemus, qualem apostolis à Christo post resurrectionē eius mandatū ēē cui pregerat non dubitamus. ¶ Sane Iudeam terram, quo venit, vel ubi demorabat Iesus & discipuli eius, illam Iudaici regni quartam partē hic appellat Euangelista, quam Pontius Pilatus procurabat, in qua Iesus post illa, quæ Hierosolymis facta vel dicta sunt, demorabat (vt dictū est) & baptizabat. ¶ Erat aut & Iohannes baptizans in Enon, iuxta Salim, q[ui]aque multa ibi erant, & veniebāt, & baptizabant. ¶ Enon locus est, in quo & Salim vicus, octa uo lapide à Scythopoli, in cāpo qui Salomias dicit. Ibi (inquit) erat & Iohannes baptizās. Ut qd baptizare coepit Iohannes, superius iam dictū est, videlicet ut illo baptizante, Ch̄fus manifestaret in Israel. Sic em̄ ipse dixit: q[ui] ego nesciebam eū, sed ut manifestet in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Cur ergo à baptizādi officio non cessabat, quoniamquidē Chr̄us manifestatus erat? ¶ Non dū em̄ (inquit) missus fuerat in carcerem Iohannes. ¶ Opportunius atq[ue] rationabilius cessaret, cum in carcerē missus, baptizandis cultatē am fissit, etiam si velle, ac proinde neminē tanquam de mutatione sententia sua sollicitum redderet, velut qui populum frustra tanto clamore pmouisset, nonnunquā baptisi vsum magis propter vñ hominē, q[ui] propter regnū dei, tam cito desiturus inchoasset. Et qdē hoc tempore opportuno sciendū erat, q[ui] propter manifestandū vnum hominē Ch̄m baptizans in aqua venisser, sed tempus tunc loquendi non erat, ut hoc & cetera omnia iam diceret. Baptizabat itaq[ue] & p̄cōniām p̄dīcābat tam diu, donec in carcerem mitteretur. ¶ Quo facto nec discipuli eius, nec Iesus, vel discipuli eius vsquam baptizasse legunt, donec ipse prior baptizaret illo baptismo, de quo ait: Baptismo habeo baptizari, quomodo coartor vsq[ue] dum p̄ficiatur. ¶ Baptizandus nāq[ue] erat passione sua, qm̄ & ipse adhuc iuxta prophetam sordida habebat vestimenta, s. membra carnis corruptibilia passibilia, atq[ue] mortalia: qbus ablatis vel depositis per exploitationē mortis, recuperaret eadem per gloriam resurrectionis candida facta. i. impassibilia virtute immortalitas. ¶ Facta est ergo quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudeis de purificatione, & venerūt vsq[ue] ad Iohānē. ¶ Ecce nunc quoq[ue] tantus tamq[ue] vehemens fluit ventus, ut non solū harundo aliqua, sed & adulta iam arbuscula, eius impulsu agitari posse videatur. Crescente nāq[ue] Iesu, & isto iam incipiēte minui (quod fieri oportere fuerat & ipse protestatus) amulati sunt discipuli eius, Iudeis malitiose solicitantibus & inuidiæflammā cōcitare volentibus vt testimoniu Iohannis, qdē perhibuerat de Iesu, discipuli eius infirmare conarent, extorquēdo videlicet ab illo sermonē de Iesu, q[ui] à priori testimonio dissonare videretur. ¶ Verba gratia: Puta dixisse Iudeos: Ecce habemus duos Baptistas, cuius eorū baptismus melius purificat. Cuius (inquiunt discipuli Iohannis) nisi eius, q[ui] aquas istas primus inuenit, primusq[ue] mortalibus ostēdit. Baptista noster non ab hoībus, neq[ue] p[er] hominē, sed per verbum dñi cum esset in deserto solitarius baptizare didicit, atq[ue] inde huc veniēs, iuniorē illum (ad quē omnes modo veniunt) vt ceteros ipse baptizauit. E contra Iudei: Nonne magister vester (inquiunt) baptismo suo purificationē baptis̄mi illius prætulit, dices: Ego baptizo in aqua, ille vos baptizabit in spū sancto & igni? Nonne se indignū dixit soluere corrigiam eius calceamentis? ¶ Itaq[ue] facta quæstionē hm̄oi, venerunt (inquit) ad Iohannem. Nec mirum rudes eatenus discipulos cōtendisse de purificatione baptismatum, vt dignitate magistro, cum & magni apostoli, iam instantē passione magistri, cōtenderint quis eorū videref esse maior in regno cœlorū. Vsq[ue] ad Iohannem venerunt. Multum instanter & animose quæstionem ventilarunt, qui ventosam eiusdem quæstionis machinā vsq[ue] ad turrim illam pduxerūt, quæ fundata erat supra petram altissimam, longe eminētiorē, multoq[ue] fortiore harundinibus nostris, quæ huiusmodi vento solent quamlibet in partem leuiter agitari. Nam vt nouerimus, q[ui] vsque ad illum venerint hac intentione, vt eum deuocarent à testimonio Christi, verba ipsa satis eidēter hoc innuunt, quæ fuerūt huiusmodi: ¶ Rabbi, qui erat tecum trans Iordanē, cui tu testimonium phibuisti, ecce hic baptizat, & omnes currunt ad eum. ¶ Summa eorū quæ ab illis dicta sunt, vel dici potuerunt, ita breuiter exp̄sta est, vt in singulis pene dictiunculis vis insita lateat, quæ pmouere potuisset, nisi solidum, prudentē, & bene (vt prædictum est) in veritate fundatum animū offendisset. Primo, vt sāpe ventus vrens blando susurro præludit, blandiunt, & dicunt: Rabbi, q[ui] pnoie gaudere sciebāt molles auriculas scribās & phariseorū, sicut & dīs: Amā enim (inquit) primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. ¶ Nusquā em̄ præter hunc locum inuenimus eum vocatū esse Rabbi, nec ab ipsis qui quærentes ab illo consiliū salutis dicebant, qdē faciemus & nos, nec ab aliquibus in qbuslibet euangeliorū locis. Quod & si qm̄ dici potuit, & ab Euangelistis, vt supfluum, recte p̄termissum est, hoc tamē loco nullatenus omitti debuit, ob significandā magnitudinē presentis adulatiōis. Hoc itaq[ue] magnifico p̄nomine p̄missio, quo ad cōsensum ipsoe, putare

putaretur posse deflecti, ut dñs Iesu studeret sese t̄ p̄f̄ri. Qui erat (inquit) tecum t̄ p̄f̄re trans Iordanem &c. ¶ Notandum diligenter quanta arte, quamq; accuratis agit insidijs ut Iohannem p̄eniteat testimonij, qđ dñs perhibuit. Duabus manq; p̄cedentibus propositiunculis, duas obliqua accusatione subnectunt, hoc modo: Qui erat tecum trans Iordanem, ecce hic baptizat: & cui tu testimonium perhibuisti, ecce omnes veniunt ad eum: Qui trans Iordanē tecum erat, se q̄ tuis manibus vt minor submiserat, ecce hic in Iudea sup te est, & sua seorsum autoritate baptizat. Et cui tu testimonium phibisti, indiscreta humilitate nimis te subiiciens illi, & gloriā tuā dans alteri, ecce oēs te neglecto, veniūt ad eum, tuumq; baptismū paruipendētes, illum iuniorē certatim expetunt. ¶ His & huiusmodi dictis Iudaico liuore concinnatis hoc agebat, vt fidelissimi testis animus à veritate, cui testimonij perhibebat, auerteret, atq; ita baptizantium rupta concordia, baptisimi vel p̄enitē remedium, facilius quasi rationabiliter contēnni videtur. Nam pharisæi & Iudeorum q̄ plurimi spreuerunt consiliū dei, non baptizati baptismo Iohannis: quippe q̄ expectabant falsi & fallentes, Messia regnante in regno eius supbire, non de peccatis suis humiliari, vel p̄enitentiam agere, gentes vniuersas spoliare, non duas tunicas, aut duplices escas cum gentibus diuidere.

Lucæ. 7

¶ Finis libri tertij.

FRVPERTI ABBATIS

TVTIENSIS, IN IOHANNEM, EVAG. COMMENTARIORVM LIBER QVARTVS.



Via reuera Iohannes lucerna ardens & lucens est, merito nos in lumine eius exultamus, si tamē ipsum lumen eius agnoscimus, qđ Iudæi cognoscere noluerunt. Et ideo volentes exultare ad horā id est, t̄ pale terreni regni gaudium ab illo, quē Ch̄m esse existimauerunt, festinantes p̄cipere, cōpetēter exultare non potuerunt. Est autē lumen eius, humilis veritas, & vera humilitas, qua totus in corde & in ore p̄fulgēs, veras ianis gloriā, q̄ stultis lumen esse videat, tenebras admittere non poterat. ¶ Cum ergo mittunt imo & veniunt Iudæi ad Iohannem, quæstionē (vt p̄dictū est) de purificatione facientes, & ille testimonium perhibet veritati,

Iohan. 8

bene & laudabiliter in lumine eius exultamus, non ad horam, sed ad verum & integrum diem, non ad tempus, sed ad intemporalement tendentes æternitatem, dum radiantem per os eius libenter amplectimur veritatem. Hoc itaque loco quid responderit, audiamus. L Nō potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ac si diceret: Quid me ò fautores importuni tantopere vocatis Rabbi? Quid maiore quam ego sum vocabulo, me quasi honorantes extenditis? Hoc nomen eius est, & illi congruit, qui solus nullius indiger, qui solus habet, docetq; hominem scientiam, dat p̄cepta viuendi, legemq; virtutis ac disciplinæ subiecto sibi impartitur homini. Et hic longe homines excellit, quorum nemo accipere potest quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Omnes enim aliunde accepunt, singuli de plenitudine alterius donum expectant proprium. ¶ Omnis ergo homo prohibendus est, ne amet vocari ab hominibus Rabbi: quippe cum Moysen nusquam scriptura sacra hoc nomine appellare consueverit, quia videlicet legem non de suo dedit sed aliunde vt daret ipse accepit. Quapropter nolite me vocare Rabbi, sed vocate me discipulum veritatis, quia profecto cum & ego sum homo, non potuissem quicquam accipere, nisi fuisset mihi datum de cœlo. Nunquid vero nunc primū dico, quod non sum ego deus, sed tantum homo? L Vos mihi testimonium phibetis, qđ dixerim: ego nō sum Ch̄s, Iohan. 8 sed quia missus sum ante illum. Quando misisti ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas, ut interrogaret me, tu q̄ es? Confessus sum & non negavi, & confessus sum, q̄ a non sum ego Ch̄s, & dixi: Qui post me venturus ē, ante me factus est &c. Quod ergo nunc ita dixerim: Vos mihi nunc testimonij perhibebitis, in eo quod dicitis: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti. Nequaquam ergo nunc primū me putrum hominem esse cognoui, quia vos scitis, vos memores estis, & nunc mihi testimonij perhibetis, quod dixerim: Ego non sum Christus. Quod si dixissem, profecto plus quam hominem me esse affirmasset: quia Christus plus quam homo est, quia non tantum homo, sed & deus & homo est. Quapropter illi soli dicite Rabbi, q̄ a magister vñus est Christus

Psl. 95

Eccī. 48

1. Cor. 4

Iohan. 1

Exodi. 34

Iohanēs nō
erat Christus,
sed p̄
rus homa

LXX. R V P E R T I IN IOHANNEM CAP. III.

Math. 23

Iohann. 1

Cor. 4

**Iesus ē spō
sus. i. deus,
& homo**

Psal. 18
**Cur Iohan
nes non ap
te dixit les
sum esse de
um & hos
minem**
Pesponsio.

Matth. 10
**Prudens re
 sponsio los
hannis**
Matth. 3

Psal. 18

**Exemplum
de seruo A
brahe, que
rente ips
sam filio
Isaiae.**
Gene. 24

Christus, de quo & dixi, iam & audistis, quia de plenitudine nos oēs accepimus. Illius itaq; vos mecum estote discipuli: Quid enim habeo qđ non de plenitudine eius acceperim? Si autē accepi, qđ me gloriari vultis quasi non acceperim? Soli illi gloria est, quia de nullo accepit, quia plenus est, & nō illi de ccelo datū est, quia ccelum ipsum eius est. Iam nemo mihi molestus sit, si spiritus potestatē habēs ascēderit sup me, locum meum nō deseram. Locum (inquam) meum, modulum meum nō excedam. Noui ego locum meum, hunc s. quia non sum ego Ch̄fus, sed missus sum ante illum. Vultis audire qđ ille, & qđ ego sum? Vultis nunc istud cognoscere p̄simile, qđ vobis est bene cognitum? Qui habet sp̄sālā, sponsus est. Amicus autē sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocē eius. Hoc ergo gaudium meū impletū est. Nostis hoc quicūq; aut nuptias egistis, aut nuptias interfueritis, quanta sp̄sī & amici eius distantia sit. ¶ Sed cur d̄ Iohannes amice sp̄sī, nō aptē, sed quasi sub velamine vtrang. s. diuinam & humanam Ch̄fī naturam cōmemorāstis? Poterat em̄ sic dici: Qui deus & homo est, ille Christus est. Nam illud qđ dictum est, qui habet sponsam, sponsus est, nō quidē sic accipimus, ac si dictum fuisset: Non ego qui purus homo sum vt quisq; v̄m Ch̄rus sum, quia deus non sum: sed ille Ch̄fus est, qui & an tequām homo esset deus erat, sed postq; homo factus est, nihilo minus scđm suam naturā deus est, propter assumptam vero hoīs naturam, Christus est: qđ quibet sponsus & an tequām sponsam acciperet vir erat, & postq; accepit illam, nihilominus natura, v̄l sexu suo vir est: propter cōiunctum vero sibi sexum fēmineum sp̄sūs dicit & est. Nos ergo sic dictum eē hoc accipimus, & inde Ch̄fī esse sponsum cognoscimus, quia non hominē tantū, sed deū & hominē eē credimus & confitemur. Nam nisi prius illud crederemus, hodie illud Dauidicum præconiū: Et ipse tanq; sponsus procedēs de thalamo suo, cāterāq; hmōi testimonia scripturaq; nequaq; intelligeremus. At illi ne cdum credebant, nē dū n̄ sciebant Ch̄fī deum eē & hominē. Non sic expectabant Messiam, vt deū fore crederēt, sed hominē, quāmuis magnum, tamē hominē tantum. ¶ Cur ergo d̄ Iohannes lucerna mundi, non saltē discipulis tuis aptē prius Ch̄fī deū & hominē esse ostēdis, quoē tarditatē ipse melius nosti, sed tanq; pfectis, & in fide Ch̄fī exercitatis mystica & alta proloqueris, quorum superficiē vix aduertere possint? Videlicet quia non iam ante passionē Ch̄fī expedit ista prædicari. Nec em̄ ratio diuinitatis admittit eundē Ch̄fī agnosci, quis vel quantus sit, & scđm dignitatē suam honorari vel adorari, prius quām p̄acto qđ à patre iniunctum est seruitio, se deat ad dexteram maiestatis in excelsis. Hic ordo necessarius erat nostrae salutis, vt priusq; sibimet exigeret ea quāe dei sunt, ageret ipse, vel pateretur ea quāe hoīs sunt. Vnde & cum duodecim Apostolis daret virtutē & potestatē sup omnia dæmonia, & vt languores curarēt, & mitteret eos ad prædicandum, non seipsum illis prædicare iubebat, sed hoc tantum vt poeniam hoīes agerēt, & hoc scirēt, quia appropinquaret regnum dei. ¶ Itaq; & Iohannes quia quæstionibus pulsabat, & ideo de magnitudine Ch̄fī, quāe est diuinitas eius, omnino reticēdum non erat. Rursus vero sui non erat officij, prædicare incarnationē eiusdē filij dei, sed tantum baptizare & dicere: Poeniam agite, appropinquabit em̄ regnum dei, sic testimonij sui dicta tēperabat vt & veritatē nona ceret, & tamē vulgo dijudicandam aut conculcandam non exponeret. Ait ergo: Qui habet sponsam sponsus est. Quod prēter hanc, de qua iam dictum est, latētis intrinsecus mysterii gloriam, quam iuxta Psalmistam: Cœli enaraturi erant, ita vt non essent loquela, nequaq; sermones, quoē non audirētur voces eōrū, quoē sonus in omnē terram, & verba in fines orbis terraq; exitura erant, dicēdo: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanq; sponsus procedēs de thalamo suo: Exultauit vt gygas ad currēdam viam, præter hanc (inquam) interiorem gloriam, in superficie quoq; vtilitatis habet plurimū, qđ præsentis quoq; ædificare, & à sua poterat nimium carnali æmulatione compescere. ¶ Siquidem nemo illogē erat, qui execrandum esse nesciret adulterium, vbi paronymphus, sponsus se esse mētitus, credit̄ sibi sponsa audeat commaculare thalamū. Verbi gratia: Pater Abram seruum suum fidelē esse arbitratus, p̄ deum celi adiuratum dī igit, vt vxorē accipiat filio suo Isaac, dans illi quāe secum portet de omnibus bonis suis. Ille Rebēccam ad p̄teum inuētam allocutus, & aquas hauriētem contēplatus, quia speciosa erat, primo armillas tradēs, & inaures appendēs auribus, animo illius iam bene præparato, tandem à pareū bus illius obtinet, vt fidei suā credita, dño suo Isaac transmittat. Nunquid iste cum seruit Isaac, si ipsum Isaac se esse mētiatur, puellæ pulchritudine delectatus, & dño suo pr̄terpiat eius amplexus, impunitus dimittetur? Nemo vtiq; illogē erat, qui nesciret execrandū hoc esse facinus, cuius ob magnitudinē seruilibus p̄cenās modis merito puniret. At nunc qā seruile cōditionē fidelitatis honore supgressurus ē, idcirco magnus in domo nuptiā sponsiq; dñi sui paronymphus stans, & audiēs eum, & gaudio gaudēs propter vocē eius gratulantis sup industria vel sedulitate sua, qđ condignam sibi puellā adduxerit. ¶ Plane

huc

huic simile Iohannes illud asserit, q̄ venit ipse in aqua baptizans, parare dñō plebē perfe-
ctam. Cum em̄ dixisset, qui habet sponsam, sponsus est: amicus autē sponsi, q̄ stat & audit
eum, gaudio gaudet propter vocē eius, conclusit sic. Hoc ergo gaudiū meū impletū est. **Lucæ.4**
Quod gaudium? Hoc videlicet, q̄ eius q̄ habet sponsam, & inde sponsus est, amicus sum,
& q̄ ante illū missus sum, & q̄ primituam discipulorū eius ecclesiam, baptismi mei aquas
haurientē allocutus, armillis bonorū operarū adornaui, & inaures appedi, dicēdo: Appro-
pinquabit regnū dei, & sic vsq; ad vñigenitū filiū dei patris pduxī, dicēdo: Ecce agnus dei
cui mox copulabīt, matre sua Sara. i. synagoga, mortua præ infidelitate, & implebit faciē
orbis semine. Hoc (inquit) gaudium meū est, & hoc impletū est, ita vt altius quid non am-
biām. Quid mihi dicitis, tuipse esto sponsus? Sponsus ille voceſ & fit, cui sponsa debetur. **Gaudiū Iohannis 10**
¶ Meū q̄ppē gaudiū impletū est in hoc, q̄ sum sponsi amicus: in hoc, q̄ sto in triclinio & pletum.
audio eum gaudēs propter vocē eius, propter testimonium eius qd̄ & vos audituri estis, **Matth.11**
quo me beatificat, dicēst: Inter natos mulierū nō surrexit maior Iohāne Baptista &c. Cū
ergo hæc diceret Iohannes eis, q̄ se supradicta quæstione pulsauerant, & de illo existima-
ti volebant ipso authore supra id, qd̄ ex ipso audiebant & videbant, alij quidē nimū fauen-
tes, alij vero malitiose testimonium, qd̄ dñō phibuerat, imitatione vocis eius infirmare,
vel annulare moliētes: cum idcirco illis silitudinē de sposo & amico obijceret, nonne se
metipsoſ reprehēdere discipuli eius, q̄ magistro nimium fauebant? nonne intra semetipsoſ
erubescere Iudæi poterant, qui testimoniū eius de Ch̄ro, qd̄ immuinere tētauerant, ecō-
tra potius augeri videbant? Proinde verus ac dignus sponsi paranympbus, integer ami-
cus, digne in æterno cœli triclinio stat coram illo, & audit vocē eius, & gaudio gaudet, qd̄
ab illo nō auferet. ¶ Digne p̄ omnia hic omnibus paranympbus in exemplum proponi
tur. i. omnibus qui sponsa Ch̄ri, videlicet sancta ecclesia curam atq; regimē sortiunt, vt
nequaquam adulterinis illam oculis contéplētur, & vero sponsa eius copulam furentur.
Nam q̄ diu catholicam illi fidē p̄dicant, sponsi amici, sponsi vicarij, viri quoq; vocant, &
sunt, quia Ch̄rus in eis loquit̄, & ipsius semē est verbum fidei, qd̄ per illos suscipit. Vbi aut̄
quippam eoꝝ, quæ à fide Ch̄ri aliena sunt, auribus eoꝝ inferre molunt̄, adulteri sunt,
quia non Christus in eis loquit̄, & velut alieno corpore sponsa commaculaſ, cum talibus
errore magistris se summitti patif. ¶ Quam eius voluntariam passionē Paulus de præci-
puis sponsi huius amicis vñus, magno clamore redarguēs: Nunquid(ait) Paulus pro vo-
bis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Dicebant enim illi dissensiones habē-
tes inter se: Ego quidē sum Pauli, ego autē Apollo, ego vero Cœphæ. Et hoc modo non
quidē Paulus aut Cœphas siue Apollo adulterabant sponsam Ch̄ri, erant em̄ fideles eius
ministri, sed pronæ in adulteriū eius animæ conabant amicos sponsi sui ad adulterandum
prouocare. ¶ Veꝝ quacūq; ex parte siue eius, quæ sponsa dicit, siue eoꝝ q̄ amici dicunt
adulterij proueniat fomes, testimonium hoc veꝝ est, & dissolui non pōt. Qui habet spon-
sam sponsus est. i. solus ille, qui cum deus esset, humanam sibi naturā vñire dignatus est, spōsus
solus ex omnibus ille, & non aliis sancta ecclesia sponsus est, & quicūq; alias se ingesserit
adulteriū p̄t, spōsus eē non p̄t. Huic atq; (quæ spōsi huius oēs imitant̄ amici) vero amico sa-
tis est, q̄ magnū est, q̄ plenū gaudiū affert, q̄ dignus habitus est, stare & audire eū & esse
conscius eoꝝ, quæ cum sponsa gerunt secretorū & celestium. Quid ergo supereft? quid de
reliquo faciēdum est? Ait: Illum oportet crescere, me autē minui. Hactenus (inquit) **Quo Iohann**
solo vocis testimonio clamauerim, q̄ ille maior me sit, & q̄ prior me fuerit, deinde rebus nes minuis
evidētibus oportet certum fieri, q̄ non ego Christus, sed ante Christum missus sum, qd̄ tur, & cres-
ille non vt ego homo tantum, sed & deus. Hoc enim mihi minui, & illi crescere est, nō qd̄ cit Iesu,
mihi collata mensura decrescat, vel eius immensitas augescat, sed qd̄ in notitiam vobis ve-
niat longe inæqualis vtriusq; quantitas. Alijs autē & vere scdm naturam hois, quia pau-
lo minor est ab angelis, crescere habet, primo signis & prodigijs, deinde ordine mortis,
resurrectionis, & ascētionis, & sic accipere nomē, qd̄ est super omne nomē, vt in nomine **Psal.8**
Iesu omne genu flecat, cœlestiū, terrestriū, & infernorū, & in oēs gētes pœnia prædice-
tur, & remissio peccatorū. Sic omnino fieri oportet, sic expedit, sic necessarium est huma-
no generi, vt adoretur sedens ad dexteram maiestatis in excelsis, Interim me oportet mi-
nui, nec quis confidat in me puro homine, & ponat carnē brachium suum, quod mox fie-
ri videbitis, qñ traditus & decollatus, ad inferos descendam, nihil dignum agens hoc nomi-
ne Ch̄ri, qd̄ vos mihi importune imponitis. Quibus pactis tunc demū non solum vobis,
sed & toti mundo decantabis comparatio mei, quem Christū esse putastis, & eius q̄ vere **Lucæ.4**
Christus est, contra quē vestris quæstionibus depugnasti, tunc istud scief & dicef, quan-
tum illo, quē filium Ioseph dicitis, minor ego sim quē Zacharias genuit, qd̄ vos dissimilā-
tes pro eo, qd̄ ex deserto incognitus, & iamdudum obliuioni traditus adueni, Ch̄ri me
esse arbitremini, q̄ de qbusdā secretis & inuisibilibus locis aduenerim. ¶ Nec dubita disre-
Hiere.17
Matth.19
Lucæ.8

LXXII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. III.

In oībus Ie
sus maior
Iohanne
Psal. 18

Matth. 14
Marci. 6

Qui desur-
sum venit,
sug oēs est

Purus hos-
mo de ter-
ra est, & ter-
renus.
1. Cor. 15

Ibide.

Philip. 2
Aliorū Chri-
stus q̄ pro-
phetē vidit
1. Reg. 9

† prescium

tione mea paruitas ab eius magnitudine distingueſt. Quē eīm̄ homo corruptibilis, mutus & loqui nō valens, de carne sua genuit, procul dubio minor dicet, vt ē, eo quē deus incorruptibilis & inuisibilis, eloquēs & oīa dicendo faciens de corde suo eructauit. Hæc & cætera vbi palam omni mundo cœperint prædicari, sonantibus cœlis, & gloriam enarrantibus huius filij dei, tūc indubitanter apparebit, q̄ monte quoquis cœlū altius sit, q̄ dies nocte sub lustri pulchrior sit, q̄ sol lucifero splēdidiōr sit. ¶ Hoc eius cremētum, ipsa quoq̄ nativitatis ac passionis eius tēpora, modus quoq̄ & locus passiōis eiusdē pulchre significant. Non eīm̄ natus est, vel patit, quibus tēporibus dies minuunt, non vt ego Herodes, aut Pilati infausto natalicio, sed in paschali patitur plenilunio, non ad saltationem vnius puellæ, sed ad clamosam petitionē totius synagogæ, non in abscondito tenebroſi carceris, sed sub dīo, palam omni cœlo, teste omni mūdo, extra portam ciuitatis, nō decollatus, & capite imminutus, sed patulo ligno exaltatus, & extensus, figura crucis sese orbē quadrificat ad se trahere protestat: ¶ Qui desursum sup oēs est. Audiant & hoc, & cætera que sequunt, audiant Iudæi, & confusione operiant hæretici, contra quos maxime hoc euangelium (vt s̄aepē dictū est) conscribit, qui Chrm̄ ex Maria sumptissime initium, diabolico commentati sunt spiritu: Qui desursum venit (inquit) super omnes est. Dixerat q̄ oporteret illum crescere, rationē subiungit, probans q̄ merito crescat, q̄ merito mundus oīs de illo maiora q̄ de se sentiat. ¶ Cur (inquis) ille crescit, cur tu illo crescēte minueris? Qui desursum venit (ait) propter hoc ipsum, qđ desursum venit, q̄ non ex traduce in vtero matri satus ē, nec de nihilo, & nō aliūde q̄ de carne virginis prodijt, sed in principio erat verbū & apud dēū erat, & deus propter hoc digne sup omnes est, maior oībus est, excellentior omnibus est, non loco, sed dignitate, nondum corpore, sed honore: nondum carnis impossibilitate, sed grā & veritatis plenitudine. Oēs eīm̄ de deorsum sunt, & ppter hoc ipm̄ q̄ de deorsum sunt, & de deorsum venerunt, de terreno patre, q̄ de terra sumptus est, cuius materia vel initium terra est, & cum grā creatoris cœlum fieri posset, terra factus est, quam serpēs comedederet, propter hoc iure infra illum oēs sunt, & ille sup omnes est. Vnde & subdit: ¶ Qui est de terra, de terra est, & de terra loquit. Quid est eīm̄ esse de terra, nisi existendi initium habuisse de terra, nihil amplius esse quām q̄ sumptū de terrena habu mani gñis massa? Qui ergo est de terra (inquit) id est, cuius esse cœpit ex terra, de terra ē, id est, terrenus est, quēadmodū & ante cessor eius, de quo Apostolus: Primus (inqt) homo de terra terrenus. Terrenus omnino est oīs, q̄ terrenū fundamētum. i. terrenū habet initium, ac proinde de terra loquit. i. terrena sapit, terrenis sensibus inuoluit. Quid ergo fieri oportet, quomodo illi subuenit? Ait: Qui de cœlo venit super omnes est, & quod vidit & audiuit hoc testat: Qui de cœlo venit, & ideo cœlestis est, vt ait idem qui supra Apostolus: Secundus homo de cœlo cœlestis, vnde & sup oēs est, vt prædictum est, iste quod vidit & audiuit, hoc testat, videlicet vt de plenitudine eius nos oēs accipiamus, & aliqd de cœlo loqui sciamus, q̄ non nisi de terra loquebamur. Ecce aperuit quo tēdat. i. ad quid dixerit, super omnes est, vel qūo aut super quos omnes est. Ait eīm̄: ¶ Quod vidit & audiuit, hoc testat, videlicet super eos oēs est, qui futurē esse testati sunt regnū dei, qui aperiendū esse hoībus testati sunt introitū regni dei. Hoc autē prophetæ & reges ante testati sunt, hoc patriarchæ & iusti expectantes & prænoscentes, à longe salutauerunt, & de illo posteris cohaeredibus suis prælocuti sunt. Sed nunquid regnū illud viderūt, nunqd regnū illius voces audierunt, & inde huc venientes, sedētibus in tenebris captiuis, q̄ vincit erat, visa & auditā liberi annuntiauerūt? Nunqd de cœlo venerūt, & nō potius in ista captiuitate, q̄ ante a oīno nō erant, nati sunt, & toti de terra exorti sunt? Ergo sup oēs regni dei testes, hic testis idoneus est, q̄a videlicet erat iam anteq̄ huc veniret, & de regno dei de regno suo, hoc in nōm̄ exiliū venit. Et cū eīt rex illi regni dei, ppter nos, vt illud nobis staret & aperiret, in forma serui nasci voluit. Vnde verissime nūc dictū est, & qđ vidit & audiuit, hoc testat. ¶ Et quidē prophetæ visiones quasdam regni illius videbāt, vnde & vidētes dicti sunt. Sed longe aliud est visiones regni dei figuratiwas & ænigmaticas oculata inspiratiōe videre, aliud ipm̄ regnum vidisse, & inde huc veniendo, nobis q̄ nunq̄ ibi sumus, testari vel annuntiare. Ad qđ aut̄ dixit hoc discipulis suis, siue Iudæis, cū qbus quæstio facta est de purificatiōe? Ad qđ (illis dicētibus): Rabbi, ecce hic baptizat, & oēs veniunt ad eū) hoc dixit, nisi vt discipuli sui pro se æmulari desinerēt, vt Iudæi cōtra veritatē ilii infidias machinari desisterēt, & potius ad illū Baptistā vēḡ submissō capite oēs veniret. Quod q̄a facere frigidī præ inuidia detrectabant, protinus dolendo subiūgit. Et testimoniū eius nemo accepit. O cōsiliū malignantū, synagoga perdita, cœtus sceleratus. Ecce quale legatum, q̄ legitimū testem, q̄ fidele testimonium non acceperunt. Indignitas rei præsciuī cor Iohānis alte tetigit, acerbitas sacrilegi mentē tanti dñi consciā percussit, ita vt dolens exclamaret. ¶ Et testimoniū eius nemo accepit, Vere eīm̄ testimonium eius

COMMENTARIORVM LIBER IIII.

LXXIII.

eius nemo accepit, videlicet quodiu inter homines ambulauit, quodiu presentia corporali stans in concione hominum testimonium perhibuit veritati, siue in synagogis Iudeorum, siue in pretorio Pilati. Clamat hoc iniuria crucis, probat hoc indignitas mortis, qua punitus est velut falsus testis. ¶ Sed dicit aliquis? Nemo non accepit eius testimonium, nam aliqui acceperunt, aliqui in eum crediderunt? Acquiescimus, non negamus, aliqui utrumque crediderunt, quantumvis incerti & infirmi, dum illum esse filium dei confessi sunt, testimonium eius acceperunt, verutamen in illo articulo vel hora necessariae testificationis, quam contestari aut subscribere ausi sunt? Nonne oes relicto eo fugierunt? Nonne per custos pastore oves dispersae sunt, & solus illum reliquerunt? Igis quodiu hic dominus in forma serui testimonia regni dei declamauit, quis non solus dictis secundum scripturas, sed etiam mirabilibus factis eadem testimonia confirmauit, testimonium eius nemo accepit. Aut ubi reiecerunt a concilio malignitatem contemptus a iudicibus iniqtatis, & punitus ut falsus testis, resurrexit a mortuis, & ascendens in celum, deo patri suo qui illum miserat, ea quae pressus est retulit, statim adiutor testimonij eius, & defensor idoneus spus sanctus aduenit, & exinde testimonium eius nemo non accepit. Tunc cōprobatus & agnitus est verus fuisse testis, tunc & exinde creditus est verus esse rex, immo deus verax & vera detulisse iura regni dei. Vnde & subditur: L Qui autem accepit eius testimonium signauit, quia deus veras est. ¶ Quis enim est ille beatus, qui accepit eius testimonium nisi ille filius salutis ois populus Christianus, sancto spū insignitus per ministros manus, quibus dictum est: Accipietis virtutē supuenientis spū sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudea & Samaria, & usq; ad ultimum terræ? Nam quicunque illos audiuit, testimonium a superueniente spū sancto in seipso habentes, & testificando predicantes, Verbi gratia, cū dicunt: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi virginis a patre. ¶ Hac nimis & cetera huiusmodi predicantes, quicunque audiuit & baptizatus est in nomine patris & filii & spū sancti, ille testimonium eius accepit, & de illo qui eum non negaret, se esse regem regni dei, regem verum & filium dei cum interrogatus se esse non negaret ante faciem Pilati, negatus est & punitus ut falsus testis, de illo utique protestatur, quia deus verax est, quia unus & verus cum patre & sancto spū deus est. Hoc protestat, hoc in corde suo signauit, hoc in fronte sua cum signo crucis depinxit, corde credens ad iustitiam ore cōfessens ad salutem. Insipiens Iudeus vel hereticus (qualis fuit Cherinthus) haec veritatem soluere ntitur, dicens in corde suo: non est deus. Sed acceptor testimonij signauit, id est, digna memoria notauit verba testimoniorum eius, quibus constanter deus verax esse defenditur. Sic enim in Evangelio suo loquitur, quomodo deus. Vnde & protinus subditur, L Qui est ex deo, verba dei loquitur. ¶ Quid enim est verba dei loqui, nisi sic loqui, quomodo licet soli deo loqui? Pene huic simile est in Actibus Apostolorum de Herode, cum digna reprehensione legitur: Cum sedisset (inquit) induitus ueste regali, populus acclamabat, dei voces & non hominis, id est, voces, quibus insite & licito acclamandum est soli deo, & non homini. Verbi gratia: rex in eternum vivens, semper potens, omnipotens, immortalis rex, & deus noster, & similia. Sed illum percussit angelus domini, eo quod acquieuisset immoderato fauori populi, & non dedisset honorem deo, hic autem cum loqueretur verba dei, cum emitteret voces dei. Exempli causa: Anteque Abraham fieret ego sum, & ego & pater unus sumus, & ego principium qui & loquor vobis, cum iste haec, & his similia dei, & non hominis voces emitteret, virtutum gloria comitabat, cōprobans quia ipse deus verax est, non ut predictus Herodes, qui cum dei voces sibi acclamatas admisisset, percussusque & putrescens consumetur vermis, ait cum gemitu: Ecce deus vester, scilicet fallax, id est, homo non deus. Ait ergo: L quem enim misit deus, verba dei loquitur. ¶ Ac si diceret: qui non communis more naturæ in matris ueste extrade transfiguratus est, sed a deo in hunc mundum venit, missus est, qui non, ut ego vel prophetæ oes, ad hoc natus est ut mitteretur, sed ad hoc missus est ut nasceretur, hic verba dei loquitur, id est, sic loquitur quomodo deus, & acceptor testimonij eius ex verbis ipsius corde credulo cōcipit, quia deus verax est, quod ex operibus verba cōsequentibus agnoscere promptum est, & eadem verba diuinitatis eius in facculo cordis vel memoria signat, ut quoties superbus Goliat, id est (Cherinthus vel Arrius, siue alius quod hereticus) blasphemat hunc deum Israel, parata proferat verba haec, tanquam de petra David, lapides limpidissimos & blasphemiam superbia frontem peccati, contestans, quia dei filius deus verax est. Non enim hic homo gregarius aut plebeius est, non communis mensura filiorum Adam, aut iustorum hominum diuinitua gratia circumscripctus est. Hoc est quod sequitur: L Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Vere non ad mensuram, quia totus, sicut per integrum columbam speciem mihi demonstratum est, totus plane spus sanctus cum omnibus donis suis super eum requiescit, quomodo columba super caput eius, ostendit se mihi cum omnibus membris suis. Non ita cuique in cunctis milibus, ex quibus hic unus electus est, spus sanctus datus est. ¶ Nos omnes dannati capitum homines sola dei clemencia perditioni & morti superstites, miseri & egentes, nati infeliceriter,

G & a su-

Matth. 26:
Zacha. 13

Acto. 14

Iohan. 1.
Quis testi-
monium ei-
accepit.

Roma. 10

Psal. 15.
Quid est
verba dei
loqui.Iohan. 2.
Iohan. 10

1. Reg. 17

Iohan. 1.

Cant. 5

& à superno patre extores, q̄ rodebamus in solitudine squalentes calamitate & miseria, & esse sub sentibus delicias putabamus, nos olim canes muti, & præ inædia latrare nō valentes, pro magno habemus & nobiscū bene agit, q̄ deus patrū nostros deus appellari dignatus est, nos ipsos cum canibus gregis sui posuit, & resecti de reliquias eius, aperire os & latrare valeamus. Cuiq̄ nostrum macræ scientiolæ, tanq̄ panis filiginei semuncia prouincit, vel propheticæ gratia quadra diuiditur, & sua singuli mēsura cōtēti, bene nobiscum actū eē fatētes, foris excubamus. ¶ Hic aut̄ homo nobilis, feliciter natus, & anteq̄ in hac forma nascere, cceloz dñs, & sanctoz angeloz imperator designatus, nulla mēsura circūscribitur, neq̄ diuissimum aliqd indicat munusculum sancti sp̄us. Sed qd̄ Breui sentiola grandē vobis differentiā eius exprimā. Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu eius. ¶ Quis nostrum habuit aures audiendi, & audire meruit hoc qd̄ iste magnus precox dixit stans à longe, & stans humiliter cedēs maiori, scilicet filio dei in confractione cordis sui? Quid em̄ iste dixit cōtemplator viscere dei patris? Quid dixit, qd̄ corde reverendissimo & ore religiosissimo profudit? Pater inquit diligit filiū. ¶ Pater iuste, mihi ne aut iniustum est, q̄ tu filium diligis; q̄ tu filium tuum dignū honore ducis? Si vere utiq̄ iustiam loquimur, recta iudicemus nos filij hominū, quorū nemo vnq̄ carnē suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam. Si em̄ carnē suam quisq̄ diligit, & legitimus pater filium suum carne sua progenitū eodē quo seipsum honore dignū ducit, & hoc nemo reprehēdit, quāto rectius suā deus pater in filio suo substātiā diligit, & illū cōsubstātiā antalem sibi eodem quo seipsum honore dignum ducit? Quid em̄, si corruptibilem nostrę mortalitatis pellem de sinu patris exiens induit? Num ideo minus honorabilis est & ipsi patri, qui ad hoc illum misit, minus debuit esse amabilis? Nonne potius ipsum hominē, quem suo iussu induit, ad dextræ sui cōfessum subleuare debuit? Ait ergo: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Filium (inqt) qualis nunc est, scilicet seruuli forma induitum, cum ipsa serui forma sic diligit, vt omnia dederit in manus eius, nec vnq̄ iudicaturus sit quenq̄, sed iudicium omne agere velit per illā serui formā, quam filius suus iussu suo induit. Hoc ipsum & Daniel prophetā longe ante protestat: Aspicebam (inqt) in visu noctis, & ecce in nubibus celi filius hominis venit, & vsq; ad antiquum diez puenit, & in conspectu eius obtulerunt eū, & datū est ei regnū & honor, & oīs populus, tribus, & linguæ seruient ei. Quid igit̄ em̄ mulamini & dicitis: Ecce hic baptizat, & oīs veniunt ad eum? Omnes oīs, & ipsi & ipsi q̄q; qui ad eū venire nolūt, in manu eius dati sunt. Cum exaltatus fuerit à terra oīa trahet ad seipsum. Oīs iudicio suo faciet assistere, oīes qdem ad dexteram, hedos autem ad sinistrā, & hos q̄ intus, & illos q̄ foris sunt iudicabit: tantū regnū, tantū honorē suum, tantā potestate, & eternā potestate pater dedit illi. ¶ Nō em̄ ad mensurā pater diligit filium. Si nouimus quid sit dilectio patris, liquet profecto, q̄ a totum cor patris plenum est dilectionē filij, nec superesse potuit angulus aliquis in sinu pectoris immēsi, & incircūscripti, vbi à filio secluderet quippiā magnū vel exiguum de vniuerso thesauro patris. Quid em̄ est dilectio, qua pater filiū, vel filius patrē diligit, nisi sp̄us sanctus patri & filio cōsubstātiālis? Hoc aut̄ supra dictū est, q̄ a nō ad mēsuram dat deus sp̄m. Ergo non ad mensurā, sed toto corde, tota virtute, tota dilectione, toto sp̄u *scio diligit pater filium. Quid igit̄ retineret, vel vbi recondaret qd̄ nō daret in manu eius? Si parētes thesaurizet filijs carnalibus, quāto magis talis parens tali filio thesaurizasse credēdus est cœlū & terram, & quicq; d in eis cōtinetur. ¶ Quāti vero, vel quales coram illo sunt isti thesauri, sic sunt quasi stilla stiluz, quasi puluis exiguis. Angusti atq; inopes mortalium animi adeo magna hæc & estimat ut dicāt: Vbi erat, & quomodo se habebat anteq̄ ista faceret deus? In qua solitudine taciturnus absq; vllis diuinit̄, & fine cunctis officialibus morabatur. Hęc ideo cogitamus, q̄a diuinit̄ eius solā fecem, id est, creaturā, ab illo in tempore & loco conditā, solā præ inopia sensus intuemur. At illi nō magis p̄ creaturæ multitudinē honoris vel diuinit̄ cumulus accreuit, nec magis p̄ angelicæ vel humanæ creaturæ diminutus est ruinā, q̄ si vna stilla plenā excidat stiluz. Anteq̄ ista faceret, magnus erat dñs noster, & magna virtus eius, & sapientia eius nō erat numerus. ¶ Quid ergo (inquis) tantopere à p̄cōne suo magnificatur filius, q̄ omnia dederit pater in manu eius? Quid ipse filius quodā loco exultas? Omnia inqt mihi tradita sunt à patre meo? Quāra est hic materia exultatiōis & gloriaz, q̄ sibi dant gētes in hæreditatē ab eo, corā q̄ sunt oīs sicut stiluz stiluz? Sed vere digna ē exultatio vel magnificētia, q̄a non gloria avaritia, sed exultat benevolētia, q̄a nō ipsi regnū, sed ipse regno proficit: nō ipse nro seruitio sublimat, sed nostra seruitus p̄ eius dominiū liberat, ipse dū in nobis regnū accipit, inclinat: nos dum illi subiūcimur, colli nostri vincula soluimus. Igitur quod ait Iohannes: Pater diligit filium, & oīa dedit in manu eius, id est, ac si dixisset: Nos oīs natura filij irā suim⁹, hic aut̄ vnic⁹ dilectiōis est filius, & deus pater oīm nrm̄ salutē per manū eius operat. Vnde & subditur,

Matth. 15

Chrūs felis
citer natusPater diligens
filium, &
quidem lu-
stissime.
Psal. 157.
Ephes. 5.Et oīa des-
cie in mas-
nu eius.

Danie. 7.

In finita pa-
ris erga fi-
lium dilec-
tio.

*suo

Oīs crea-
turæ ad deū
sicut gutta
siculæ,

Psal. 146

Matth. 11

¶ Quid

[Qui credit in filium dei, habet vitam æternam, qui aut incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.] Ite igitur oes Aegyptij, ite oes ad Ioseph, & dicite illi: Salus nostra in manu tua est. Hæc em dicit prece, saluatoris mundi. Hæc dicit filij p̄cursor ac crescentis, quod regium currum eius cum voce p̄reconia p̄currit. Qui credit in filium dei, habet vitam æternam: qui aut incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.

Gene. 47

[Quid est hoc? Omnes homines in Adam peccauerunt, & electi de paradiſo dei ad tenebras deuoluti sunt, & Aegyptij, id est, tenebroſi facti, ecce fame pereunt, ecce vita æterna panem non inuenierunt. Sed iam nūc iste dominat in tota terra Aegypti, & quod crediderit in illum, ipſe cibabitur pane vita & intellectus, & potabit aqua sapietia salutaris. Illi appetentur horrea paradiſi, quæ clausa erant gulosi homini propter morsum ligni vetiti, & de ligno vita comedens vitam æternam habebit. Qui ad illum non ierit, qui in illum non crediderit, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.] Ita p̄finitum est in triclinio trinitatis, ubi filius iste natus p̄ceptum obediēter accepit, ut fieret saluator mundi. Omnis terra nostra sterilitate percussa est, cuncta humani generis massa spinarum & tribulorum maledictione damnata est.

[Quid ergo comedemus nos omnes infelices Aegyptij? Quisquis nostrum, quisquis omnium filiorum Adam, non crediderit in hunc filium dei, non confessus fuerit eum salvatorem mundi, iuxta edictum magni patris, magni regis dei, qui illum in currum suum ascendere fecit, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.] Quæ ira dei?

Nemo salvatur, nisi in fide filij dei.

Illa vtiq; quæ super præuaricatorē patrē eius descēdit. Non enim ait, ira dei descendit super eum, sed ait, ira dei manet super eum. Olim namq; super oes hereditario iure descendit, & non est aliud nomē sub cælo datum hominibus, per quod possit amoueri, nisi iste solus & unicus filius dei. Qui ergo incredulus est huic, manet super illum ira dei, quia, ut dictum est, non nisi per istum potest amoueri.]

Ecclesiasticus. 18

[Hæc plane salutis aut vita conditio recēs non est: nā & Abraham pater noster secundum fidem, eodem pacto iustificatus est. Nisi enim in promissione seminis sui, quod est Christus, credidisset, quod in illo benedicerent oes gentes, nec iustus nec amicus dei appellatus fuisset, ac proinde saluus omnino non esset. Similiter & posteri eius eadem futuri fide seminis, & eiusdem fidei signo, quod erat circuncisio, de quo alias iam dictum est, salvi facti sunt.]

Ira dei manet super eum

[Quid enim si plurimi signum circuncisionis habentes causam eiusdem circuncisionis negicerunt? Non & nūc post oblitam circuncisionem, ex nobis, quod cruce Christi signamur, aliqui praeter solum Christi nomē sacramēto & omnium ignari sunt, aliqui & ipsum Christi filij dei nomē per gratias infantiam inuocare nesciunt, tamen, quia super eos inuocatum nomen eius in illa aetate morientes salvi sunt? Longe enim aliud est, doctum non esse, atque incredulum esse. Igitur vniuersaliter sentiamus dictum, id est, de vniuersitate hominum, antiquorum pariter & nouorum quicunque incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.]

Acto. 4.

[Hactenus arserit & luxerit lucerna haec, viarum domini præparatrix, nunc extingueda est homicida & adulteri Herodis sacrilegium, deo permittente, quæ videlicet lux eius praesenti tempore oportuna non est. Expedit enim, ut antequam Christus eiusmodi luce vbiq; publicetur, oculi Iudeorum obscurent, & in tenebris insana mente discurrentes offendant ad istum lapidem offensionis ad petram scandali, ut cōquassent & cōterant. Igitur & venerabilis & sponsi amicus secedat iam probatus & emeritus, ut hoc tempore spousus noster, deus noster, deus fit absconditus, & de illo tam sublimia nemo loquaf.]

Roma. 9

[Nec doleat, quod quasi indignus amoueatur a solueda corrugia calceamēto eius, id est, quod non pertingat ad opportunum tempus prædicandæ incarnationis eius. Nam & illi qui calceamēta eius in Iudæam extenderunt, id est, quod fidē incarnationis eius gentibus prædicauerunt, nati erant mulierum. Dixit autem vniuersali enunciatione ipse sponsus, cuius calceamenta portare desiderabat, quæ inter natos mulierum non surrexit maior Iohannes Baptista. Non ergo doleat, quod velut indignus repulsus sit: nam vbiq; calceamēta ista deportata fuerint, sanguis quoque eius de carcere & cōuiuio Herodis clamabit, & fidē Christi, atque testimonia castitatis magna voce p̄dicabit. Sequitur: Ut ergo cognovit Jesus, quæ audierunt pharisei, quæ Iesus cōplures discipulos facit & baptizat quod Iohannes, quanque Jesus non baptizaret sed discipuli eius, reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam.]

Galat. 3

[Facit prior ipse Jesus quod per habitaculum gratiae suæ Paulum dicturus nobis est, ut simus honore inuicem præuenientes. Nam quod diu lucerna haec de qua prædictum est, lucerna clarissima Iohannes ardere & lucere potuit, ut passi sunt filii tenebrarum, ut staret lucens super candelabrum suum, tanto illū honore dignum duxit hic dominus omnium, ut sicut ille non seipsum commendabat prædicatione sua, sed Christum, sic eccl̄a Christus Jesus, illo superstite, nusquam ponere in cōspectu populi magister sui cathedralē per publicæ prædicationis officium. Quod si facere volueris, magna vtiq; claritate sua fama illius citius obscurasset, sicut sole meridiano lucernæ fulgor exiguis operiri solet. Hoc oīno deuitans exēplos bonorum prouisor, nec hoc

Gene. 22.

facti sunt. Quid enim si plurimi signum circuncisionis habentes causam eiusdem circuncisionis negicerunt? Non & nūc post oblitam circuncisionem, ex nobis, quod cruce Christi signamur, aliqui praeter solum Christi nomē sacramēto & omnium ignari sunt, aliqui & ipsum Christi filij dei nomē per gratias infantiam inuocare nesciunt, tamen, quia super eos inuocatum nomen eius in illa aetate morientes salvi sunt? Longe enim aliud est, doctum non esse, atque incredulum esse. Igitur vniuersaliter sentiamus dictum, id est, de vniuersitate hominum, antiquorum pariter & nouorum quicunque incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.]

Roma. 4

[Hactenus arserit & luxerit lucerna haec, viarum domini præparatrix, nunc extingueda est homicida & adulteri Herodis sacrilegium, deo permittente, quæ videlicet lux eius praesenti tempore oportuna non est. Expedit enim, ut antequam Christus eiusmodi luce vbiq; publicetur, oculi Iudeorum obscurent, & in tenebris insana mente discurrentes offendant ad istum lapidem offensionis ad petram scandali, ut cōquassent & cōterant. Igitur & venerabilis & sponsi amicus secedat iam probatus & emeritus, ut hoc tempore spousus noster, deus noster, deus fit absconditus, & de illo tam sublimia nemo loquaf.]

Gene. 17.

[Nec doleat, quod quasi indignus amoueatur a solueda corrugia calceamēto eius, id est, quod non pertingat ad opportunum tempus prædicandæ incarnationis eius. Nam & illi qui calceamēta eius in Iudæam extenderunt, id est, quod fidē incarnationis eius gentibus prædicauerunt, nati erant mulierum. Dixit autem vniuersali enunciatione ipse sponsus, cuius calceamenta portare desiderabat, quæ inter natos mulierum non surrexit maior Iohannes Baptista. Non ergo doleat, quod velut indignus repulsus sit: nam vbiq; calceamēta ista deportata fuerint, sanguis quoque eius de carcere & cōuiuio Herodis clamabit, & fidē Christi, atque testimonia castitatis magna voce p̄dicabit. Sequitur: Ut ergo cognovit Jesus, quæ audierunt pharisei, quæ Iesus cōplures discipulos facit & baptizat quod Iohannes, quanque Jesus non baptizaret sed discipuli eius, reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam.]

Matth. 3

[Facit prior ipse Jesus quod per habitaculum gratiae suæ Paulum dicturus nobis est, ut simus honore inuicem præuenientes. Nam quod diu lucerna haec de qua prædictum est, lucerna clarissima Iohannes ardere & lucere potuit, ut passi sunt filii tenebrarum, ut staret lucens super candelabrum suum, tanto illū honore dignum duxit hic dominus omnium, ut sicut ille non seipsum commendabat prædicatione sua, sed Christum, sic eccl̄a Christus Jesus, illo superstite, nusquam ponere in cōspectu populi magister sui cathedralē per publicæ prædicationis officium. Quod si facere volueris, magna vtiq; claritate sua fama illius citius obscurasset, sicut sole meridiano lucernæ fulgor exiguis operiri solet. Hoc oīno deuitans exēplos bonorum prouisor, nec hoc

Psal. 59.

facti sunt. Quid enim si plurimi signum circuncisionis habentes causam eiusdem circuncisionis negicerunt? Non & nūc post oblitam circuncisionem, ex nobis, quod cruce Christi signamur, aliqui praeter solum Christi nomē sacramēto & omnium ignari sunt, aliqui & ipsum Christi filij dei nomē per gratias infantiam inuocare nesciunt, tamen, quia super eos inuocatum nomen eius in illa aetate morientes salvi sunt? Longe enim aliud est, doctum non esse, atque incredulum esse. Igitur vniuersaliter sentiamus dictum, id est, de vniuersitate hominum, antiquorum pariter & nouorum quicunque incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.]

Roma. 9

[Hactenus arserit & luxerit lucerna haec, viarum domini præparatrix, nunc extingueda est homicida & adulteri Herodis sacrilegium, deo permittente, quæ videlicet lux eius praesenti tempore oportuna non est. Expedit enim, ut antequam Christus eiusmodi luce vbiq; publicetur, oculi Iudeorum obscurent, & in tenebris insana mente discurrentes offendant ad istum lapidem offensionis ad petram scandali, ut cōquassent & cōterant. Igitur & venerabilis & sponsi amicus secedat iam probatus & emeritus, ut hoc tempore spousus noster, deus noster, deus fit absconditus, & de illo tam sublimia nemo loquaf.]

1. Petri. 2

[Nec doleat, quod quasi indignus amoueatur a solueda corrugia calceamēto eius, id est, quod non pertingat ad opportunum tempus prædicandæ incarnationis eius. Nam & illi qui calceamēta eius in Iudæam extenderunt, id est, quod fidē incarnationis eius gentibus prædicauerunt, nati erant mulierum. Dixit autem vniuersali enunciatione ipse sponsus, cuius calceamenta portare desiderabat, quæ inter natos mulierum non surrexit maior Iohannes Baptista. Non ergo doleat, quod velut indignus repulsus sit: nam vbiq; calceamēta ista deportata fuerint, sanguis quoque eius de carcere & cōuiuio Herodis clamabit, & fidē Christi, atque testimonia castitatis magna voce p̄dicabit. Sequitur: Ut ergo cognovit Jesus, quæ audierunt pharisei, quæ Iesus cōplures discipulos facit & baptizat quod Iohannes, quanque Jesus non baptizaret sed discipuli eius, reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam.]

Matth. 11

[Facit prior ipse Jesus quod per habitaculum gratiae suæ Paulum dicturus nobis est, ut simus honore inuicem præuenientes. Nam quod diu lucerna haec de qua prædictum est, lucerna clarissima Iohannes ardere & lucere potuit, ut passi sunt filii tenebrarum, ut staret lucens super candelabrum suum, tanto illū honore dignum duxit hic dominus omnium, ut sicut ille non seipsum commendabat prædicatione sua, sed Christum, sic eccl̄a Christus Jesus, illo superstite, nusquam ponere in cōspectu populi magister sui cathedralē per publicæ prædicationis officium. Quod si facere volueris, magna vtiq; claritate sua fama illius citius obscurasset, sicut sole meridiano lucernæ fulgor exiguis operiri solet. Hoc oīno deuitans exēplos bonorum prouisor, nec hoc

Psal. 59.

facti sunt. Quid enim si plurimi signum circuncisionis habentes causam eiusdem circuncisionis negicerunt? Non & nūc post oblitam circuncisionem, ex nobis, quod cruce Christi signamur, aliqui praeter solum Christi nomē sacramēto & omnium ignari sunt, aliqui & ipsum Christi filij dei nomē per gratias infantiam inuocare nesciunt, tamen, quia super eos inuocatum nomen eius in illa aetate morientes salvi sunt? Longe enim aliud est, doctum non esse, atque incredulum esse. Igitur vniuersaliter sentiamus dictum, id est, de vniuersitate hominum, antiquorum pariter & nouorum quicunque incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.]

Roma. 11

[Hactenus arserit & luxerit lucerna haec, viarum domini præparatrix, nunc extingueda est homicida & adulteri Herodis sacrilegium, deo permittente, quæ videlicet lux eius praesenti tempore oportuna non est. Expedit enim, ut antequam Christus eiusmodi luce vbiq; publicetur, oculi Iudeorum obscurent, & in tenebris insana mente discurrentes offendant ad istum lapidem offensionis ad petram scandali, ut cōquassent & cōterant. Igitur & venerabilis & sponsi amicus secedat iam probatus & emeritus, ut hoc tempore spousus noster, deus noster, deus fit absconditus, & de illo tam sublimia nemo loquaf.]

CAP. III.

[Facit prior ipse Jesus quod per habitaculum gratiae suæ Paulum dicturus nobis est, ut simus honore inuicem præuenientes. Nam quod diu lucerna haec de qua prædictum est, lucerna clarissima Iohannes ardere & lucere potuit, ut passi sunt filii tenebrarum, ut staret lucens super candelabrum suum, tanto illū honore dignum duxit hic dominus omnium, ut sicut ille non seipsum commendabat prædicatione sua, sed Christum, sic eccl̄a Christus Jesus, illo superstite, nusquam ponere in cōspectu populi magister sui cathedralē per publicæ prædicationis officium. Quod si facere volueris, magna vtiq; claritate sua fama illius citius obscurasset, sicut sole meridiano lucernæ fulgor exiguis operiri solet. Hoc oīno deuitans exēplos bonorum prouisor, nec hoc

Roma. 12

facti sunt. Quid enim si plurimi signum circuncisionis habentes causam eiusdem circuncisionis negicerunt? Non & nūc post oblitam circuncisionem, ex nobis, quod cruce Christi signamur, aliqui praeter solum Christi nomē sacramēto & omnium ignari sunt, aliqui & ipsum Christi filij dei nomē per gratias infantiam inuocare nesciunt, tamen, quia super eos inuocatum nomen eius in illa aetate morientes salvi sunt? Longe enim aliud est, doctum non esse, atque incredulum esse. Igitur vniuersaliter sentiamus dictum, id est, de vniuersitate hominum, antiquorum pariter & nouorum quicunque incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.]

Iohann. 3

LXXVI. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

saltē passus est, vt propter id, q̄ sui q̄q; discipuli baptizabāt, quæstiones augescerent, q̄ iam, vt supra dictū est, fieri cōperāt, sed loco & tēpore cedere dignatus est, vt debito cū honore Baptista suus, ad consummationē cursus sui perueniret. Hoc est quod Euāgeliſta nūc refert. Vt ergo cognouit Iesuſ, quia audierūt pharisei, q̄ Iesuſ plures discipulos facit & baptizat, quam Iohānes, quanq; Iesuſ nō baptizaret sed discipuli eius, reliquit ludā, & abiit ite in Galilæam. ¶ Qui oīa nouit antequā fiant, tunc primum istud cognouisse dicit, quādo quæſtio, quæ p̄dicta est, ex discipulis Iohānis cū Iudæis facta est. Et recte tūc cognouisse dicit, quādo iam alijs cognoscētibus palam fieri debebat, qd falsis inuidiōq; laudibus nō delectaretur, videlicet eadē iudicij sui maturitate, qua dæmonū testimonia clamātiū, scimus q̄ a sanctus dei es, q̄ a filius dei tu es, audire de dignabat. ¶ Hoc em̄ quod Iesuſ baptizaret, & plures q̄ Iohannes discipulos faceret, audierūt pharisei nō habētes aures audiendi, sed omnino surdi ad audiendum verbū dei, & cæci ad vidēdam rectitudinē consiliū diuini, Ipsi nāq; vt superius dictū est, spreuerunt cōſilium dei, nō baptizati baptismo Iohannis. Excepcauit illos malitia ipsorum, & nescierunt sacramēta dei. Hoc isti tales audierūt, qd Iesuſ baptizaret, malitia ſa vi tūc inuidia, qd discipuli baptizabāt in magistrū referētes. Nō em̄ Iesuſ baptizabat, sed discipuli eius. Quod baptizabat discipuli eius, hoc satis erat occaſionē detrahēdi cōtra magistrū p̄pere festinātibus. Diccebant ergo: Ecce duos baptiſtas habemus. Nunq d vterq Christus est? Credibilis est, quia neuter. Quid ergo est, niſi erraticus fauor in docti popelli, q̄ prius Iohannē Christū esse nobis ſuſurravit, nesciētibus & nunc eūdē faciata curiositate fastidiēs, iſtū nouū cōſtitutur eadem temeritate vel incertitudine iudicij? Videte nūc quā contentioſe agant iſi duo viri, vt cōtra ſe inuicē nomina ſua magnificēt in populis. Vt illoq; pertinacius apud turbam iſtam maledictam, quæ nō nouit legē, nomē Christi obtinebit? Vt cognouit Iesuſ, inq; Euāgelistā, quia hoc, qd ſupra dictū est, audierunt pharisei, reliquit ludā & abiit ite in Galilæam, non qdem timēs illoq; malitiā, ſed ſuo ſecundū hominē priori cædens, & tempus ſuum, qd illo adhuc p̄dīcātē nondum aduenerat, decēter expeſtans. ¶ Itē, inquit, abiit in Galilæam, ſignātē addidit ite, quia videlicet dudum illuc abierat, poſtq; baptizatum à Iohāne ſpūs expulerat in dēſertū, tunc ſcilicet quādo inuenit Philippū, & in Chana Galilæa aquas conuertit in vinū, vt intelligas illū eius reditū in Galilæam, à quo cæteri Euāgelistæ incipiunt, nō primū ſed alterum eſte poſt eius baptiſtum. ¶ Hunc eius reditū diligenti cōtemplemur intuitu, quia totus figuratiuſis eſt, & illius aquæ riuum, de quo dixerat in Iudæa, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpū ſanctō nō potest introire in regnū dei, illius viuæ aquæ flumē, quæ de tēplo ſuo egressura eſt, vbi Iudæoq; ſacrilegio ſoluereſt, ſicut ibidem tūc dixerat illis, ſolute templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quo p̄ducturus, quo eius alueū deflexurus ſit, in his, quæ preſens lectio cōmemorat, dictis & factis ſuis myſtice p̄pingit, duſtore & viaq; eius diſpoſitore diſtore dei. Quod Euāgelistā ſic incipit: Oportebat aut̄ eum tranſire per Samariam. ¶ Quam ob cauſam illam utiq; quæ longe inferius poſt hūc eius tranſitū hiſ verbiſ ſubiecta eſt: I pſe em̄ Iesuſ teſtimoniū perhibuit, q̄a propheta in patria ſua honorē nō habet. ¶ Ergo vt veſcō cōprobaret hoc teſtimoniū ſuū, id eſt, nō aliam ob cauſam ſe apud Iudæoſ honorem non habere, niſi q̄a patria ſua, cōtribules ſui Iudæi erāt, & p̄ inuidia notum hoīiem contēnebant, ſimulq; hoc ex oppoſito, id eſt, ex eo quod in patria non ſua diuinum honorē habiturus erat, alia conuinceret nō ſubeffe cauſam niſi cōmune malum ſuperboq; inuidiā, oportebat eū tranſire p̄ Samariā. Hoc oportebat, hoc proposito vel cōſilio diuinitatis eius cōgruebat, vt p̄ illos alienigenas iter faceret, & illud qd de nobis q̄ alieni à deo & hospites teſtamētoq; eramus, confiliū habebat, p̄figuraret. ¶ Samaritanū nāq; à Iudæis inter alienigenas reputabāt ſamaritanis Iudæi nō coutebāt ut longa retro ſeries, duplex cauſa diſſenſionis eſt: Prima, q̄a p̄ manū Hieroboam de cē tribus à Iuda & à domo Dauid reſiſteſſe fuerāt, & relictō templo dñi, qd Solomon in Hierusalē extruērāt, vitulos aureos, q̄s fecerat Hieroboam, pro deo coluerant, videlicet iſtinctu regis ſui, metuentis, ne ſi iuxta legē ter in anno Hierosolymā aſcēderet, vt in cōſpectu domini dei ſui apparerent, ſolicitatī à fratribus ſuis filiis Iuda & Beniamin ab illo recederent. ¶ Alia cauſa eſt, q̄a cū eadē de cē tribus captiuas ſet Salmanazar & cū reliquijs illarū de diuerſis gētibus collectos incolas habitare feciſſet, vnaquæq; gēs fabricata eſt deū ſuū, & ita cōmixta cū gētibus reliquiæ, Israel inimicis ſuis Iudæis maiore cōtemptus materiā dederāt, vt merito viderent cōtēptibiles. Sed hoc eſt propositū diuinitatis, vt Iudæis, q̄ ſacrosanctū corporis eius tēplū ſoluturi erāt, vt ſupradictū eſt, propter pſidiā reliſtiſ, ſalus ad alienigenas trāſiret. ¶ Bene ergo oportebat, relinquentē Iudæa tranſire p̄ Samariā. Faſtis em̄ prius loqui volebat, qd poſtea dictis firmaturus eſt. Dicturus quippe, eūtes doceſtē oēs gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpū ſancti, iam nūc eandem doctrinā

muliē Samaritanæ à se petēdam esse innuit, sub nomine aquæ in vitâ æternâ salientis. Præsentis ergo lectionis mysteria, nobis aduenis ḡetibus desiderabilia super aquæ & lapi-
dem pretiosum multū, & dulciora super mel & fauū, enucleare conemur, ipso adiuuante
cuius intimam sùb cortice literæ gratiam veneramur. ¶ Venit ergo in ciuitatem, quæ di-
citur Sychar, iuxta prædiū quod dedit Iacob Ioseph filio suo. ¶ Sychar ipsa est Sychem
sed vitoſe, vt Sychar legeret error inoleuit, vrbs Samaritanæ, q̄ nunc Neapolis dicit.
Samaria q̄ ppe ciuitas regalis erat, q̄ nunc Sebaste nuncupat, sed & om̄is regio quæ cir-
ca eam fuit, à ciuitate quondā nomē accepat. ¶ Illic videlicet in Sychem, dedit Iacob p-
dium Ioseph filio suo, q̄m moriens in Aegypto dixit ei: Dabo tibi partē vnā extra fratres
tuos, quā tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. Dicendo se eā in arcu & gladio
possidisse, arcū & gladiū iustitiam vocavit, per quā meruit peregrinus & aduena, interfe-
cto Sychen & Emor propter Dinæ suæ raptū, de periculo liberari. Timuit em̄ (vt in hi-
storia leḡ) ne vicina oppida & castella, ob euersionē fœderatæ vrbis aduersus se cōsur-
gerent, & dñs nō dedit eis vt nocerēt illi. Vel certe sic intelligendū: Dabo tibi partē vnā,
quā emi in fortitudine mea, hoc est in pecunia, quam multo labore & sudore acquisiui.
Quod aut̄ ait, extra fratres tuos, ostēdit absq; sorte dedisse eā tribui Ioseph. Siqdē eodē
loco sepultus est Ioseph, & Mausolæū eius ibi hodie cernit. Luxta p̄dium illud venit dñs
Iesus. ¶ Erat aut̄ ibi fons Iacob. ¶ Fons iste, cū pro raritate fontiū vi iugis aquæ, cuius in
illa terra plerisq; locis p̄ter cisternas penuria est: itum pro dignitate vel memoria tāti pa-
triarchæ insignis & notus erat, p̄sertim vbi inflabatur alter aduersus alter, scilicet Iude⁹
aduersus Samaritanū, & Iudæo de ciuitate Dauid, tēploq; Solomonis gloriante, Samari-
tanus de priori patriarchæ māſionibus, q̄ illis in locis habitauerat, seſe defendens an-
helantē solabatur in opia. ¶ Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat hic super fontē. Hora
erat quasi sexta. ¶ Hic iam mysteria quārēda sunt. Nam quomodo hic in fonte subiecto
reducet solis imago, sic ista dñi Iesu fatigatio vel sessio, fatigationē sessionēq; alterā spe-
ctat, quā ipse in arcano diuinitatis suæ meditabat cōſilio. ¶ Quā ergo fatigationem sui
meditabatur? Iudæis dixerat superius: Soluite templū hoc, & ego in tribus diebus exci-
tabo illud. Hoc aut̄ dicebat de templo corporis sui. Hoc vtiq; futurum erat, & hoc illis fa-
cientibus, Iesus ipse ex itinere hūanitatis suæ, vera passione, veris doloribus, & vera mor-
te erat fatigādus. ¶ Deinde ascēso cōelo venturus erat ad prædiū, qđ dedit Iacob Ioseph
filio suo, extra fratres suos, i.e. relictis Iudeis vēturus erat ad gētes, quas deus p̄ in hæredi-
tatem daret sibi vero Ioseph, cui⁹ typū noie & actibus gesit filius ille accrescēs Ioseph.
¶ Ad illā hæreditatē suā vēturus erat dei filius, & post acerbā mortis fatigationem, sedē-
do in magna requie ad dexterā patris sessurus erat, & sup huius hæreditatis suæ puteum,
id est, exuperatus vniuersum hūanæ cupiditatis vel philosophicæ sapiētiae profundū.
Nam vbi qđ stultum est dei sapiētius, esse hominibus cōprobauit, & p̄ stultitiam crucis fa-
pientes mūdi confudit & subiugauit, hominūq; cupiditates timore suo repressit, qđ aliud
quā sup puteū sedet? Bene ergo postq; Iudæis de tēplo suo electis, dixit: Soluite templū
hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud, relinquēs Iudæā, super Samaritanæ sedit pu-
teum. Quia postq; illos de domo & regno dei expulit, q̄ sceleratissime soluerunt templū
corporis sui, & in agone mortis dicenti: Sitio, potū obtulerunt fellis & aceti, relinquēs il-
lis desertam domum suam, venit vt biberet fidem & salutem gentium, & daret illis a-
quam viuam, quam egredientem de templo corporis sui soluto, Iudæi ad se venire pas-
si non sunt. ¶ Cum aut̄ sic sedet Iesus, hora sexta est, quia videlicet nūc, dum ipse dñs om-
nium, ad dexterā patris residēs regnat sexta mundi voluitur ætas. Sequitur: ¶ Venit mu-
lier Samaritana haurire aquā. ¶ Hoc profecto sitiens & arida gentilitas faciebat. Curre-
bat certatim ad illam inanem philosophog; huius mūdi disciplinā, vt vel secundū Sto-
icos curiositatē, vel secūdum Epicureos, omnē expleret cupiditatē, sperans in illis esse
venam aquæ viuentium, id est, in scholis illorum prædicari veræ & summæ beatitudinis
viam. Quid em̄ Socratis vel Platonis academiam, cāterorumq; sectas diuersas philoso-
phorum, nisi pureos viuentium esse putabat aquarum? Veniens ergo mulier Samaritana
haurire aquā, tandem aliquādo inuenit dominū sedētem super puteum, q̄a philosophos
suos diu mirata gentilicas, tandem aliquādo reluctantem per Apostolos suos audiuit dei
sapientiam Christū. ¶ Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli aut̄ eius abierūt in ciuita-
tem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum
fis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non em̄ coutuntur Iudæi Samarita-
nis. ¶ Non mulier Iesum, sed mulierē Iesu prior alloquitur, & dū ab illa bibere poscit,
non se illam, vel vllū hoīem cōmūnē, aut immundū estimare profitef, cū vtiq; & ipse cau-
sam eandem ignorare nō posset, propter quā mulier mirata est, quā & Euāgelista subne-
ctens: Non em̄ inquit coutuntur Iudæi Samaritanis. In quo parua quidem dignationis

LXXVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

eius scintilla prælucet, sed eius indicio gratia eius immensitas, quæ postmodum in cunctis ḡetibus eadē dignatione diffusa est, p̄signata est. Nā quomodo tūc mulierem illā affatu suo præuenit, quæ nullā colloquij vel alicuius cōmunionis copiā haberet in omniū gentium cōtempitoribus Iudæis, & illā prior obsecrare dignatus est, q̄ sine eius ope nō solum aquam bibere, sed & totū puteū poterat in vinū conuertere: sic omnium ḡetium merita, misericordia eius præuenit, quæ aliena & immūdæ reputabātur ab illo peculiari populo dei nimiū de suis vel patrū suorū p̄sumente meritis, & obsecrare dignatus est, vt cōmunicaret sibi, maxime dicēte Apostolo, q̄ legatione fungebatur pro illo: Obsecramus pro Ch̄o, recōciliamini deo. Quā recōciliationē, dū ab ecclesia de ḡetibus vtronea vel gratuitā legatiōe petiuit, profecto ab illo bibere poposcit, q̄a salutē eius fitiēs, totis viscerib⁹ charitatis illā reuera in magna fiti attraxit. Quod audiētes, illæ scilicet ḡetes, plus q̄ ista mulier, admiratiōe & gaudio repletæ sunt: sicut in Actibus apostolorū scriptū est, q̄a cum legissent apostolos epistolā, gauisæ sunt sup cōsolatione, scilicet, qđ saluari possent absq̄ circūcisione c̄terisq̄ opibus legis, sola Christi fide. ¶ Nec illud vacat à mysterio, qđ discipuli eius abierant, de q̄bus & dicit: q̄a abierūt in ciuitatē, vt cibos emerēt, & solus saluator cū sola peccatrice & alienigena locutus est. Quādo em̄ gentes primū allocuta est gratia Christi, quando angelum suum ad Cornelium misit, apostoli Christi aberāt, neq̄ cū hominibus eiusmodi quicquam de verbo salutis locuti fuerāt: sed extraneos illos arbitrii, solos filios regni, scilicet Iudæos sibi incorporare volētes, quasi circuibant ciuitatē, iuxta Psalmistā: Dispersi ad māducandū, & q̄a nō erāt saturati, & murmurabāt. Igitur cū illa mulier admirata dixisset: q̄uo tu Iudæus cū sis, poscis à me bibere, q̄sum mulier Samaritana: Respōdit ergo Iesus & dicit ei: Si scires donū dei, & q̄s est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & de disset tibi aquam viuam. ¶ Pulchre diuina sapientia humana facundia dignat nunc vti elegātia, dum ab aqua visibili, cuius ad petitionem se inclinauerat latens in carne maiestas, metaphorā faciēs mulieris mentem paulatim subleuando, ad petendā sancti sp̄us gratiā leni introductione inuitat. Si scires, inqt, donū dei, & quis est q̄ dicit tibi, da mihi bibere. ¶ Notāda diligēter series tenorib⁹ verborū. Nō ait, si scires deū, nō solū quippe Samaritani, sed & pleriq̄ gentiliū scire poterāt, vñū eē cretorem deū. Sed ait: Si scires donū dei, qđ profecto nō est aliud q̄ sp̄us sancti, donū patris & filii, quē ante redēptoris adūetum miser iste mundus nō cognouit. ¶ Itē non ait, si scires quis dicit tibi, da mihi bibere: quod vtiq; illa scire visu & auditu poterat, eūq; sedentem sup puteū pretēto digito Samaritanis cōciuibus suis demonstrare, sed ait: si scires q̄s est qui dicit tibi, id est, qualis essentia eius est, quātū à c̄teris mortalibus differt: q̄a nō filius hominis tantū, sed & filius dei est, nō homo tantū, sed & deus est. Et est sensus: Si scires patrē & filium & sp̄m sanctum, si audisses nominis eius euāgelium, tu forsitan crederes in eū, & peteres ab eo donū dei, scilicet aquā viuā, id est, baptizareris, vt p̄ gratiā sancti sp̄us acciperes remissionē peccatorū. Iam em̄ patrē deū pleriq; vtcūq; sciebant, ipsum aut q̄ nunc h̄ec loquebāt, dei filium & sp̄m sanctū nesciebāt. ¶ Quod in exprobationē Iudæorū dictū est, à q̄bus nunc reuersus fuerat, quosq; incredulos sciens de tēplo eiecerat, futu⁹ p̄fignās, q̄ illis eiectis alienigenas p̄ aquā & sp̄us sancti regenerationē introduceret in regnū dei, qđ postmodū euidēter Nicodemo dixit. Et est huic simile, qđ Iudaicis ciuitatibus exprobās, dicit: Si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes quæ in vobis factæ sunt, olim in cinere & cilicio p̄cēnitētiā egissent. Quod em̄ de hac Samaritana muliere veritas protestat, de idololatria vniuersaliter sentieneū est ḡetibus, q̄ vbi euāgelica p̄dictiōe audire & scire meruerūt donū dei, & eū, qui in apostolis suis loquebatur eis, Christū filiū dei, p̄cēnitētiā egerūt, & à saluatore Christo donū dei, viuā aquā, scilicet sp̄m remissionis peccatorū petierūt, & in noīe trinitatis baptizati sunt, sicq; vna de omnibus ḡetibus ecclesia facta est, cuius h̄ec mulier typū gerebat, & cui in persona illius veritas testimoniū phibebat, qđ nō p̄ malitiā, vt p̄fida synagoga, sed p̄ ignoratiā peccauerat. At illa mulier, adhuc circa nomē aquā, quā haurire venerat, carnali sensu oberrās. L. Dicit ei: Dñe, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquā viuam? Nunqđ tu maior es patre nostro Iacob, q̄ dedit nobis puteū & bilit ipse ex eo, & fili⁹ ius, & pecora eius. ¶ Errabat em̄ mulier h̄ec in vocabulo aquā viuā, nesciēs riūū iugiter fluentē aquā inuisibilis, & indeficiētē gratiā sp̄u sancti, aquā viuam & qui uoca appellatione nūcupari. ¶ Sed libet iam huius obiectionē Iudæorū obiectionibus cōferre. Superius, cū illis signa p̄tētibus, dixisset quiddā, quod intellectibus eorū videretur impossibile, soluite, inquiens, templū hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud: illi irreuerēter ob̄iectantes, xl. & vi. inquiunt, annis ædificatū est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud: Tu autem, inquiunt, homo contemptibilis; dicēdo em̄ tu, superbiā & contem̄ptum exprimunt: homo ergo contemptibilis & crucifigendæ, tu in tribus diebus excita-

bis illud: ¶ Hæc autem non hostili irrisione, sed amica punctione, reuerenti compella- Huius ob-
tione premissa: Dñe (inquit) neque in quo haurias, habes, & puteus altus est. Nisi humilem p-
fectio mus-
misisset vocem, dñm eum compellans, putaremus forte, quod tanquam homini alieno, ut potè lu-
lieris Sam-
dæo, vasculum suum cōmodatura non esset ad hauriendum aquam. Nunc autem palam est, quod ritanæ
nō ipa Iudæum continebat, sed à Iudæo contemni metuebat, quod videlicet Iudæi potius
evidenter superbiendi materiam habentes, nec vasculis Samaritanorum ut dignabantur. Samari-
tanæ vero conscientia morem gerentes, & si interdum animosa cōtentione seipso consolabani-
tur, satis illis esset non contenebit, & ab eorum, qui in se confidebant tanquam Israelitæ veri, com-
munione non repellere. Rursus illa Samaritana mulier illi Iudæo, scilicet domino nostro, nullum aliud
vasculum, præter suum, præsto adesse videns: Dñe (inquit) neque in quo haurias, habes, &
puteus altus est: ita tanta, scilicet altitudine, quantam manu tua attingere non præualeat. Altus quoque
est quadraginta cubitis, ab ipso latere hominis usque ad summum digitorum extensis. Nō
ne ergo longius est à salute superbæ Iudæorum, quam humilis conscientia Samaritanorum? Hic & illic præses iustitiae veritas, in templo corporis sui residens, verborumque ac rerum cau-
sas in statera appendens, unam aquam de eodem templo corporis sui profluentem, Iudæis non creditam, Samaritanis propinare venit, imo cunctæ de gentibus ecclesiæ, quam (ut sa-
pe iam dictum est) hæc mulier Samaritana p̄figurauit. ¶ Quod illa nondum intelligens, &
à salvatore, quem non cognoscebat, ipsam Samaritanorum aquam Iudaico fastu despici-
existimans: Unde ergo (inquit) habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro
Iacob, qui dedit nobis puteum, & bibit ex eo ipse, & filii eius, & pecora eius? Ac si dicat: Nū
quid qualiscumque Iudæus, quātuscumque Hierosolymitanus maiore, mundior, aut religiosior
est patre nostro Iacob? Non. At ille nobis hunc puteum, ille (inquam) nō qui uis alienige-
na, sed pater noster tam magnus, tam sanctus, tam mundus, & deo charus, hunc nobis de- Deuter. 33
Gene. 49
dit puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius. Unde ergo tu, vel quicunque Iudæus
habes aquam, quam in cōtemptu huius aquæ, velut mortua, aut immunda appellat aquam
viam, aut mundam? ¶ Norandū, quod nō ait, quod fudit, sed quod dedit nobis puteum, quod videli-
cet nō legit Iacob illic fodiisse puteum, sed tamen emissæ partæ agri à filiis Emor præsis Sychen
quod prædiuum ex veritate veteris historiæ Euangelista refert (ut supra dictum est) Iacob de- Gene. 22
disse filio suo Ioseph, subiungens de hoc puteo, erat autem ibi fons Iacob. Omnis enim puteus
fons, quod nō ecouerso ois fons puteus sit. Et quidem Abraham & Isaac certis locis puteos fo-
disse legunt, quos etiam plerosque Palestini inuidentibus obstruxisse, & pro quibusdam tamen
contendisse referunt. Hunc autem puteum, de quo cum Samaritana muliere tanta salua-
toris collatio est, nec Iacob, nec patriarchæ quisquam fodiisse memorat. Recte ergo nō
dixit: qui fudit, sed qui dedit nobis puteum, fortassis cum ipso prædio pariter à filiis Emor
coemptum, sufficere existimans ad huius aquæ defensionem, quod ille tantus patriarcha bibe-
rit, & filii eius, & pecora eius. ¶ Ad hæc dominus noster mulieris tarditati condescendens, qui
nouerat se indoctiæ magisterium suscepisse animamque, generalem propositionem aquæ vi-
uæ, cuius nullas esse differentias, aut species illa uidere poterat, ipsam aquam viuam, quam
se posse dare dixerat, & illam, quam solam mulier ista nouerat, proprijs differentijs hoc
modo determinat. Lormis qui biberit ex aqua hac, fitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua
quam ego dabo ei non fitiet in æternum. Hæc namque differentia, iterum fitire, & in æter-
num non fitire, econtrario modo à seiniuicem discrepant: velut omnem fitim extingue-
re, & nullam fitim extingere. Quos effectus contrarios in his dñi nostri dictis aduertere Sitim extis-
promptum est. ¶ Nam aqua eiusmodi, quam hæc mulier haurire venerat, scilicet aqua elemē guere
taris, nullam omnino fitim extinguit: quod qui biberit ex ea, solo corpe refocillato, cum ite-
rum fitiat, inopiam naturæ nō se tamen explicuisse satis eidem indicat. Aqua autem illa, quam tamen expleuissit
Iesus dat, corgis & animæ fitim æternam funditus extinguit, ut apud inferos non fitiat
ardens, aut ardeat fitiæ, sed eodem, qui hæc loquit, agno duce pergit ad vitæ fontes aquæ, Apoc. 7
& æternæ beatitudinis haustu, cunctam corporis & animæ purgans inopiam, non deficiat Eliae, 18
omni bono in æternum. Unde subdit: Sed aqua quam ego dabo ei, fitiet in eo fons aquæ
salientis in vitam æternam. Quæ est enim hæc aqua viua, nisi illa, quæ (ut supra dictum est) in Descriptio
baptismo Christi percipit spiritus sancti gratias? Aqua hæc spiritus sanctus est, aqua hæc de aquæ viuæ
us est. Aqua hæc in corde dei patris fons vitæ est, in ore dei filij, gratia & pacis flumen est in
beatiss angelis torrens gloria est, in electis hoīibus inundatio vitæ est. Quæ à quoque bibi-
ta fuerit, ad matricem suam, æternæ diuinitatis abyssum, resilit, inferno profundior, terra
longior, mari latior, & celo altior. Illuc (inquam) resilit, inde venit, pariterque bibetis ani-
mam etiæ si in infernum descendere, saliendo in vitæ æternæ sustollit: ubi non esuriat, neque fi-
tiat, & nō percutiat eam æstus & sol. Et anteque illuc saliat, fons in bibente fit, & per finum cor- Canti. 4
dis riuos sapientia & sciæ diffundens, animæque totum alueum implens, & paulatim in verbo
vitæ premeat oris prorumpens, hortos vicinos arcasque longe positas afflatim irrigat, talis-

Felix eccl
sia ex gen
tibus cōtra
incredulos
Iudeos
Matth; 12
Iohā; 3

Psal. 117

Clemēs me
dicus Chrs

Ecclesia ex
gētib⁹ olim
fornicaria,

Confessio
mulieris

Prophetia
etiam de p
teritis est

que anima meretur audire, Fons hortorū, putes aquarū viuentium. Recte ergo qui biberit (inquit) ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquarū salientis in vitam æternam. LDicit ad eum mulier: Dñe da mihi hanc aquam, vt non sitiā, neq; veniam huc haurire. Beata mulier hæc alienigena, imo beata ecclesia de alienigenis collecta, cuius hæc typum gestat, merito surrectura in iudicio cū generatiōe mala & adultera, vt condēnet eā: Si (inquit) terrena dixi vobis, & non credidistis, qū si dixerim vobis cœlestia creditis? Terreni templi, terrenæ & dificationis similitudine usus, dixerat. Soluite templū hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud, & illi terrena quæ sola in his verbis intellexerunt, eū posse fare non crediderunt. Quomodo credidissent, si cœlestia dixisset, si se cœlestē vitam dare posse, si se illos ita potare posse dixisset, vt in vitam æternam salirent? Sed hæc mulier credidit, & cōfessa est, & nō negavit. Dixit enim mulier hæc, dicit & nunc mulier magna per totum orbem dilatata, anhelans & sitiens, sitiens & clamans: Dñe, da mihi hanc aquam. Credidit ergo, propter qđ & sic loquit, ac proinde generatio illa iure (vt prædictum est) huius comparatiōe cōdemnatur. Quid tandem restat? Quare tantum bonum differtur? Qui bonum tam optabile petēdum à se dixit nō rogatus, postulanti simpliciter quare nō cōfestim largitur? Audi qđ sequit: LDicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum. Respōdit ei mulier: Non habeo virum. LEcce quomō mulierem peccatrixē, quam sciebat nō habere virū, quam nouerat legitimū nō inisse cōiugium, reuocat ad cor suum, vt videat in testimonio conscientiae suæ quid factō opus sit, quatenus illud donum dei mereat accipere. Poterat dicere: Nisi p̄cniām egeris, & peccata tua confessā fueris, qā peccatrix es, & sic, & sic egisti, nisi (inquam) p̄cniām egeris, ego hanc aquam nō dabo tibi, qnia videlicet nō nisi penitentibus, & peccata sua cōfidentibus, & eadem relinquentibus, hæc sancti sp̄i ḡra, hoc donum dei tribuit. Hoc dominus dicere poterat, sed v̄sa est arte sua nostræ salutis opifex dei sapia, quatenus nec illam molesta verecundia pulsaret, & tamē necessariā saluti eius peccatorū cōfessionem eliceret. LVade (inqt) voca virum tuum, & veni huc. LQuid illa repudaret, nisi ad hoc virum suum debere vocari, ne mulier sine viro suo tanq; vitæ facultatem p̄ciperet, & hoc à tantæ rei largitore recte p̄sari, q̄ vir tanti doni particeps esse deberet, cū quo mulier vnum corpus esset. Et qđem protinus cucurisset, si haberet quē virū suūle gitime profiteri posset. Sed qđ faceret quæ virum nō habebat, nec tamē virgo nec vidua erat. Qūo iam dignam nō timeret repulsam, quæ tali cōmonitiōe cogebat agnoscere se mulierē nō legitime nuptam. Stetit ergo suam agnoscens indignitatē, & cōfessa est dices: Non habeo virum. Sufficit ista confessiōis inchoatio vocanti misericordia. Non expectauit, aut exegit vt totū diceret, sed clementiæ manum porrigit, p̄pcit pudori, subuenit cōscientiæ fluctuantī. Nam sequit: LDicit ei Iesus: Bene dixisti, qā nō habeo virum. Quinq; em̄ viros habuisti, & nunc quem habes nō est tuus vir. Hoc vere dixisti. LHoc illa mulier bene intellexit, qā vere dixit, bene & vere nunc quoq; ecclesia dicit, qā quemadmodū illa quinq; viris abusa fuerat, & nunc virū nō habens, aliquem tamē habebat, quē virum suūm nominare nō poterat. ¶Sic ecclesia quōdam cum gētīlis esset, qnq; sensibus corporis luxuriata, in omni cōcupiscētia carnis & oculorū, quæ in mundo est, tandem ad hoc deuoluta fuerat, vt p̄ viro suo legitimo, pro factore & amatore aiagē deo, diabolū recipere & in ligno & lapide fornicās cū illo q̄ non erat suus vir, sed naturæ suę hostis, nō amator, sed interemtor, nō sponsus amoris, sed author mortis: homicida non medicus: diabolus, non deus. Hoc (inquam) vere dixit, hoc dicēdo veritatē locuta est, sicq; semerūpam in principiō: accusans, abluta lauacro, & viuam aquam in poculum salutis adepta est. Iḡit magister & dominus, hoc exemplo discipulis suis, huius aquarū viuæ ministris, imitandus, competenti arte ab ea, quæ viuam aquam postulabat, cōfessionē peccatorū exegit, eamq; ad cōscientiam suam reuocauit, dicendo: Voca virum tuū, & veni huc. ¶Quæ protinus peccata illa nō abscondit, cōfessa est, nec defendit. Nam q̄ veraciter eadem narranti consentiat, q̄ humili conscientia veritati concedat, respōdendo manifestat. LDomine, vt video propheta es tu. LQuid enim amplius est dicere, verum est, quinq; viros ego habui, aut dicere, dñe, vt video propheta es tu. Deniq; in hoc palam est, quam non inuita fateatur, q̄ inspectatorem conscientiæ suæ, domini & prophetæ honorat nomine, nullam aliam ob causam vel experimentum, nisi q̄ scdm̄ pronūtiatiōis eius veritatē, peccatrixē se agnoscet eē. Vna eademq; r̄fōrē & de se cōfessa est qđ erat, & de illo quod eum esse intelligere poterat. Minus qđem & longe minus q̄ ille est confessā, sed cōfendo quantum perceperat, dignam se fecit cui crederet Iesus totum qđ erat. ¶Hoc interim p̄tereundū nō est, nō tm̄ futuroq; p̄scientiam, sed & p̄teritorū, ac p̄sentiū oculorū reuelationem recte solere appellari prophetiam. Mulier ista dominum nihil de futuris prædicētem audierat, sed tantū de p̄teritis ac p̄äsentibus occultis cordis sui vera dicere illum sentiēs, prophetam esse pronuntiabat. Adeo cōsuetum erat iam tūc, occultorū reuelationē prophetiā nuncupari.

imo

Imo vero cum istae tres prophetiae partes sint, i.e. de praeteritis, de presentibus, & de futuris, ea plurimum valet ad cōprobationē prophetici spūs, qua präsentialiter quis ita conuenit, ut occulta cordis eius manifestenf. Tunc euim dubitatio homini nulla relinquitur, quia in prophetante solus deus loquaf, præter quem corda hominum puidere nemo potest alius. Quod Apostolus commēdans ait: Si omnes prophetent, intret autē quis infidelis vel idiora cōuincit ab omnibus, dijudicat ab oībus, occulta cordis eius manifesta sunt, & ita cadens in faciem adorat deum, pronuntians q̄ verē deus sit in vobis. Ita plane mulier hāc, vbi foris audiuīt ab homine, qđ de seip̄a nouerat intus, secure pronūtiabat, q̄ vere in hoīe illo eset deus, & indubitate dixit: Dñe, vt video, propheta es tu. ¶ Deinde sciens & hoc, q̄a prophetæ p̄ figurās & tropologias loqui cōsueuissent, carnalem amouit intellectum ab eius dictis, nec eo sensu quo prius, ultra viuam aquam ab illo petiuit, potius doctrinam veritatis ab eo querere intendit, tanq̄ à propheta, tanq̄ ab eo, q̄ nō de corde suo loquendo, cōtentioib⁹ inaniter efferret, sed p̄ quem (sicut experimēto didicerat) loqueretur deus. Nam p̄ter fitim corporis, ob quam veniebat haurire aquam, habebat quādam aliam fitim, s. fitim audiēdi verbum dei, quam optime nouerat ip̄e adaquutor mētum, q̄ loquebat ei. Nungd enim sola peccata eius nouerat, & desiderium animæ eius, docilem̄ humilitatē cordis eius nō nouerat: Ut quid ergo dixerat ei? Si scires donū dei, & quis est q̄ tibi loquit, tu forsan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam? ¶ Nunq̄ dīn incerto locutus est: An q̄a dixit forsan petiſſes, dubitasse putādus est? Nō vtiq̄ in sermōe omnia scientis, vniuersa videntis, forsan dubitantis significat incertitudinē, sed affirmātis admirationē, sicut & illi: Si crederetis (inquit) Moysi, crederetis forsan & mihi. Nam & illic duritiā vel incredulitatē ludaz̄, & hic in eorundē exprobrationē, facilitatem ad credendum mirat̄ alienigenaꝝ. In hac ergo muliere fitim quoq̄ p̄rāuiderat audiēdi verbum dei, cui videlicet fiti suꝝ protinus satisfieri deposita vbi prophetam illum esse cōperit. Nam dicit ei: Patres nostri in mōte hoc adorauerunt. Et vos dicitis, q̄a Hierosolymis est locus vbi oportet adorare. ¶ Ac si diceret: Dñe, qm̄ v̄ video propheta es tu, iā vero à diebus multis propheta non est visus in Israel, loquere nobis ex ore dñi, da nobis consūlentibus te responsum iustitiae in sermone dñi. ¶ Ecce vetus longumq̄ certamē. Vos Iudei non coutimini nobis Samaritanis, & idcirco nō coutimini nobis, quia non adoramus in Hierosolymis. Dicitis enim, quia tñ in Hierosolymis adorare oportet, & hoc vobis dicētibus patrum nostroꝝ repugnat authoritas, quæ non leuiter cōtemnit. Nam patres nostri in mōte hoc adorauerunt, & sine dubio absque Hierosolymis in tēplo Salomonis deum placauerunt, quem in mōte hoc adorauerunt. Hic erecto altari pater noster Iacob inuocauit sup illud fortissimū deum Israel, postq̄ reuersus est de Mesopotamia Syriaꝝ, & habitauit hic iuxta hoc oppidū, emitq̄ partē agri huius in qua fixerat tabernaculum à filiis Emor patris Sychē cētum agnis. Tu ergo dñe, qm̄ propheta es, qđ dicas. Hanc proponēdo quæſtione mulier sapiēs iam profecto aquam viuam petebat, magniꝝ desiderij capacē ſitulam, inclinata sup marginē fontis æterni, ad hauriēdum immergebat, plus inuentura aq̄ viuētis, quā adhuc ip̄a posset estimare. ¶ Verūtñ in hac ip̄a ſui inquisitiōe, nō totum dicit, nō totum proponit. Dicendo enim illud, vnde locus ille poterat eſſe venerabilis, videlicet q̄a patres nostri (inquit) in mōte hoc adorauerunt, diffensiōis vel segregatiois cauſas reticuit. Quia videlicet q̄ Hieroboam & decē tribus cum eo, vt recederet à Iuda & à domo David, cui dñs iure iurando dixerat: De fructu vētris tui ponam sup ſedem tuam, vitulos aureos fecerant, & adorantes dixerūt. Hi ſunt dij tui Israel, q̄ te eduxerunt de terra Aegypti. Quod factum eſſe in eadē ciuitate Sychar, quam & Hieroboam regēdificauit, historia libri regum narrat. Præterea commixta fuerant (vt ſuperius dictum eſt) inter gentes, quas Salmanassar rex Assyriorum, translatiſ decem tribubus, reliquijs earum cohabitare fecerat, & vnaquaq̄ gente fabricante deum ſuum, didicerant opa eoz, & ob hoc maiorem Iudæis cōtemptoribus ſuis cauſam vel materialē cōtemptus præbuerunt. Has (inquam) cauſas iſta mulier in proposita quæſtione reticuit. At illa propriæ culpe maleſas ſatis humiliiter cōfella fuerat. Non ergo vitio, ſed laudi potius illi eſt, q̄ cōmunem gentis suꝝ ignominiam, ſatis omnibus notam, p̄dicare non properauit. Dñs autē iudex & quitatis poſtulatus, ita respondit: Mulier, crede mihi, quia veniēt dies, q̄h neq̄ in hoc mōte, neq̄ in Hierosolymis adorabitis patrem. ¶ Veneranda & in timore sancto audiēda ſunt dicta hāc verbi incarnati, de sancto corporis ſui templo ſuauiflīe iatonantis, & breui quidem, ſed graui elocutione veram atq̄ ſe dignam de adoranda diuinitate ſniam proferentis. ¶ Et Samaritanos qđem in p̄raeterita cōtentione inferiores fuiffe Iudæis, rationabiliter aſtruit, ſed eosdē rursus in eo cōſolat, q̄ omnem de locorum ſuorum p̄rogatiua cōtrouersiam mox eſſe tolerandā indicat veris adoratoribus dei. Cuius cōſolatiōis qđ dicta tā in principio q̄ in fine diſtribuēs, mira arte diuidit illas in medio collocās oratiō-

i. Cor. 14

Desideriū
verbī dei in
corde muſ
licris eſtForſitan in
verbīs dei,
non dubia
tantis, ſed
admirantis

Gene. 33

3. Reg. 2

Pſal. 131

3. Regū. 13

4. Reg. 17

Consolatio
Samaritanis p̄ Chriſtum facta

oratiunculae suæ particulas, quibus Samaritanos absq; scientia deum adorare, dicédo: satis optime pcutit. Nam & anteq; diceret: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus qd scimus, quia salus ex Iudeis est, repetiuit & prosecutus est qd præmiserat, dicens: Sed venit hora & nunc est, qñ veri adoratores, adorabunt patrem in spiritu & veritate &c. Adeo benevolentiam auditoris iufirmi magna dignatioe retinere curauit. ¶ Nuc singula verba græ de ore eius emanantia ptractanda sunt. Mulier, crede mihi, tibi (inqt) ò mulier dicturus sum qd viris necdū dixi, tibi crediturus sum, q nō credidi meispm Iudeis scribisq ac phariseis siue sacerdotibus adorantibus, imo latrocinatibus in illo magno & pulchro tēplo dei, & qd illis facto tm præsignauit, ençiens illos cū flagello de domo patris mei, verbis autē aperiēdum esse necdū credidi, tibi nunc dico, tibi ò mulier credo, tuæ fidei committo, tu tm crede mihi nunc interim tanq prophetæ, qm prophetam me esse dixisti, mihi (inquam) crede, & necdū dico vt credas in me, qd futuræ est, qn̄ aliquid de me qd supra prophetam, imo supra omnem gradū vel dignitatē sit, incipies sentire. ¶ Hoc mihi crede, quia veniēt dies & in proximo sunt, quos patres vestri qui in monte hoc adorauerūt, multi quoq; prophetæ & reges, q in Hierosolymis adorauerūt & non viderūt, vestri aut beati oculi paulo post videbunt, qñ vos, q nunc vt alieni à tēplo dei despicimini, vos inquam & omnes quicq; de quibuscūq; gentibus ad vitam pdestinati estis, adorabitis deū, inuocantes patrem, eum, s. cōfiteendo, & adorando pariter filium, cuius pater est, per cuius adorationem fiet, vt deus pater eius vester quoq; sit pater. Ita inquam adorabitis patrem, nō in monte hoc, neq; in Hierosolymis, sed in omni loco dñationis eius, q a videlicet nō tm in hoc, aut solū in Hierosolymis, sed à solis ortu usq; ad occasum, magnū & horribile erit nomē eius in gētibus. In Hierosolymis aut, q nunc celebris est ofonis locus, lapis sup lapidē nō relinquet, q nō destruat. ¶ Iam exultare poterat mulier pro fauore suæ gētis, existimans q authoritate tanti hois, quem prophetam esse credebat, nihil præferret monti Samariæ sancta ciuitas Dauid, tēplumq; Salomonis. Quod tametsi de futuro vere erat, de pterito tm futurum nō erat. Quapropter humilianda erat de peccato, qd in Samaria magis abundauerat, ne inepte letaref desup abundantigfa. Sequit ergo: L Vos adoratis qd nescitis, nos adoramus qd scimus, q salus ex Iudeis est. ¶ Ac si dicat: Vos Samariani q à domo Dauid, & à tēplo dei recessistis, & in monte Samariæ cōfisi estis, nō inde iustificati estis, q patres vestri in monte adorauerunt, sed inde coinquati, q Hieroboā vrbē istā hoc Sychē in monte ædificans, vitulos aureos fecit hic, & dixit: Isti sunt dñi tui Israel, q te eduxerūt de terra Aegypti. Vos (inquam) q propter cultū vitulogā à templo dei recessistis, adoratis qd nescitis, dum dicitis adorates, & qd dicatis nescientes, isti sunt dñi tui Israel. ¶ Nos Iudei q regi nostro Dauid adhæsimus, & deū patrū nostro in loco quē elegit adoramus, nō nescientes qd dicamus, sed optimè scientes, q salus ex Iudeis est, q de tribu Iuda & de semine Dauid saluator reppromissus est, & hoc scientes, & ob hoc eidē Dauid adhæretes, deumq; qui iurauit ei, dices: De fructu vētris tui ponam super dem tuam, in templo qd filius eius ædificauit, adorantes, vtq; adoramus qd scimus, ad hoc reseruati ipsi Dauid, vt ex nobis salus, quæ illi reppromissa est, oriref. Sed hactenus in hac cōtentione adorauerimus. Venient dies, qñ neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Hoc est qd subsecutus repetiuit. ¶ Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Iam venit hora & nunc est, venit & nunc est tempus acceptabile, dies salutis, qñ veri adoratores, veri inquam, i. non quid adorent nescientes, sed veram adorandi sciētiā habentes, adorabunt patrem nō in monte hoc, neq; in Hierosolymis (vt prædictū est) sed in spū & veritate. ¶ Quid dulcius quid hac veri adoratoris diffinitioe pulchrius? Adorabitis (inqt) patrem, spm adoptionis filiorum ab ipso percipientes, & in filiis eius vnigeniti membra veniētes. Patrē enim in spiritu adorare quid est, nisi spiritum adoptionis filio accepisse, in quo clamamus: Abba pater. Quid est adorare patrem in veritate, nisi in filio eius manēdo (qui dicit: Ego sum veritas) patrē inuocare? Idem ergo est, ac si dixisset: Veri adoratores manifesta ac necessaria distinctione personarum adorabunt vnum deum, patrem, & filium, & spiritum sanctū. ¶ Cur hoc loco spm veritati præposuit, nec dixit: Adorabunt patrem in veritate & spiritu, sed dixit in spiritu & veritate. Videlicet, quia sicut nemo venit ad patrē nisi per filium, ita filium nemo agnoscit, nisi per spm sanctum. Nemo enim potest dicere dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Ipsa quoq; vera adoratio, propria sancti spū operatio est. Nam qd oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Proinde opus est vt homo per præueniētem gratiam accipiat spiritum sanctum, per quem agnoscat & confiteatur dominum Iesum in carne venisse, qd est recta via per filium ad patrem venire. Bene ergo nō dixit: Adorabunt patrem in veritate & spū, sed in spiritu (inquit) & veritate. Cæteræ vbiq; inuocauit hoc nomen recto ordine & euangelica tradi-

Mulier cre
de mihi
Iohan, 2

Adorabitis
patrem
Luce, 10

Psal. 112
Malac. 1
Matth. 24

3. Regū, 12

Deuter. 12,
Gene. 49

Psal. 131

2. Cor. 6

Adorabi
tis patrem
in spiritu &
veritate
Roma. 8
Inhan. 14

Ibidem
1. Cor. 12
Roma. 8

traditione, primo cōtinuatim pater & filius, & deinde tertia persona spūs sanctus, eo videlicet respectu, q̄a ab vtroq; i. à patre & filio procedit spiritus sanctus. Sequitur: **L**Nā & pater tales quærerit, qui adorem eum. ¶ Crede mihi (inquit) q̄a iā illa hora venit, & sic patrem adorabunt veri adoratores. ¶ Nam ecce nunc in prælentiæ tales quærerit pater, q̄ adorent eum, quærerit accensa lucerna, quærerit diligenter domo euersa. Ecce lumē diuinitatis suæ posuit in testa carnis humanae, & à sanctuario suo incipiens, domū suā euertit, falsos adoratores eiſciēdo, q̄a domū suā, quæ domus oſonis est, facere speluncā latronū, & exinde quærerit p̄ totum mundū veros adoratores qui adorent eū, non in carne, sed in spiritu, non in latrocinio, sed in veritate. Euertet templum & ciuitas Hierosolymoꝝ, nō stabuant luci & delubra gentilium, diuident contra se familiæ populoꝝ, rumpentur foedera cognatorū duo in tres, & tres in duos separabunt, filia aduersus matrē, & nurus aduersus socrum, & sic omnimoda cōmotione domo euersa, tales procul dubio pater inueniet qui adorent eū. ¶ Non tales factos inueniet q̄ adorent eī, sed inueniet in lucis & in delubris idolog, quos tales faciat, vt adorēt eum. Nam idololatras inueniet rapaces, ebriosos, fornicarios, ceterisq; vitijs obfessos, sed abluet eos, sed sanctificabit eos in spū suo & in veritate sua. Non cōgregabo (inquit) cōuenticula eorū de sanguinibus, nec memor ero nominū eorū p̄ labia mea. Idololatræ siue fornicarij nominabunt, sed vocabit eos nomine alio, in quo q̄ benedictus est, benediceſ ſup terram. Diciss: Quare tales pater quærerit adoratores? quare neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabimus patrē? Audi quod sequitur: Spūs est deus, & eos q̄ adorant eum, in spū & veritate oportet adorare. ¶ Quamuis ita recte poffit accipi, spūs sanctus est deus, videlicet vt spūs subiectum, & deus fit prædicatū rectius tamen hoc loco deus subiectum, & spūs intelligitur prædicatum, nec aliud esse qđ dixit: spiritus est deus, quām si dixisset, deus est spiritus, quomodo & ibi, & deus erat verbum, non aliud fine dubio intelligimus, q̄ si dixisset: & verbum erat deus. Nunc enim nō id agit aduersus spūs sancti blasphematores, & idcirco falsos atq; impios dei patris adoratores, vt propria sancti spūs persona deus eſſe defendat, sed agitur aduersus carnales & sanguinolentos adoratores, q̄ deus verus quem si legitime adorare iactitant, nō fit caro, sed spūs, & ideo non manducandis tauroꝝ carnibus, aut epotando hircog; sanguine delectat, imo non in loco quærendus, sed in spū sancto adorandus, & in veritatis cōfessione fit inuocandus. Hoc ergo aſtruit q̄a deus spiritus eſt. ¶ Vere enim spūs eſt, non ſolū corporis ſensus, ſed & ſubtilitatem excedens omnis spūs, spūs incircumscriptus, q̄a in nullo loco concludit, neq; (vt humaniformij putant) Humanorū ſimilitudine membroꝝ diſterminatur. Spūs enim omnium ſpirituū fortiffimus, omniumq; ſpirituū, quoꝝ vti- que creator ipſe eſt ſubtiliffimus, nullius capax, capabilis autem p̄ ſubtilitate ſuæ naturæ rationalibus, i. tam angelicis q̄ humanis ſpirituibus. ¶ Et hoc æqualiter de tota trinitate ſentiendū eſt, quia profecto tam pater & filius q̄ & spūs sanctus, spūs eſt, nec idcirco ter- tia diuinitatis vice persona spūs sanctus dicif, q̄ ſola persona hæc fit spūs, ſed q̄a procedit ab vtroq; i. à patre & filio, idcirco nomen hoc ab vtroq; ſortif, vt dicat ſpiritus sanctus. Nam (vt prædictum eſt) pater ſpiritus, & filius ſpiritus eſt, & pater sanctus, & filius sanctus eſt. Atq; inde muuato vel compoſito nomine spūs sanctus dictus eſt. ¶igitur quia deus ſpiritus eſt, & eos (inquit) qui adorant, in ſpiritu & veritate oportet adorare, i. in ſpiritu adoptionis filiorū clamare: Abba pater, in filiis cōfessione honorare patrem, vt ſupradictum eſt. Oportet enim os in cōfessione veritatis aperire, & ſpūm attrahere atq; in illo dicere dñm Iesum, atq; confiteri illū in carne veniffe. Alioquin qui mactat pecus, quaſi q̄ excerebret canem, & qui offert thus, quaſi qui benedicat idolo. ¶ Siue Iudeus, siue Samaritanus, vel quilibet ſchismaticus, præcidens ſe ab unitate spūs, quia nō eſt verbum veritatis in corde eius & in ore eius, i. quia non credit cordis adiutitiam, qđ eſt adorare patrem in spū, & nō conſitetur ore ad ſalutem, quod eſt adorare eundem in veritate. Iudeus iniquā, siue hæreticus æque vt paganus, nullatenus inter veros patris adoratores reputant. ¶ Cum ergo (inquis) deus à patribus nostris in carnibus & ſanguine holocaustoꝝ aut victimis ſe adorari voluit, nūc in spū & veritate mauult adorari, cur tunc alios vel diuersos q̄ nunc quæſiuit, aut nūc alios q̄ tūc adoratores reqrerit? Ad hæc iniquā: Permisit qđ eſt ſed nō iuſſit deus in eiusmodi ſacrificiis ſe adorari, pmisit inquam nō præcepit: pertulit nō voluit. Respexit interdū oblata, nunq; quæſiuit offerēda, Iam duduob; ob oīm̄ obiectio- ne dñs p̄ prophetas ſuos defendit ſe. Dicit enim per Hieremiam: Holocausto mata veftra addite victimis veftris, & comedite carnes, quia nō ſum locutus cum patribus veftris, & nō præcepit eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustoꝝ & victimis, ſed hoc verbū præcepit eis dicēſ. Audite vocē meam &c. Item per Eſaiā: Holocaustoꝝ inq; arietū, & adipē pinguium, & ſanguinē vitulog; & agnog; & hircog; nolui. Cum veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manib; veftris, vt am- bulare-

Luce. 19
Matth. 21Matth. 24
Luce. 19
Matth. 101. Cor. 6
Pſal. 15Eſaiæ. 65
Spūs eſt deꝝ,
Duplex eſt
ſensusPſal. 49
Hebre. 9
Deus vere
spūs eſtAdorare in
spū & veri-
tate
Roma. 81. Cor. 13
Eſaiæ. 65

Roma. 10

Hiere. 7

Eſaiæ. 1

LXXXIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

bularetis in atrijs meis? Igif quales nunc quærerit, quales nunc esse præcipit, tales deus, qui
 spūs est semper adoratores quæstuit, nec voluit vnq̄ aut dignatus est aliter q̄ in spū & ve-
 ritate adorari. ¶ Porro, carnales erant hoīes filij Israel ex Aegypto egredientes, assueti se
 cundū Aegyptios cæterasq̄ gētes holocaustomata victimis addere, carnesq̄ comedere,
 Præterea nec spūs datus, nec veritas de terra orta fuerat, in qua deberēt sicut oportet ad-
 orare. Cōcessit ergo pro r̄pe & pro hoīm qualitate, ut adoratores qualescunq̄ mactaret,
 & comederēt sacrificior̄ carnes, posita lege de sacrificijs propter trāsgressiones, tanq̄ p̄
 dagogus adolescentē petulantē cohiberet lex, donec ḡra veniret, aleret figura, donec ve-
 ritas illucesceret, faueret vmbra donec res clara succederet. Nunc spūs datur & in prox-
 imo est, nunc veritas adest, q̄a ḡra & veritas p̄ Iesum Ch̄m facta est. Nunc venit fides, p̄
 quā verus adorator extitit Abrahā pater noster, & ip̄a querit amoto p̄dagogo, que ex
 spū & veritate est, in qua adorauit Abrahā, vt prædictū est, in qua adorare oportet cun-
 ctos veros adoratores. Vbi non est Iudæus neq̄ Græcus, imo qđ magis ad rem iam atti-
 net, non est Iudæus neq̄ Samaritanus, non seruus neq̄ liber, non masculus neq̄ feminus,
 sed oīa in oībus cum spū suo veritas. Sequit: L Dicit ei mulier: Scio q̄ Messias venit, q̄ di-
 cit Ch̄rūs. Cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit oīa. ¶ Hoc interim memori mulier
 mente voluebat q̄ dixerat: Venient dies, & repetendo: Venit (inquit) hora & nunc est. Nec
 inscia erat, quin de Christi aduentu loqueret, cuius in diebus iustitia & abundantia pacis
 oriret. Legē quippe & prophetas Samaritani recipiebant, ex quo p̄e præconijs scire po-
 terant ventur̄ Ch̄m doctorē iustitiae, primo Moysē dicente: Prophetā suscitabō eis (in-
 quit dñs) de fratribus tuis similiē tui, & ponā verba mea in ore eius, loqueturq̄ ad eos oīa,
 quæ p̄cepero illi. Qui aut̄ verba eius quæ loquef in noīe meo audire noluerit, ego vltor
 existam. Hinc illa: Scio (inquit) quia Messias venit, subaudis, q̄ nos doceat alia legislatiōe
 (eodem Moysē loco supradicto attestante ac dicente) Prophetā suscitabit vobis dñs
 ex fratribus vestris, ip̄m audieris tanq̄ me. Cum ergo venerit (inquit) ip̄e nobis annuntiabit
 omnia. ¶ Sane qđ interpositū est, qui dicit Ch̄rūs, non mulier dixit, sed Euangelista ut no-
 men Hebraicum interpraret, interposuit, quia Messias hebraice, Christus Græce, vñctus
 dicit Latine. Vñctus aut̄ est regali pariter & sacerdotali ḡf plenitudine, vñctus p̄ con-
 sortibus suis, i. p̄e cunctis filijs hominum. Non enim illi ad mensuram dat deus spiritū.
 ¶ Cum venerit (inquit) ille talis, ip̄e nobis annuntiabit omnia, Ecce quō explorat qđ audie-
 rat, ecce quō se audisse dissimulat, vt ite, & amplius audiat. Et quidē ait se scire, quia ve-
 nient dies, & quia Messias venturus est, dissimulat aut̄ se audisse, vt ite, & audiat, quia venit
 hora & nunc est. Sic ori suo parcēdo melius interrogabat, sic modesta nō molesta inter-
 rogatiōe melius pulsabat. Dicit aut̄ ip̄e: Omnis q̄ petit, accipit; & q̄ quærerit, inuenit; & pul-
 santi aperiet. ¶ Nonne Iudæi superius quæsierūt & pulsauerūt, dicētes: Quod signum tu-
 ostēdis nobis, q̄a hæc facis, & nō inuenierūt nec apte audire digni fuerūt? Quare: quia nō
 cū fide, sed infideliter quæsierūt, nō modeste, sed moleste pulsauerunt. Hæc aut̄ humiliter
 quæsuerunt, fideliter petiunt, modeste pulsauit. Sequit ergo: Dicit ei Iesus: Ego sum q̄ loquor
 tecum. ¶ Ego (inquit) q̄ loquor tecū sum ille Messias, ego vobis annuntiabo oīa. Ecce quo-
 modo huic alienigenæ semetiōm credidit, quē Iudæis nō crediderat, & ostēdit illi hono-
 randū nominis sui thesaure, qđ in patria sua, s. in Iudæa necdū prodiderat, ne mox quod
 futur̄ erat, p̄tiosam nominis eiusdē margaritam porci cōcularēt, & hoc sanctū canina
 rabie blasphemantes corroderēt. ¶ Hoc enim in exprobrationē illius patr̄e suæ fiebat, in
 qua (sicut Euangelista posterius dicturus est) honorē se nō habituē perhibebat, videlicet
Hominē de luto plasmauit, recte nūc additū est, & potestatē dedit ei iudiciū facere, qā filius hominis est. ¶ Vnde & hāres dicit, nō mortui patris, sed mortuæ hāreditatis, quā, qā deo patri perierat, filius resuscitans ite possidet, iure illa eius hāreditas dicit & est, cuius vitæ dispendio reparata est. ¶ Cum aut̄ dicit: & potestatē dedit ei iudiciū facere, qā filius hominis est, & nihil dominatio patris diminuta est, qn̄ potius honori eius proficit filio data potestas iudicandi, dū filius iudicando regnū, vt ait Apostolus, tradat, id est, acquirat deo & patri, primū acto iudicio mūdi, quo princeps mūdi huius, illo per mortē suā triumphante, foras ejicitur: deinde peracto finali iudicio, post qd erit finis, vt idem Apostolus ait, cū tra diderit & acquisiſerit regnū deo & patri, & tūc ipse filius subiectus erit ei, q̄ sibi subiecit oia vt sit deus omnia in omnibus: subiectus, inquam, non subiectione seruili, sed amore inseparabili: non specie diuersitatis, sed vnitate individualē charitatis: inferior qdem secundum naturam hominis, compar secundū naturam dei, & sic honorificandus semper, sicut & pater gloria & honore æterni imperij. De quo finali iudicio mox subdit: L Nolite mirari hoc, quia venit hora, quādo oēs, q̄ in monumētis sunt, audient vocem eius: & procedēt: qui bona egerāt, in resurrectionem vitæ, q̄ vero mala egerāt, in resurrectionem iudicij. ¶ Nolite inquit, mirari hoc, qā non bona vestra est admiratio: non enim hāc admiramini, tanquam verba vita & virtutis, sed tanquam insaniam dæmoniū habentis. ¶ Nolite ergo mirari, qā parua sunt hāc comparatione maiore, quæ visuri estis, vt vos miremini, vt vidētes turbemini timore & stupore horribili, vt iuxta prophetā videatis, & ignis deuoret hostes manū domini. Magnū quidem est venisse horam illam & nūc esse, quam videre voluerunt, & nō viderunt multi reges & prophetæ, magnum, inquam, & mirum est, mortuos audire vocē filij dei & viuere. Magnum, inquam, hoc est: sed multo maius est, venire horam, de qua nō dico, quia nunc est, sed dico tantum, quia venit, id est, imminet iam & appropinquat, & sine dubio futura est, in qua omnes, qui in monumentis sunt, omnes, inquam, siue mortui siue viui, id est, siue peccatores siue iusti, qui in monumentis sunt sepulti, & solutis, vel aridis corporibus in cinerem suum reuersi, audient vocem eius, in iussu imperiosæ suæ maiestatis in voce archangeli, e tuba dei de cœlo descendedentis, virtutibus cœloq̄ commotis, cœlicq̄ a terra cardinibus concussis, & ita manifeste venientis, igne in conspectu eius ardente, & in circuitu eius tempestate valida, cœlos desursum, & terram ad discernendū populū suum aduocante. ¶ Quid tum? Nunquid mortui illi, qui modo vocem filij dei audire & viuere, i. à morte animæ per fidem & per lauacrum régénérationis & inuocationē sancti spūs resurgere nolunt, & ideo non resurgunt: nunquid, inquam, isti vocem eius tunc non audier, aut quia resurgere nollent, non resurgent? Non est ita, sed omnes tam inuiti q̄ & volentes, horamq̄ illam defiderantes, & in illo die iudicij fidutiam habentes, resurgent & procedent. ¶ Pauloante cū de resurrectione prima, id est, de conuersione peccator̄ loquerer, sicut nō dixi tantummodo, venit hora, sed addidi, & nūc est: sic non dixi, omnes mortui audient, sed tantum mortui audient vocem filij dei & viuent. Nūc enim non omnes mortui me auditūt non omnes ab infidelitate ad fidem, ab iniqtate ad iustitiam resurgere volūt. Et qā non volunt, non resurgūt. Nūc aut̄ cū de resurrectione secūda loquor, vniuersaliter dico, q̄ omnes vocem filij dei audient, & oēs qui in monumentis sunt, procedēt. Qui bona fecerūt, in resurrectionem vitæ, videlicet qā nūc prima voce audita, id est primo aduentu filij dei suscepto, prima resurrectione viuere incipiūt, & tūc in ipsam rem vel speciem vitæ peruenient cuius in spe nūc ambulant per fidem. Qui vero mala egerūt, in resurrectionem iudicij, id ē damnationis, procedent, vt damnationis sententiā recipiant, eadē iustitia & veritate, qua prædamnati sunt in Adā, qā vocē primā filij dei nūc inuitantis, vt ab illa hāreditaria morte per fidem resiliant, dū tempus est audire recusant. Sequtur: L Non possum ego à meipso facere quicq̄. Sicut audio iudicō, & iudiciū meū vē est. Quia non quāro voluntatem meā sed voluntatem eius qui misit me. ¶ Hic danda opera videſ, quatenus distinctas partes confirmationis vel confutationis huius, tanq̄ bene discreta pulcherrimi corporis linea menta propius sub lectoris oculos admouēamus. Ecce enim ad caput redijt, & argumentationis partes ex vna complexione cingit, dū dicit: nō possum ego à meipso facere quicq̄. Nā & in capite huiuscē defensionis dixerat: Non potest filius à seipso facere quicq̄. ¶ Vt ergo totum literæ corpus magis conspicuū sensuumq̄ vel intentionis clarior sit aspectus, ad intellegendū, prætereundū nō est, quia quod solent elaborare, & vix consequi studiosi rhetores vbi rem locupletam & omni amplificatione dignā nacti fuerint, hoc in præsentī sermone aduersus illos fortis sabbator̄, defensores & salutis accusatores vltro importat cœlestis sapientia comes & famulatrix eloquentia diues, sed ita maiestate rē, de qbus agitur, operata, vt pene non compareat. Non enim sicut in rebus humanis, vbi effertur illa pomposa & astuosa dominatia in diuinis rebus ipsa eadē eloquentia facultas cōdecorat, maxime vbi ipsa deo coæterna sapientia p̄ semetipm eis q̄ sibi eloquētes vidētur colloqui, & humana

Quō Ch̄
hāres dici
tur & est.

Vbi sup.

Terrore ex
tremi iudi-
cij.

Sap. 5
Ezai. 26.
Luc. 10

Thess. 4
March. 24.
Psal. 49

Tit. 3.
Eph. 4

Duplex re-
surrectio,
prima & se-
cunda.

2 Cor. 5

Q̄. 33. II.

Si. 33. II.

Argumen-
tatio rho-
tīca etiā in
sacris līris.

dignatur cōtexere verba. ¶ Res quippe humanæ tenues atq; exiles, & interdū obscure vel turpes, splēdida elocutiōe illustrant, aut vtcūq; palliant, res aut̄ diuīæ grādes & fulgurātes, desuper elocationē quālibet pulchrā suis abscondit splendoribus. Adeo tamē, vbi res postulat, inuenitur cōmunita, vt in occursum eius muta vel inspiēs appareat oīs hominī eloquētia. Perpēde igit̄, qā p̄senti in negotio dū causa posita cōfutat aduersarios, ostēdit, cur sabbatoꝝ lege teneri nō debeat, & cōfirmat q̄ rectissime cum dixisset: Pater meus vscq; modo operatur, subiunxerit, & ego operor. ¶ Absolutissimā em̄, id est, quincq; partibus pfectam, argumentationem edidit, scilicet propositione, ratione, cōfirmatione, exhortatione, complexione. ¶ Propositio est, qua dixit: Amen amē dico vobis, nō potest filius à seipso facere quicq;, nisi qđ viderit patrē facientē. Ratio, est sentētia, quā protinus subdidit: Quz cūq; em̄ ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Cōfirmatio est ea, quæ mox sequit̄: Pater em̄ diligit filium, & demonstrat ei omnia quæ ipse facit. Exhortatio est ab eo quod ait: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini: vscq; ad id quod nouissime tractatum est, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Exhortatio, inquā, nō tā verbosq; rerum, non tam sententiaꝝ q̄ celestiū fulguris, nihil habēs accurati leporis, sed tota terribilis, & divini plena timoris. ¶ Hæc aut̄ sentētia, qua dicit: non possum ego à meipso facere quicq;, sicut audio iudico, & iudiciū meū veꝝ est, qā nō quāro voluntatē meā, sed voluntatem eius qui misit me, prædictaꝝ partium cōplexio est, partes easdē breuiter, ad sensum docilis, attenti ac beneuoli auditoris, cui hæc dicāda vel scribēda eē nouerat, recolligēs. ¶ Ac si dice ret: Si ergo nō facio ego, nisi qđ videro patrem facientē, si quæcūq; ille fecerit, hæc & ego similiter facio, si deniq; pater omnia demonstrat filio quæ ipse facit, & si adeo maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini, videlicet vt sicut pater suscitat mortuos & viuiscat, sic & filius quos vult viuiscet &c. et si adeo inconuertibilem atq; incommutabilem nō uit eum, vt omne iudiciū illi dederit, & hoc reipublicæ suæ tutū fore comprobauit, vt pote statem daret illi iudiciū facere. Ergo inquā veꝝ est, credibile & dignum fide iam, q̄ sicut in prima propositione dixi & nūc iterum dico, non possum ego à meipso facere quicq;, id est, extra deū, seorsum extra veꝝ, per semetipm diuīsa volūtate mea à voluntate dei patris, nō possum facere quicq; sicut angelus refuga, vel sicut primus homo p̄uaricator facere potuit & fecit, vt pote q̄ erat vterq; creatura, & proinde couertibilis: factura, & idcirco mutabilis. ¶ Nā siue angelus, siue homo, q̄ diu aliquod accidēs admittit ab essentiali bono auersus, tā diu à semetipso operat. Verbi gratia, cum dicit malum bonū & bonū malū, cū inique iudicat, cōdemnās iustū & iustificās impium. Vnde em̄ hæc nisi à semetipso facit, cū in essentia reꝝ aliter sit. Et hæc qđē & cætera huiusmodi homo, si multū est iustus, cū possit facere nō vult: si autem parum iustus est, vel ad iustitiam nūc primum dispositus, nec adhuc eiusdem iustitiae habitum indutus, parum inquam iustus si est, facere non audet, deus autem sicut nulli vitio nullisq; omnino accidentibus subiacet, ita summe iustus tale quid omnino face re non potest. Igitur cū dico, nō possum ego à meipso facere quicq;, tale est ac si dicam, nō possum facere quicq; iniquū, nō possum puertere aut supplantare iudicium. ¶ Sed qđ: Sicut audio iudico, id est, secundū cause iudicād̄ meriti, vel rei, quæ iudicat, essentiā iudico, ac proinde cū in iudicādo nihil à meipso faciā, iudiciū meū veꝝ est, videlicet dū, vt pdixi, me iudiciū faciēte, procedēt ex monumētis q̄ bona fecerūt, in resurrectionē vitæ, q̄ vero mala egerūt, in resurrectionem iudicij. Proinde quicq; bona agit, siue ille iudæus siue gentilis sit, non vereatur, q̄ me iudicāte, à meipso qāicq; procedat in resurrectionē iudicij. Et quicq; mala agit, nihil minus, siue ille Iudæus siue gentilis sit, nō se decipiāt inani spe, q̄ me quicq; à meipso faciēte procedat in resurrectionē vitæ, qā nō quāro voluntatē meā, sed voluntatem eius qui misit me. ¶ Sicut nūc, quando videns miseram ciuitatem Hierusalem, fleo sa per illam humano affectu, nec tamen quāro voluntatē meā, vt propter fletū meum ab illa mali dies auertantur, sed sicut audio iudico, clamor em̄ illoꝝ, vehemētior clamore Sodomie, ascēdit ad me, & idcirco magis attendo, qđ iustitiae debeatur, q̄ quid meus humanus velit aut defleat affectus, sic in illa processione mortuoꝝ ex monumētis, nō quārā voluntatē meā, sed voluntatē eius q̄ misit me, id est, non condescensionē sequor naturæ humanae sed rectitudinē teneo diuinæ iustitiae. Igitur apud animos eōꝝ, qui hanc euangelicā lectiōnem sapiēter legūt vel audiunt, cōfutata falsitas & cōfirmata veritas est. Vnde cōsentit ratio, iudicat fides, vt patre operante vscq; modo, q̄ nulla sabbatoꝝ lege tenetur, ipse q̄q; filius licēter & potēter operetur, q̄ à semetipso quicquā facere nō potest, qui malū qđ vel iniustū admittere nō pōt. ¶ Vnū adhuc suēst magnē oratrici sapiētiaꝝ dei, q̄ nobis & propter nos verba facit, nobis & propter nos artē aduersus artem cōponit, vt habeat veritas fidei sanū non sine arte sermonē, aduersus artificis mēdaciō loquacitatē. Vnū inquā adhuc super est, i. cōclusio vel epilogus, q̄ & protinus sequit̄ per amplificationem rei, illustrandæ veritatis & adaugēdi Iudaici criminis causa. Sequitur: L̄ si ego testimoniū phibeo de me, testimonio

Homo pec
care pōt,
nō filiū dei
Ela. 1

Lucas 19

Gene. 18
Matth. 18

meum nō est ver. Alius est q̄ testimoniu perhibet de me. ¶ Hoc em̄ & cætera q̄ sequuntur veritatis huius firmamēta, maxime ab authoritate sumpta sunt, qbus cōmemorat defensionem vel testificationē sui curæ fuisse & esse deo patri, q̄ illū testificatus est, & anteq̄ veniret, testimonio scripturæ, id est, legis & prophetaræ, & nūc præsentē commēdat & defendit euīdētibus testimonij opere mirabilū. Simulq̄ & horrendū scelus deinceps ostendit Iudæoꝝ, q̄ venientē illū in noīe patris sui nō suscepérūt, alium aut̄ venientē in noīe suo suscipient. Ait ergo: Si ego testimoniu perhibeo de me, testimoniu meū nō est ver. Ac si dicat: Ecce omnia palam audistis. Ego apud vos verba faciens, & hæc dicens, vt vos salutis, nō vestro vel alioꝝ more hoīm, verbis accuratis benevolentia vel fauore vestrum capare studui, sed exhibito veræ virtutis opere, cūctoꝝ hominū benevolentia digno, id est, sanato toto hoīe à longæua infirmitate, auditoriū postulaui, & qualescumq; vos esse scirem ad audiēdū, nō propter vos tñ, sed ppter eos q̄ audituri sunt, causam meā dixit: Pater me⁹ usq; modo operat, & ego operor, eandēq; causam diuidēs, id solū quod in cōtrouersia est, scilicet q̄ & mihi æque vt patri liceat in sabbato operari, tā cōsueta hominibus argumētationis firmitate, q̄ cœlesti veritate defendi. ¶ Nunc & deinceps examineate legitime, id est, sicut lex p̄cipit verba huius testimonij. Si ego testimoniu perhibeo de me, i. si à meispo veni, si nō veni & loquor in noīe dñi, sed solus ego meispm proprio & solo defendo testimonio, testimoniu meū nō est ver, id est, verba q̄ loquor nō habebūt effectū, & tūc sicut lex dicit, hoc habebitis signū, q̄ verbū qđ dico, dñs nō loquutus est. Sed nō est, nec erit ita. Alius est, q̄ testimoniu perhibet de me, videlicet deus pater, ipse de q̄ vobis nūc dico, pater meus usq; modo operat & ego operor. ¶ Alius inquā, i. alia eiusdē, cuius & ego sum substatiæ persona est. Alioquin nō recte diceref alius: nō em̄ de diuersis, impariūq; substatiarum individuis dicitur vñus & aliud, sed hoc vñum, & hoc aliud. Dico autem q̄a ille est alius, vt in pluribus personis, vñitas substatiæ, personaꝝ pluralitas intelligatur. Ille inquam alius testimonium perhibet de me, ¶ Et scio q̄a ver est testimonium eius, qđ perhibet de me. ¶ Scio inquam & testimoniu perhibeti de me, testimoniu perhibeo, q̄a testis verax est, & ver est testis de me. Nō em̄ sum sicut cæteri hoīes, q̄ nemo scit, vtrum amore an odio dignus sit, & cui omnia in futuꝝ reseruantur incerta. Quinimo & si spiritū adoptionis filioꝝ acceperunt, & ipse sp̄s testimoniu reddit spiritui illoꝝ, q̄ sint filii dei, testimoniu illud nō tam ver aut iustum, q̄ gratiū & indebitū dicendū est, q̄a nō est debiti sed gratiæ, nō iustitiæ sed misericordiæ, nō est em̄ testimoniu cōparium, sed inclinatae dignationis monimentū. Ego aut̄ nō in iniquitatibus cōceptus sum, etem nō in peccatis cōcepit me mater mea, nec possum à meispo facere quicq; nisi qđ video patrē faciente. Ergo testimoniu quod perhibet de me, ver est, iustum est, debitū est, & vtq; testimoniu cōparium atq; ideo legitimū, sed nondū aperte dixi, q̄s ille alias sit. ¶ Vos misistis ad Iohannē, & testimonium perhibuit veritati. ¶ Et fortassis idcirco nūc existimatis, q̄ hic sit ille alias, de q̄ nūc dixi, & q̄ nō ab alio maiore quam ab illo testimoniu habeā. ¶ Ego aut̄ nō ab hoībus testimoniu accipio, sed hæc dico, vt vos salutis sitis. ¶ Notate q̄ dico, q̄a testimoniu ego ab hominibus nō accipio. Quid em̄ nunq̄d hoc dico q̄ velim claudere ora hominū testimoniu perhibentiū. Nunq̄d ego aspernor angelū meū ad hoc missum ante faciē meā, vt testimonio suo præpararet viā meam. Nō est ita, sed diligēter animaduertite q̄ dico. ¶ Nō dico, q̄a testimoniu hoīis, vel per hoīes perhibitū nō accipio, sed testimoniu ab hominibus nō accipio. Nā testimoniu hominū bonorum & veraciū, non ab ipsis hominibus, sed à deo est, & p homines qđem perhibitū, sed dei testimoniu est. Quid est em̄ ab hoībus, vel secundū hoīes testimonium accipere, nisi laudem, quæ nō ex deo profecta, sed ex hominibus nata & cōflata est quærere? Hoc aut̄ testimoniu Iohānis, q̄ misistis ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eū, vt interrogarent eū. Tu q̄s es? Iohānis qđem testimoniu fuit, sed nō ex Iohāne fuit, id est, per Iohannē qđē depromptū, sed à deo Iohāni insinuatū fuit. Dico ergo: Et testimoniu ab hoībus nō accipio, sed hæc dico vt vos salutis sitis, i. nō propter gloriā meā dico, q̄s alias meus testis sit, sed propter salutē vestrā, vt credētes testimonio dei saluemini. Cui simile est, si dicas: vir iust⁹, & alienus ab omni hypocrisi. Si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus tuum lucidū erit. Ego non idcirco faciā iustitiā meam coram hominibus, vt videar ab eis, sed idcirco lucet lux mea coram hominibus, vt videat opa mea bona, & glorificant patrem deū, q̄ est in cœlis. Alioquin similis essem vobis, q̄rum totus Iudaismus in carne, & manifesta tota in carne circūcisio est, cuius laus nō ex deo, sed ex hominibus est. Sed maledictus homo (inqt propheta) qui confidit in homine, & ponit carnē brachium suū, vt à domino recedat cor eius. Erit em̄ quasi miricæ in deserto, videlicet qbus nomen est ab amaritudine, & nascuntur in solitudine. Erit inquā sicut miricæ, id est, carebit diuinæ bonitatis dulcedine, procul foras electus à sanctoꝝ hominū cōversatione, & nō vihebit cū venerit bonum, & habitabit in solitudine in deserto, in terra salsa & inhabitabili. Hæc siccitas & falsugo lōge est à me.

K 3 Nam

Argumen
tū ab auto
ritate tes
tis,

Testimoniū
examina
nandū ab
effectu.
Deuter. 18

Ecc. 9
Roma. 8

Psal. 51

Malach. 3
Marc. 1.

Iohann. 10

Matt. 6.
Matt. 5.

Hiere. 17

CXIII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. V.

Nā ego habitabili charitate, & fertili semp̄ virēs veritate, idcirco h̄c dico, vt vos saluifis-
 tis, idcirco inquā vt vos credētes saluemini, legitima defensione vtens, illū q̄ testimoniu p̄-
 hibet de me, profero vobis in publicū auditoriū totius mūdi. Idcirco sicut lā cepti p̄sistam
 nū lohā es adhuc ī eodē, qđ apud vos, vel apud cæteros hoīes fortissimū est, ḡne loquēdi faciēdo tanq̄
 rat accep̄t̄ a lu ḡumento instructi cognoscatis, qa testimoniu ab hoībus nō accipio, qa claritatē ab hoībus
 nō accipio, sed ea solūmodo intētione testimoniu, vel testē meū p̄fero, vt vos credētes sal-
 ui sitis, nō vt vos hoīes me in solio regū vestro & inthronizare festinetis. Ecce dico vobis,
 quia vos misistis ad Iohānē, & ille testimoniu phibuit veritati. Tanti apud vos ille habitus
 est, vt cōsulēdū illū iudicaretis, tanq̄ reuera accepturi testimoniu eius, & quicqd ille dixisset
 proculdubio credituri. Ab illo ergo iudicio v̄o nūc vos cōuenire incipiā, vt si nō credide-
 ritis, inexcusabiles sitis. Dico itaq̄. Ille erat lucerna ardēs & lucēs. Reuera mittēdū fuit
 ad illū, ad quē misistis, & cū eius testimonio q̄rēda & indubitāter agnoscenda erat p̄sens fa-
 cies veritatis. Magnus em̄ ille, & maior illo inter natos mulierē non surrexit. Vege tanta
 magnitudo eius sic ppter me ab illo est, q̄ testimoniu phibet de me, qđo cā viā tenēdā, vel
 rei agēdē, testa nocturnis in tenebris illuminat, participatiōe igneē substātię. Nā sicut testa
 nō suapte lucet natura, sed aliunde flāmā capit, vt lucerna sit, sic Iohānes nō ille alias erat, q̄
 testimoniu phibet de me, sed ab illo missus erat, eiusdē testimonij verba suo gestas in cor-
 de flāmato, & lucido ore. Inde erat lucerna, nō lux ipsa, vel ipsi⁹ lucis substātię: lucerna in-
 quā ardēs & lucēs, ardēs intrinsecus testificadē veritatis amore, lucēs extrinsecus verbo &
 ope, qđi fili⁹ tenebrae passi sunt, q̄ nūc lucernā talē intra claustra tenebroſi carceris addi-
 derūt. Lucēs qppe p̄ publicā virtutis p̄dicationē inuitabat vos ad verā & æternā exultatio-
 nē. Vos aut̄ voluistis exultare ad horā in luce eius. Hoc interim negari neqt̄, hoc opor-
 tet cōcedi, qa magn⁹ ille erat, & fideli sermone lucidus, qa testimoniu vel baptisimū eius, ve-
 stra q̄q̄ estimatione de cœlo erat, nō ex hoībus. Vos aut̄ in hoc reprehendo, nec em̄ studio
 captadē benevolētię vel fauoris v̄fi, vt ad cōsensum veri testimonij vos allitiā, vitia v̄ta p̄-
 tereo, reprehēdo inquā q̄ dū lucerna h̄c ad æternā futuri regni gloriam vos inuitaret, vo-
 lūstis potius exultare ad horā in luce eius. i. tēporalē p̄sentis regni p̄cipere felicitatē, vide-
 licet regnū Ch̄ri, quē vos illū eē, vel certe p̄cursorē Ch̄ri Heliam existimastis, carnali sensu
 terrenū fore sperātes. Attamē qualiscūq̄ v̄ra de Ch̄fo opinio sit, vel qualicūq̄ exultatione
 vos tali lucernā applaudere volueritis, nunc interim nihil mea interest. Illud à me p̄positū
 à vobis cōcedi oportet, qa refelli nō pōt̄, qđ cū vos (vt p̄dixi) miseritis ad illū, magnus v̄tq̄
 v̄ro q̄q̄ iudicio habitus ē, & quē vos digne cōsulēdū iudicatis, p̄fecto respondentē, audiū
 indignū, rōnabiliter iudicare nō potestis. Ego aut̄ habeo testimoniu maius Iohāne. In
 hac assumptiōe mea tota victorię palma cōsistit, vt cū rationū firmanēta cōtentiosum au-
 ditore, vel acqescere, vel obmutescere fecerint, protinus cōcludā dices: qa claritatē ab ho-
 minibus nō accipio, qđ nō est aliud q̄ qđ supra dixi, & pbare c̄epi, qa ego testimonium ab
 hoībus nō accipio, nec em̄ op̄ habeo. Dico ergo, subseuēti probaturus rōne, qa ego testi-
 moniu maius habeo Iohāne. Opa em̄ q̄ dedit mihi p̄, vt p̄ficiā ea, ip̄a opa q̄ facio in noīe
 patris mei, testimoniu phibent de me, qa p̄ficiā me misit. Pater qui (vt supra dixi) dedit filio
 vītā habere in semetipso, sicut ip̄e vītā habet in semetipso, dedit mihi eidē filio qđā opa, vt
 p̄ficiā ea, videlicet iā c̄pta, q̄ cū p̄fecta fuerint, audiēt ea surdi, & videbūt c̄eci, si vos audire
 & videre nolueritis, & clamabūt lapides, si vos loq̄ recusaueritis. Quā sunt illā opa? Ma-
 gna v̄tq̄, & exq̄sita in oēs volūtates p̄fis mei opa sunt h̄c, p̄dictō hoīe multo maiora,
 opus incarnatiōis, op̄ nativitatis, opus miraculōr̄ q̄ in vobis feci, & quā nemo alias fecit,
 opus passiōis, op̄ resurrectiōis, op̄ ascēsionis meq̄, & effusiōis sp̄us sancti, q̄ oīa cū ego p̄f-
 cero, vos abscōdere nō poteritis, cōcelis enarrātibus h̄c gloriā dei, & annūtiāte firmamēto
 h̄c opa manuū mear̄, ita vt nō fint loquelę neq̄ sermones, q̄r̄ nō audiant̄ voces eorū, vt in
 oēm terrā exeat son⁹ eorū, & in fines orbis terrē verba eorū. H̄c opa dū ego facio in noīe
 p̄fis mei, i. in ea professiōe q̄ ego fili⁹ dei sim, & deus p̄f meus sit, vege v̄tq̄ & legitimū ha-
 beo testimoniu, q̄ ille reuera sicut dico, p̄f meus sit, neq̄ vos cōtēnētes me, vllā idoneā vel
 legitimā excusationē habebitis, cū fiat verbū qđcūq̄ loqr̄ in eodē, qđ profiteor in noīe dñi.
 Prēterea. Et q̄ misit me p̄f, ip̄e testimoniu phibuit de me. Qñ aut̄, vel vbi testimonium
 phibuerit de me, paulopost dicā. Prius em̄, vt describā p̄sonā illius patris, vt exprimā di-
 gnitatē testis, & tūc demū exponā antiquitatē vel cōstantiā testimonij. Nō em̄ hic, de q̄lo
 quor, est ille p̄f meus Ioseph, quē vos patrē meū dicitis, quē videre vt hoīem potuistis, cu-
 ius vocē audire, & nō magnipēdere potuistis. Sed qđ? Neq̄ vocē eius vnq̄ audistis, neq̄
 speciē vidistis. Ecce quāto maior Iohāne hic, Iohānis qppe, & vocē audire, & speciē, vt
 pote hoīis mortalīs, atq̄ corruptibilis videre potuistis, vocē articulatā & aere plectroq̄ li-
 nuge, formatā speciē circūscriptā atq̄ visibilē, & p̄ter horridā eremitici vestitus asperitatē
 pene

ne in nullo vestri dissimilē. At ille pater meus neq; vocē elementarē, neq; specie habet circūscriptā aut visibilē. Deus em̄ est & nō homo, spūs est & nō caro. Nā & si patres aut prophetae vocē eius audierūt, & si qdam eō facie ad faciē deum viderūt, nunquā tamē illum in sua substāta videre potuerunt, nunq; propriā eius vocem, aut loquēlam, nisi mēte audierūt. Ille talis testimoniū perhibuit de me. Et verbū eius nō habetis in vobis manens, quia quē misit ille, huic vos nō creditis. In hoc reatus vester est, in hoc peccatū vestrū manet, quia verbum eius non habetis in vobis manens, qd ex eo liquet, quia quē misit ille, huic vos non creditis. Nā & si neq; vocē eius vnq; auditistis, neq; specie eius vidistis, attamen verbum eius auditistis, legē eius accepistis, prophetas ab eo missos habuistis, & illos qdem legēdo eū, de quo loquor, q misit illos, qui p illos loquutus est, & legē dedit, labijs honoratis, cor autē vestrū longe est ab illo, qa verba eius ore quidē profertis, sed nō ea in corde vestro quasi in libro scriptis. Propter qd dico, qa verbum eius in vobis, id est, intrinsecus in libro cordis vestri, in internis aīa vestrā sensibus nō habetis. Huius rei manifestū indicium in eo est, q vos huic, quē misit ille, nō creditis. Huic inquam, nō alij, sed huic, id est, mihi q nūc præsens sum, q cū illo quondā loquutus in lege & prophetis, ecce assūm. Hic em̄ ego sum, quem ille misit, nō vt essem q non eram, sed vt visibilis fierem, q & que vt ille inuisibilis erā, vt corpus assumerem, qui incorpore⁹ erā, vt homo fierem, qui deus erā. Sed huic vos nō creditis. Ne ergo putetis, q verbū eius in vobis manēs habeatis, dū cōtra me sabbata vestra defenditis habentes in cordibus vestris putredinē laboriosæ iniqtatis. ¶ Proinde sic estis vt sepulchra dealbata, quæ foris pulchra parēt oculis videntium, intrinsecus autē plena sunt ossibus mortuorum. Nā sicut illa deforis pulchra eē, & intus plena eē possunt putredine, sic vos & in sabbatis vestris vacare, & totā legē Moyſi ore lectitare, & verbū dei potestis in vobis manens nō habere. Ecce dixi vobis qs ille sit, alius q testimoniu perhibet de me, maior vtiq; homine, maior incōparabiliter Iohāne. Dicitis nūc mihi? Quādo ille, vel quale testimoniū perhibuit de te? Ad hāc inquā. Scrutamini scripturas, qa vos putatis in ipsis vitā æternā habere. Et illæ sunt qua testimoniū perhibet de me, & nō vultis venire ad me, vt vitā habeatis. O surdi & cæci, q ad audiendū & videndū adducti, & sedētes in synagogis, vbi omni sabbato testimoniū illud psonat, nubes discurrentes manu attingitis, & eaꝝ tonitruū nō auditis, & discurrentia fulgura nō videtis, vt qd volumen legis magnū inertī collo baulatis, & pulchros prophetas codices delicatis manibus leuigatis? Nō vultis introrsum aspicere, nō vultis audire, imo & vidētibus dicitis, nolite videre, & audientibus nolite intelligere. O igitur rei iudicij, rei superni cōciliij, rei gehēnæ ignis. ¶ Scrutamini scripturas falsi & fallentes, quia vos putatis in ipsis vitā æternā habere, id est, hoc vobis ad vitā sufficere, q illas legēdo labijs, deū honoratis alieno corde. Nō est ita, sed scrutamini eas, cōsulite illas, voluntatem illæ querite, intentionē eaꝝ attendite, audite & videte qua vobis vitā promittat cōditione, qua via, quo duce. Illæ vobis respōdet, & illæ sunt quæ testimoniū perhibet de me, imo ipsæ sunt testimonia, quæ pater perhibet de me. Sed quid ego dico scrutamini illas? Iam-dudum scrutati estis, & me monitorē audire dedignamini, cum ex vobis sint magistri sedentes super cathedram Moyſi, scripturas optime perscrutati, vt nec iota vnum, nec vnu apex de omni lege illos effugerit, vnde sua possint lucra venari, siue menta, siue anetum, siue cymimum decūmandū sit. ¶ Non ita cæci estis, vt oculos nō habeatis, nō ita surdi estis, vt aures vobis nō sint. Vnde dixi per prophetam, imo & paulopost rebus dicturus sum ipsis cōdēm prophetiam: Educ foras populum cæcum & oculos habentem, surdum & aures tifunt. Scrutati ergo estis scripturas, & hoc scitis quia ille testimonium perhibet de me, & nō vultis venire ad me, vt vitam habeatis. O igitur pharisei, vere secundum nomen vestrū diuīsores, sed male diuidentes, scilicet culicem liquantes, & camelum glutientes, quomodo in scripturis vos vitam habere putatis, dum in exiguis lucrosæ iustitiæ minutis, decimādo videlicet mentam & anetum, dilatando phylacteria, & magnificando fimbrias curam omnem impenditis, & in his fidutiam habentes, tanquam inde viuere possitis, ad me camelum oneriferum venire nō vultis, vt me portāte morticina peccatorum vestrorum, vitā habeatis. Impi & cæci, desertores vitæ & salutis, vbi hāc duo constant, vnu quia illæ, scilicet scripturæ sunt, quæ testimonium perhibent de me; & aliud, quia nō vultis venire ad me, vt vitam habeatis, vbi inquam hāc duo constant, quomodo tertium stabit, scilicet in ipsis vitā æternam habere, quod vos putatis? Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. ¶ Alioquin clamabo lapidibus istis, & ipsi audientes & videntes respondebunt. Dicamq; eis: Quomodo tacent isti filij Abrahæ, saltē vos o lapides clamate, vos iustitiam loquimini, vos recta iudicate, vt possint de vobis fuscitari filij Abrahæ. Dicite inquam. Scripturæ ille, in quibus isti se putant vitam æternam habere, illæ sunt quæ testimonium perhibet de me. Quod si se scire dissimulent, coarguet eos Herodis sacrilegi homicidium, cui querenti me ad perdendum nativitatis meæ locū ostendentes optimè scierunt, verum de

Exod. 33
Num. 12Esaīa, 25
Matth. 15

Esaīa, 52

Iudæi vt
sepulchra
dealbata.Esaīa, 6
Psal. 35
Matth. 5

Matth. 23

Esaīa, 43

Matth. 23

Luc. 19
Matth. 30

Mat. 24

CXVI. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. V.

prædictis scripturis proferre testimoniū. Clamamus (inquit) eos nō nescire, q[uia] scriptura illæ sunt q[uia] testimoniū perhibet de te, & nobis duratibus hoc ipsi diffiteri nō poterūt. At illi **Vana spes** nolūt venire ad me, vt vitā habeāt. ¶ Quid ergo? Quis (inquit) concludere hic illos nesciūt? In art. **Judæorum** in art. **Quis** nō videat validis repugnaculis vanā spem illorū dirutā esse, qua putat se in scripturis. **Ris** vitā æternā habere, potiusq[ue] illos verbū dei in semetipſis manēs, sicut ipſe dixisti paulo ante, nō habere. Nūc ad rem redeam. Plane & firmissime id cōfectū est, testimoniū me habere maius Iohāne. Superius q[uia] iam dictū fuerat, nullo abnuente, Iohāne, ad quē vos mifistis, vfo q[uia] iudicio magnū fuisse, lucernā ardente & lucentē extitisse, & illū mihi testimonium phibuisse. Causa aut̄ h[ic] posita fuerat, vt me demōstrantē vana hoīm gloria nō delectari, me dicēte: Ego testimoniū ab hominibus nō accipio, sed h[ic] dico vt vos salui sitis. Igitur (sicut dixi) ego testimoniū ab hominibus non accipio, sed h[ic] dico, vt vos salui sitis, **Chrūs glo-** sic nūc eodē sensu cōcludo. ¶ Claritatem ab hominibus nō accipio, sed cognoui vos, q[uia] dile- **riā nō que-** ctionē dei non habetis in vobis. ¶ An putatis q[uia] idcirco me prædicē esse filiū dei, q[uia] vestris **fluit a lus-** suffragijs attolli, vestrisq[ue] festinē laudibus cōmēdaris? Existimatis q[uia] vñquā idcirco me ze- **dæis.** lus comederit, vel q[uia] propter hoc increpem duritiā cordis vestri, q[uia] nō iamdudū sup solū Dauid & sup regnum eius me sedere fecistis, celsoq[ue] tribunali extollendo (vti regibus terre mos est fieri) regē Christū me esse voce præconia declarasti? Nō est ita, sed idcirco irā the- faurizatā repono vobis, q[uia] cognoui vos dilectionem dei nō habere in vobis. Nunq[ue] ergo claritatē à vobis accipere cōtendo, videlicet soli lucere in cœlo, & mundū illuminare nō li- cebit, nisi vos illi candelabrum cœli fabricaueritis miseri hoīes, tenebræ & nō lux, tenebræ inquam & exiles vñbræ, nonne ego (vt iam demonstravi) testimoniū habeo maius lucer- na ardente, & lucēte Iohāne? At ille claritatē à vobis adeo nō accepit, vt volētibus exultare ad horā in luce eius, & claritatē eius supra q[uia] erat, vestris adulatiōibus augere (existimaba- **Matth. 3.** tis em̄ illū Christum esse) flatus vestros inanes repelleret, dicēdo: Genimina viperaz, qui ostendit vobis fugere à vñtura ira? Quāto magis ergo ego claritatem à vobis nō accipio? **Lucæ. 3.** ¶ An quia me vobis negātibus, ego fidelis pmaneo, & meipsum negare nō possum, idcir- **Matth. 5.** co vanæ gloriæ non deseruo, nec vobis aliter placebo, nisi via veritatis, & vita, q[uia] sum ego radios hominibus abscondero? Quæ est ista tā malitiosa vestra intētio? Nunq[ue] venit lucer- **Matth. 6.** na, vt in abscondito ponat, vel sub modio, & nō potius sup candelabru, vt luceat omnibus q[uia] in domo sunt? Igitur neq[ue] claritatem ab hominibus accipio, neq[ue] claritatē quā dedit mihi pater hominibus abscondo, sed sicut lucerna fulgoris stans sup candelabrum meū, & oēm simplicē oculū illustrabo, vt totū corpus eius lucidū fit, & omnem oculū nequā publicabo, vt appareat omnibus totū corpus eius q[uia] tenebrosum fit, quales estis vos, q[uia] ego cognoui, quia dilectionē dei nō habetis in vobis, quia. ¶ Ego veni in nomine patris mei, & nō acci- **Hiere. 2** pitis me. Si aliis venerit in noīe suo, illum accipietis. ¶ Hic em̄ fructū malæ arboris, hic ma- **Iohā. 8, 9.** lus thesaurus est cordis. Quid ergo? Nisi prius malū gustassem fructū, nō cognouissem ra- **Psal. 5, 13.** dicē arboris malæ, nō cognouissem amaritudinē vitis alienæ? Nisi prius diceretis? non est hic à deo qui sabbatum nō custodit, & dæmoniū habet, & insanit, postremo nisi psequere- **Hiere. 15.** mini, & occidere me q[ue]reretis, nescirem adhuc q[uia] verbū dei non habetis in vobis manens, vel q[uia] dilectionē dei nō habetis in vobis; Imo & anteq[ue] sepulchrū gutturis vestri pateat, & os vestrū maledictionē & amaritudinē despumet, q[uia] sunt in corde vestro, oculi mei vident, & in libro meo oīa scripta sunt. Nunq[ue] hoc solū q[uia] nūc facitis, nō accipiētes me, video nūc in corde vestro, & i libro meo scribo? Nēpe & hoc & aliud q[uia]d nondū fit, iamdudū vidi & scripsi. ¶ Dico em̄: Si aliis venerit in noīe suo, illum accipietis. Adeo scio vos expertes verbi dei, adeo vero iudicio cordium cognoui vos exortes dilectionis dei, vt & hoc iamdudū no- uerim, q[uia] quanto nunc odio psequimini & occidere quæritis me, qui veni in nomine pa- tris mei, i. in hac professione q[uia] deus pater me⁹ sit, & ille me miserit, & hoc palam facio, dū non gloriā mundi querō, sed gloriā dei, tāto stultitiae vestræ tripudio suscipietis hominem peccati, filiū pditionis, q[uia] veniet in noīe suo, i. effert se præsumptiōe sua dū aduersat, & ex- tollitur supra omne q[uia]d dicitur deus, aut q[uia]d colitur, ita vt in templo dei sedeat tanq[ue] sit deus. Illius em̄ spūs estis, & ego noui, vt cito acquiescatis mendacio, q[uia] ad veritatē surdi, indoci- les, & cæci estis, amici tenebræ, & rebelles luminis, amantes gloriā mūdi, quā per homi- cidia vobis ille dilatans odientes gloriam dei, qua ego verbo & exemplo prædicans vobis odio sum gratis. ¶ Et vos quādoq[ue] criminis vestri magnitudinē videbitis, q[uia] nūc nō accipi- **Testimo-** tis me venientē in nomine patris mei, venientē benedictū in nomine dñi, ita extolle ille **nium legis** quæ vos suscipietis, & hoc tām dices, hoc solū profitens, cū testimonio vestræ legis, q[uia] est in **de Christo** me nomen dñi. Ego em̄ sum angelus ille, de quo dicit deus & dominus legis Moysi: Ecce **evidens** ego mitto angelum meum, q[uia] præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum quæ **Exodi. 29.** paraui. Obserua eū, & audi vocē eius, nec contemnendum putas, quia si dimittet cum pec- **Esaiaz. 9.** caueris, & est nomē meū in illo. Ego inquā ille angelus, sum angelus pacis & cōfili, angel

vite & veritatis. ¶ Et est in me nomē dñi. Nā excepto eo, q̄ ille pater, & ego sum filius, ille genitor, & ego genitus, qdcūq̄ eius est nomē, in me est, & æque vt ille nuncupor dñs, deus, omnipotēs, increatus, immēsus, æternus, & qdcūq̄ aliud nomē de vero deo prædicat, quē vos dicitis, q̄a deus noster est, & nō cognouisti cū. Vos ergo pctrī vestrū apprehēdet, & pctrī vestrū vos inuenietis, q̄a non accipitis me testē veritatis, suscepturi asūt estis principē vanitatis, vtpote q̄ toti carni & vanæ gloriæ dediti estis. Proinde crimē eiusdem vanæ gloriæ, qd̄ in me falso intorsistis, nunc ego retorqueo veraciter in vos cū pœna peccati. Dico em̄: L Qūo potestis vos credere q̄ gloriā ab inuicē queritis, & gloriā q̄ à solo est deo non queritis. ¶ Pctrī q̄ppe est, q̄ gloriā ab inuicē queritis, sicut & magistri vestri scribæ & pharisei, q̄ oia faciūt vt videantur ab hoībus, amates primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutatiōes in foro, & vocari ab hoībus Rabbi, imo q̄ gloriā ex vobis metiōis turpē & immūdā q̄ritis, velut oēs æthnici, q̄rum deus vēter est, & gloriā in eōe pudēdis, q̄se deus māmon est, & gloriā in rebus pessimis, lētant̄ em̄ & exultat̄ cū male fecerint. ¶ Pctrī inquā vestrū hoc est, pœna aut̄ peccati hæc reddit̄, q̄a perinde excēcati crede nō potestis, & venire ad me, vt vitā habeatis. Credere vel venire ad me, gloriāq̄ ab inuicē querere, valde sibi inuicē aduersant̄ & repugnāt, simulq̄ eē non possunt: cōsequunt̄ autē se inuicē, gloriā ab inuicē querere, & gloriā quē à solo est deo nō querere: sic ecōtra sibi cōsentīt, sēp̄ inuicē consequunt̄, credere vel venire ad me, & gloriā quē à solo est deo, querere. Quē em̄ est illa quē à solo deo est gloriā, nisi testimoniu bonæ cōscientiæ? Hæc vtiq̄ vera gloriā est, q̄a non pōt fallere, q̄ aut̄ ab inuicē est gloriā fallit semp, vnde & falsa & vana est. Ergo illā gloriā verā, scilicet bonā cōsciētiā, gloriā inquā & honorē vobis thesaurizare, i. credere vel venire ad me nō potestis, q̄diu gloriā ab inuicē queritis: nec aliā ob causam ad me venire nō vultis, nisi q̄a in vanitate lōge à deo gloriā inij. Igit̄ falso suspicamini me testimoniu vel claritatē accipere velle ab hoībus, à q̄ tā lōge est gloriæ cupiditas, vt ad me venire nō possit, quicūq̄ ab hominibus gloriā querit: & ego in vos veraciter & iuste retorqueo crimen hoc, q̄ gloriā ab inuicē querendo ita cæcati estis, vt veritatē audire nō possitis, imo & gloriā dei vobis odio sit. Quid deides? Putatis accusante cōsciētiā, q̄ vobis talionē reditūrū sim? Vos em̄ obseruat̄is me, & circuitis obseruātes, vt inueniat̄is vñ accusetis me, & in hoc exacuitis vt gladiū linguas vñas, & intēditis arcū rē amarā, vt sagittetis in occulis immaculatū, & nō inuenitis, q̄ de regno vel gloria vñ habeā cupiditatis, quātū posfit à sagitta pungi, i. legitima accusatiōe ante Cæsares vel p̄fides vños declamari. Ego autē habeo multa de vobis loq̄ & iudicare. Quid ergo? Et ego vos equali vicissitudine accusatus sum? Nō. L Nolite putare q̄ ego accusaturū sim apud vos p̄rem. ¶ Putate imo & scitote causam vestrā lōge in pei? cecidisse, q̄a nō misit me p̄ accusare, sed iudicare. ¶ Non mihi vt accusatori verba dedistis, nō à qualicūq̄ exploratore p̄specti estis, sed incidistis in manū iudicis, sed apud me estis rei maiestatis, sed incidistis horrende in manus dei viuētis. Hic fili⁹ dei, cui vos nō creditis, ad quē vos venire nō vultis, vt vitā habeatis, cui p̄ om̄e iudiciū dedit, q̄a filius hoīs est, ecce ad audiēdas causas p̄cessit, in iudiciū em̄ in hæc mūdū venit, vt principē mūdi foras eniat̄, & oēs ei⁹ sequaces in diē malū reserueret, in diē occisionis, sicut p̄pheta p̄dixit: Ecce inquā iudex idēq̄ rex ad audiēdū processit, vosq̄ vincit̄ p̄ctis aī cōspectū ei⁹ adducti estis. Nolite ergo putare, q̄ ego accusaturū sim vos apud patrē. Seruabit q̄q̄ vobis apud me idē, q̄ in iudicijs vestris mos ē, vt nō fit vñus idemq̄ accusator & iudex. Ego autē (sicut iā dixi) qd̄ vos credere nō vultis, ego inquā, ego sum iudex. Accusatore ego atēdo contra quē nullus aderit defensor. Non em̄ accusator deest. L Est q̄ accuset vos Moyses, in q̄ vos speratis. ¶ Me iudice p̄fidēt Moyses accusat vos. Noua res nūc à me, vobisq̄ inopinata, dicta est. Vos enim in Moysē speratis. Quid nīt vos etem̄, discipuli Moyſi nos sumus dicitis, vos de cathedra Moyſi p̄detis, & cū surdis auribus audiatis dicētē: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota mēte tua, & ex totis viribus tuis, & proximū tuū sicut teip̄m, totāq̄ legē in his duobus mādatis p̄dentē & prophetas, post dorsum vñm proieceritis, in solis phylacterijs dilatatis, & magnificis simbrījs totos Mosaicos vos esse putatis. ¶ Itaq̄ & hoc speratis, q̄ si ego apud patrē vos accusauero, & pater quippiam dux sup̄ vos molitus fuerit, stabit Moyses pro vobis, & antiqua fortitudine deū tenebit. & cū dixerit p̄f, dimitte me, vt irascat̄ furor meus cōtra eos, & deleā eos, cōfortabit Moyſes brachiū suū, & tā diu cōplexu stringet illū, dicēs: Dimitte peccata populi tui, donec respondeat̄: dimisi propter verbū tuū. Nō est ita. Nō em̄ hic agitur iudiciū vt pater iudicet, & me accusante Moyses excusat̄: sed ego iudex, pater enim non iudicat quenq̄. ¶ Ego inquā Gene. 4 iudex, Moyses aut̄ accusator est, crudelis & clamosa conscientia vestra testis vñus: sanguis meus, quē vos persequimini (iā em̄ interficere me queritis) sanguis inquam meus clamans in cœlū de terra, q̄ aperiet os suū, & suscipiet illū de manu vñ, testis alius est, & ecōtra defensor nullus est. At vos in Moysē speratis, quasi ille peccatores & impios, vestri similes, fouere

Nomē dñi
in Christo

Matth. 4
Marc. 12
Lucas. 11
Matth. 23
Philip. 3
Matth. 6
Luc. 16.
Prouer. 2

z. Cor. 14

Chrūs nō
accusator,
sed iudex

Hier. 15

Judæi non
vere discis
puli Moys.
Iohan. 9
Matth. 23
Deuter. 6.
Matth. 22
Idē. 23

Exod. 32

Gene. 4

CXVIII.

RUPERTI IN IOHANNEM CAP. III.

souere consueuerit. ¶ Nonne & quando deū tenuit (vt prædictū est) stans in confractione, idem in nimia mentis humilitate, in conspectu eius, vt auerteret iram eius, nonne inquam prius q̄ manus suas ad deū expanderet, suas manus, manusq; omniū filiorū. L eui cōfiscavit in mortib; vestris, q̄ soli de tanto numero accesserūt ad eū dicentes: qui domini est, iungat mihi: Nōne & tabulas scriptas digito dei, valde iratus cōfregit, vitulūq; vestrū, deū vestrū aureū, corā quo saltātes lusistis, cōtrivit & minuit, & in fluuiū proīcens, ex eo vobis potū maledictiōis dedit, & vigintitria milia de numero vestro occidit? ¶ Quid igit sic iratus est, vbi corā vitulo vestro vidit vos saltantes, & ludētes, chorosq; ducētes, quanto magis nunc vos rebelles & incredulos, populūq; duræ ceruicis, ille idē iusta accusatione confringet, quēadmodū tabulas illas lapideas (qbus vtiq; duriora vestra sunt corda) iusto zelo confregit: Sceleratus em̄ nunc Barabbam latronē, homicidam, seditiosum, mihi præferre habetis, q̄ tūc deo, q̄ vos eduxerat de terra Aegypti, vitulum conflatilem prætulisti, & murastis gloriā vestram in similitudinem vituli scēnū comedētis, tūc ludētes atq; cātantes nūc tumultuantes, & crucifige crucifige conclamantes. ¶ Quapropter sicut illæ priores tabulæ manibus Moysi contractæ, & alia denuo de monte, instar priorib; incisæ sunt, sic accusatio Moysi vos prior populus iamiam condemnabimini, & alia gens maior & melior in tabulis cordis carnalibus æternā excipiet scripturam digitii dei. Non em̄ in vanū Moysi nūc dictum est: Cerno q̄ populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnā, quæ hac maior & robustior est.

*March. 27
Psal. 105
Mysteriū
tabularū
cofracta.*

Audiet quippe deniq; Moysen alia gens, vobisq; abiectis & iusta dānatione contractis, orbis terræ doctor hic erit, non in obscuritate literæ, sed in spūs claritate. Nam sicut cū priorib; tabulis facies eius non resulſit, sed cū acceptance tabulae posteriorē splendida facta est ex collocutione dei, ita vt patres vestri admirantes timerent & fugerent, ita nūc in doctrina noui populi vobis præferendi, ex collatione euangeliū glorificabitur lex, radijs gratiæ & veritatis, quādum prædicabitur * vobis ferre non valentes, toti aduersi fugient.

*2. Cor. 3
Exod. 32*

¶ Et hoc scitote, q̄a quod tūc dictū est illi de peccato vituli, verūtamen in die ultionis visitabo & hoc peccatū eoꝝ, nūc implebit, ita vt cū omni sanguine iusto, q̄ effusus est sup terrā veniat & illud peccatū super generationē istam. Est igitur qui accuset vos Moyses, in quo vos ore superbo speratis, & corde incredulo ab illo receditis, cū ille vobis, imo cūctis gentibus, cōtra vos clamet: q̄ domini est, iungatur mihi. Si em̄ crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, De me em̄ ille scripsit. Quia si literis illius nō creditis, q̄modo verbis meis creditis? ¶ Ecce qualē ad cōclusionis finē disputatio veritatis delectabilis & victoriōsa puenit, ecce qualiter aduersarias partes, & si non vicit vt flecteret, vicit vt cōfringeret. Putabant se esse filios Abrahæ, dicebant se Iudæos esse, sperabat in Moysē, adeo prompti fautores Moysi, vt quāreret interficere filiū dei. Nam propterea psequebantur eū, q̄a hac faciebat in sabbato. Cōfregit illos, ita vt nō possint stare, cōuicit illos Moysi nō credere, nec Iudæos eē, sed eē in synagoga satanæ. Si crederetis (inq; Moysi), crederetis forsitan & mihi. Exposuit cur à Moysē, vel vnde essent accusandi, videlicet q̄a non crederent Moysi. Et miro modo dicit: In quo vos speratis, subdēdo: Si em̄ crederetis. Sperare nāq; nō potest, qui nō credit. Mir; ergo videri pōt, q̄ hinc illos nō negat credere, hinc rursus eosde causat non credere. ¶ Proinde res nūc exigit, illā quæ à sanctis patribus recte p̄specta est, nō pretermittere distinctionē fidei. Audenter dicūt, q̄ sine fide neq; infidelis viuit. Nā si infideles percūctari velis, quē patrem, vel quam matrem habuerit, protinus respōdet illū atq; illam. Quē si statim requiras, vtrū nouerit quādo conceptus fit, vel quando natus, nihil horum se nosse fatebit, & tamen quod non vedit credit. Nā illū patrem, illamq; se matrem habuisse, absq; dubitatione testat. Itaq; fatentur, q̄ & infidelis habeat fidem. Habēt etem̄ infideles fidem, sed vtinā in deū: quam vtiq; si haberent, infideles nō essent. Cū itaq; sit & fides, quam infideles quoq; habere possunt: & fides, quam qui habēt, infideles non sunt, recte Iudæi & sperare in Moysē, & Moysi redargūtur nō credere. ¶ Nam secundū fidem, quam & infideles habere possunt, optime tenebant & nūc tenent Iudæi, nobiles & sanctos patres se habuisse, Abraham, Isaac & Jacob, principes ac duces, reges quoq; ac sacerdotes, & turgida spem magno vento superbiæ gestabant, de illoꝝ meritis nimiu præsumentes, cūctasq; gestes & immūdas & ignobiles rigida nimium cordis ceruice despiciētes. At vero spem in deum vel fidem, per quam Abraham cæteriq; patres iustificati sunt, illos non habere vel habuisse, satis vsq; hodie manifestū est. Recte igitur cū dixisset dominus: Est q̄ accuset vos Moyses, in quo vos speratis, protinus adiecit: Si em̄ crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. ¶ Vbi dicendo forsitan, acerrime duritiam cordis eōꝝ ad credendū expressit, q̄p̄ cū & electi ex illis, Apostoli bene credētes Moysi, & expectantes promissum p̄ prophe tas regnū dei, tam difficiles ad credendū fibi fuerint, vt & ipsos increpauerit dices: O suili & tardī corde ad credendum in his quæ locuti sunt prophetæ, Itaq; licet posito hoc antecedenti,

*2. Cor. 2
Exodi. 34*

*vos

*Exod. 32.
March. 25
Exod. 32.*

Apoc. 2

Duplex fi des.

Qto crede bāt, & non credebant Mosi Iudei

Luc. 24

cedetis: Si crederetis Moysi, cōsequēs fit: crederetis & mihi, tamē qā potuit in discipulis qā eius fieri, vt credētes Moysi, non statim crederēt & huic, sed ingēti opera strui oportuit, vt crederēt hūc esse, de qā Moyses scripsit, recte ait: crederetis forsitan & mihi, Vnde & subsecutus, nō dixit: qā si verbis meis non creditis, qāo literis eius credetis? Potuit em̄ fieri, vt credens quis literis Moysi, necdum continuo verbis eius crederet: sed firmissime dixit: qā si literis eius non creditis, qāo verbis meis creditis? Sicut em̄ literis legislatoris iamdudū se-
pulti nō credūt, verbi gratia dicētis: Ecce ego mitto angelū meū &c. vñqā & est nomē meū in illo, quomodo verbis eius præsentis, de ipsis nati, & inter ipsos nutriti crederēt, ipsum no-
men in seipso esse profitentis, id est, deū dei filiū se esse afferentis, cuius respectu deus pater
nominandus sit, vel aliquod nomen proferentis, quod nō est nisi solius dei, verbi gratia, cū
diceret: Ego principium qui & loquor vobis.

Exod. 33

Roma. 8

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELI-
stam Commentariorum Liber Sextus.



Rælibati anni curriculo qd deinceps fecerit, quæ qā dixerit dñs Ie-
sus, ab hoc Euāgelista prætermittunt, qā videlicet eōgā satis multa
in cæteris Euāgelistis habent. Hic nāqā annus ille est, in qā initū do-
minicā p̄dicationis ordiunt. Sequētis ergo anni, qā vltimus est, vitæ
mutabilis, vitæ incōmutabili semper in se viuentī narrationem in-
greditur, tāto plus splendoris habentē, quāto vicinius sp̄ctat, mox
affuturā post finē eiusdē anni dominicā passionis & resurrectiōis
sempiternā lucē. Tūc em̄ vere nobis om̄i nube discussa, benigna so-
lis æterni claritas emicuit, qñ verus iste agnus, vt auferret peccata
mundi, mortē nostrā moriendo destruit, & vitam resurgendo re-
parauit. Huius aut̄ beneficij claritatem præsentis anni præmittit, in eo maxime, qā dñs no-
ster necessariā vitæ nostræ, suæ carnis escam, suīqā sanguinis potū cōmendans: Nisi mādu-
caueritis (inq̄) carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis.
Igitur habitu cū Iudæis fideli & omni acceptione digni sermonis cōflictū, hæc euāngelicæ
narrationis lectio sequitur. L. Post abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, &
sequebatur eum multitudo maxima, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirma-
bantur. Non præpositiue post hæc abiit, sed absoluto aduerbiō post abiit legendū. Non
enim ab Hierosolymis, vbi facta vel dicta fuerat ea, quæ supra memorata sunt, abiit dñs Ie-
sus trans mare Galilææ, vt faceret vel diceret ea quæ præsenti continētur lectione. Nam &
quādo post abierit illuc, & hic Euāgelista patenter innuit, dicēdo: Erat aut̄ proximum pas-
cha, dies festus Iudæogā, videbant circa finem anni prælibati, & vnde, quo vel cur abierit
& ista fecerit, Euāgelista Matthæus euidēter aperit. Videlicet vnde, nisi de patria sua Na-
zareth, vbi non fecit virtutes multas propter incredulitatē illoqā. Cur aut̄ inde abiit, nisi qā
scandalizabantur in eo? Dicebant enim: Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicit
Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Symeon, & Iudas, & sorores eius, nōne om̄es
apud nos sunt? Vnde ergo huic ista omnia? Herodes qāqā Tetrarcha fama eius audita: Hic
est, inquit, Iohānes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Pro-
pter hæc à patria sua discedēs, qualem in locū abiit trans mare Galilææ? In locū (inq̄) deser-
tum seorsum. In his omnibus mysteria cōtinentur, nūc interim literā prosequamur. Abiit
inq̄, trans mare Galilææ, qd est Tyberiadis. Primo dicendū iuxta historiā, qā mare Galilææ, qd multis pro diueritate circūiacentiū regions vocabulis distinguitur, illis tantū in lo-
cis mare Tyberiadis vocatur, vbi Tyberiadem ciuitatem, aquis, vt aiunt calidis salubrē ab
occidente præmonstrat. Siquidem interfluente Iordanē, duodeviginti passuum milibus in
longum, & quinq̄ extendit in latum. Solum hoc miraculum de omnibus qā ab alijs dicta
sunt, ab hoc Euāgelista iteratū est. Quare? Videlicet vt secundū authoris intentionem &
opus pariter & causas operis perscriberet. Nam cū hæc visibilia faceret dominus, inuisibili-
um instātia rege miro modo (vt ait ipse) cōartabat vñqā dum perficerentur, & quemadmo
dum ex abundātia cordis os cuiusqā nostrum loquīt, sic ipse secundū diuinæ maiestatis suæ
opa, qā intus meditabat, foris mirāda operabat. Deniq̄ cū cibus suis esset, facere volūtatem
Quocq; panis spūalis, qui est sermo dei. Siquidem in fame panis huius corporalis, graue de fiderium est in saturitate fastidium: in fame autem panis illius, i. verbi dei, graue est fastidi um, in saturitate desiderii. Bene ergo de eiusmodi dictū est: Omnē escam abominata est anima eoz, quia videlicet filius gentilium poetaz, aridumq; & vacuum Tullianæ facū dī scenū, tanquam grandes delicias esuriunt, scripturas autem prophetarum & sanctiorum patrū, tanq; inanem paleam fastidunt. Quod qdā magnus diuini coniuua sermons iam effectus, si quando (inquit) in memetipsum reuersus, prophetas legere tentasse, Verba His sermo horrebat in cultus, quia lumen cæsis oculis videre non poteram, qd tamē non oculorum culpam putabam esse, sed solis. Sed de hmōi quoq; necessitatibus ac tribulationibus dominus, vt in his quoq; confitentur illi misericordia eius, liberavit eost. Et misit (inquit) verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eoz, vt panem scripturarum & ipsi manducantes, & alijs frangentes, sacrificarent sacrificium laudis, & annuntiarent opera eius in exultatione. Ethoc maxime in supradicto miraculo significatum est, dum de paucis panibus refecti hoies illi hoc opus laudauerunt, & annuntiauerunt, qd hic est vere propheta qui venturus est in mundum. ¶ Quartum necessitatis periculum, vel quarta confessio misericordiaz, rectorz vel prælatorz sanctæ ecclesie est, qui dum inquietis turbis præsunt, multis curaz persecutionumq; fluctibus tribulanf, tandemq; auxilio dñi visitant, & de necessitatibus educti suis magnifice lætificant. Ipsi namq; sunt de quibus continuo Psalmista: Qui descendunt (inquit) mare in nauibus, facientes operationem ibide in aquis multis, ipsi viderunt opera dñi, & mirabilia eius in profundo. Horum periculū, i. spūs procellæ, dicente, i. permittente dño, stat & inualescit, vt exaltent fluctus eius, vt qui nunc per contemplationem ascendunt usq; ad cœlos, repente descendant usq; abyssos, sed ditiosis turbis agentibus, turbenturq; & mouent sicut ebrius, & omnis sapia eoz deuoretur. Nam & Moysi sapia tali conturbatione deuorata est, qd exacerbauerunt spm eius, & distinxit in labijs suis, quia videlicet solita fide tunc non est locutus ad aquas contradictionis, horum (inquam) periculum & subuenientium misericordiaz laudabile miraculum in eo significatum est, qd discipulis nauigantibus (vt prædictum est) mare magno vento flante surgebat, & dñs ambulans super aquas, veniensq; ad eos, statuit procellam eius in auram, & filuerunt fluctus eius, & lætati sunt, quia filuerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eoz. Statim enim (vt prædictum est) fuit nauis ad terram, quam ibant. Sequit. L Altera die turba, que stabat trans mare, vedit qd naucula alia non erat ibi nisi una, & qd non introisset cum discipulis suis in nauim, sed soli discipuli eius ascenderant. Aliæ vero superuenerunt naues à Tyberiade, iuxta locum vbi manducauerunt panem, grās agentes dño. Vedit (ingt) turba qd naus alia non erat ibi nisi una, & qd non introisset cum discipulis suis Iesus. Hoc aperte dictum est. Sed qn hoc turba illa vedit. Altera (ingt) die, videlicet quando nec ipsa naucula iam ibi erat, utpote quam procedente vespera discipuli sui ascenderentes (vt supradictum est) venerunt Capharnaum. Ergo non corporali tunc visione, sed visu vedit memorie. Igitur simplici quidem elocutione, sed aperta, satiæ clara significatione sanctus Euangelista nobis innuit turbam illam multum attonitam, valde sollicitam trans mare stetisse, & comperto à superuenientibus, quod Iesus cum discipulis suis esset trans mare in altera parte, conjecturali collatione miraculum quod nonviderant inuestigasse, videlicet præterita respiciendo, scientes nullam aliam nauiculam ibi stetisse. Iesum autem cum discipulis suis non ascendisse, igitur aut pedibus illum super mare ambulasse, aut in modum Heliæ, quē spiritus domini plerunq; de loco ad locum transferret, istum quoque, quem vere magnum prophetam esse paulo ante dixerant, spiritu dñi trans mare raptum fuisse. L Cū ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt naues, & venerunt Capharnaum, quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? Ergo (ingt) quia aliae naues superuenerunt, & sic transserandi facultatem habuerunt ad quærendum Iesum. Ascenderunt ut quærent eū, & inuento. Quando (inquiunt) huc venisti, nō ausi dicerez Quare huc tam cito venisti? ¶ Nam intentionē, qua illum quærebant, vel consilium qd in deserto conceperant, vt raperent eum, & facerent regem super se, tutum fore nondū arbitrabant, in ciuitatibus prodere, quippe nondum confirmati, nec consensu eius animati, vt postulabat negotium tantæ rei. Maluissent ergo tardasse illum in deserto, donec acclamato, vel sublimato super se rege, datisq; sacramentis militaribus, bellicisq; ordinatis functionibus. Primum in idipsum Tetrarcham Galilææ Herodem, deinde in cæteros regni Iudaici Tetrarchas armati signa inferrent, sicque liberato regni Davidi solio, Romanam ipsam, cum toto, quod sub illa erat mundi imperio, tanti principes facti, rege suo præente, subiugarent, sicq; implerent prophetiam dicentē: Et possidebit domus Iacob, quise posse derant. L Respondit Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis, venistis ad me, nō

Intentio eorum qui Iesum quærebant, id est, ut regē fasceret

CXXVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VI.

quia vidistis signa, sed quia manducasti ex panibus, & saturati estis. ¶ Fidei quæ rēti intellec-tū eōs, quæ ab hoc loco veritas dicere incipit, ante oīa scire cōuenit (in q̄ntū possibile ē) qua intentiō ea dixerit, illamq̄ p̄e oculis habere, vt in luce eius faciem agnoscat, eiusq̄ verbi qualis sit, & aduersus oēm corporis & sanguinis Ch̄ri inimicū, hæretici iudicare vel tractat⁹ de discernere queat indubitanter, qualis nō sit. ¶ Est aut̄ hoc in eius intentiōe cōsiderandū, eucharistiā q̄eadē via, p̄ quā vita exclusa, morsq̄ admissa est, mortē excludere, vitamq̄ homini reducere parat, s.p credulitatē rei, quam cōstat inuisibilē esse nec hūana rōne posse cōprehēdi. Scimus em̄ quia primi parētes nostri acquieuerunt diabolo mēdaci, & mēdaciū (cuius ip̄e pater est) loquēti ac dicenti: Nequaq̄ morte moriemini. Scit em̄ deus q̄a quacūq̄ die comederitis ex eo, aperient̄ oculi vestri, & eritis sicut dīj scientes bonū & malū. Nungd̄ dixerunt, quō p̄t hoc lignū oculos n̄os aperire, sciam boni & mali afferre, deos nos efficere. ¶ Hoc igif sciēdum est, q̄a quēadmodū peritus medicus sc̄dm morbi naturā, quā nouit antidotū tēperat, & dicit ægrotanti, q̄a tale venenū bibisti, vētalē herbā, aut quālibet rem malā comedisti, nisi hoc illi contrariū sumpseris, viuere nō poteris. ¶ Sic authorit̄, cū dicit: Nisi māducaueritis carnē meā, & biberitis sanguinē meū, nō habebitis vitā in in vobis. Hoc p̄ summā iustitiā intēdit, vt quantū homo mēdacio credidit, tñ credat veritati: quantū credidit deceptiōi supba p̄sumptiōe, tñ credat redēptori humili subiectiōe, tanta fide comedat panē, & bibat calicē Ch̄ri, quanta infidelitate comedit fructū veritātis, ut de isto credat plus q̄ videre possit, q̄ de illo plus q̄ videbat, & oīno plus & aliud q̄ esse poterat, nulla rōne adductus credidit. ¶ Sed iam ad ipsa vitā æternā verba veniēdum est: Amē amē dico vobis (inqt̄) venistis ad me, non q̄a vidistis signa, sed q̄a manducasti ex panibus, & saturati estis. ¶ Rex iste, q̄ nō ab hoībus fit, sed hoīes ad regnū suum colligit, nō reges de solijs suis ejicit, vt se deat ipse pro illis, sed cupiditatē euerit, & charitatē cōstruit in cordibus n̄ris. Nā qđ istis hoībus dicit, oībus cupiditatis satellitibus dicit in qbus tametsi Ch̄m sequi, v̄l deū quærere videant, tñ tunc vere cupiditas regnat, si deū propter aliud q̄ propter ip̄m querūt aut sequunt. ¶ Cū igif audimus dicentē regē istū: Venistis ad me, nō q̄a vidistis signa, sed q̄a māducaisti ex panibus, & saturati estis, ad cor suū quisq̄ nostrū redeat, & interroget semetip̄m, qua mēte ad thronū vel mēsam eius ad-eat. i. qđ desiderās ad sanctū altare eius accedat. Sunt illic signa quæ fecit Iesus, sunt & pa-nes qbus q̄ accedūt, pascunt, & q̄ nihil aliud esuriūt, saturant. Signa quæ facta sunt sup his qui infirmabant, illa sunt qbus sanamur, mysteria incarnationis, nativitatis, passiōis, resurrec-tionis & ascensiōis eiusdē dīi nostri Iesu Ch̄ri. Qui propter hæc veniūt gaudētes, & gra-tias agētes, q̄ ea videre meruerunt tpe qdem p̄terita, virtute autē semp̄ p̄sentia, & lan-cto desiderio pascunt in his, nō illos tanq̄ raptores suimet rex Ch̄rus refugit, sed esse ciues & domesticos suos agnoscit, vt faciat illos inuenire qđ querunt, q̄a iam intra illos est re-gnum dei, iam sunt ipsi intra regnū charitatis. ¶ Panes aut̄ regis eiusdē Ch̄ri, panes (in-quā) multi, nō vnuū panis: non em̄ de illo vno pane, q̄ est ip̄e Ch̄rus, sed de panibus eius nunc agit. Panes ergo Ch̄ri regis sunt illi, q̄ pro mercede constituti, iusta & antiqua lege debent his, q̄ altario deseruiunt. ¶ Qui soli huic mercedi inhiant, & ob hanc solam sacri altaris ministerio se ingerunt, raptores regis, & p̄uasores regni sunt, importunū ornantes soliū int̄pestiuū portates subselliū. Dicit eis rex tam acriter q̄ sapiēter: Amē amē dico vobis, venistis ad me non q̄a vidistis signa, sed q̄a manducasti ex panibus, & saturati estis. ¶ Attēdite oī sacerdotes vt recte ser-uatis dño. Roma. 13 Amos. 5 Deuter. 25 Cor. 9 Matth. 26 Matth. 15

Hæc q̄iescūq̄ feceritis, in mei memoriā facietis. Quid igif dicā, quo facto regē, quē queritis, nō rapaci cupiditate, sed ordinata charitate apphēdere possitis. ¶ Operamini nō ci-bum qui perit, sed qui p̄manet in vitā æternā. ¶ Operamini (in quā) nō cibū qui perit. Ci-bus ille q̄ saturati esis, propter quē vos ad me venitis, vt ite q̄ saturēmini, q̄a ite q̄ esuriētis quotidie perit, & q̄ies intrat in os, toties in vētrē vadit in ventrē (in quā) & nō in mentē vadit, & in secessum emittit, & sic perit. Talē cibū nō dico, vt operemini, nō cōmoneo, vt pro illo solliciti sitis, nō inuitō vos, vt ppter illū ad me veniatis. Nō em̄ ad hoc in hūc mū-dum veni, vt impleā horrea vestra saturitate hmōi, & vino torcularia redundēt, vnde am-plius grauenf corda vestra in crapula & ebrietate, & curis seculi. Iam quippe sufficit diel vestro malitia sua hæc, ita vt diem illum p̄uidere nō possitis, qui tanq̄ laqueus supueniet

Vniuerso orbi. Sed illum potius cibum dico vt operemini, qui pmanet in vitam æternam. i. qui in hac mortali vita manducatus, ad hoc valet, ad hoc proficit, vt vitam det mundo æternam. Hunc talē cibū operamini. ¶ Quē filius hois dabit vobis. ¶ Dabit (inquit) nō debet: ne forte talē cibū vel tales cogitatis panes, quales manducastis (vt predixi) & saturati estis, q̄a videlicet nō aliud esuritis, q̄a vos esuriem sitimq̄ iustitia nō habetis. Illum vobis cibū bñdictio sua multiplicatū dedit, & nō dabit, nec assuescetis, hoc rege, in otio, ciboḡ abundantia crapulari, remota iam à vobis pena, qua iuste operat homo terrā in sudore vultus sui, hunc aut̄ cibū nō dedit, sed dabit, cū vos opus eo cibo dignū opati fueritis. Tūc (inquit) & nō aī vobis dabit. Quare? ¶ Hunc em̄ pater signauit. ¶ Idcirco nō nisi operantibus dabit hunc cibū filius hois, q̄a p̄f hūc signauit, hunc à cōibus signis certo & proprio signo suo distinxit, vt cū alios cibos oēs bonis ac malis operantibus, & otiosis cōes fecerit, eadē largitate, qua solē istum visibilē facit oriri sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos: solum hunc panē, hunc cibū, de quo nunc loquor vobis, nunq̄ dare velit nisi dignis. i. opantibus opus dei. Ita signauit, ita clausis oībus cōloq̄ portis apud se cōtinuit, vt nō cū cibis cōibus patiat̄ à canibus vel porcis inueniri. ¶ Quo aut̄ signo hunc signauit? Magno plane & reuerēdo signo. s. nomine suo. Dixit em̄ de hoc pane viuo, & est nōmē meū in illo. Nomen qđ ē dñs deus ac dei filius, huius panis propriū signum est. Cui em̄ an gelorū & hoīm dixit aliquid: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hæc & hm̄i nomina, quæcūq̄ sunt diuinæ naturæ, proprie panis huius signa, imo vnum propriū signum sunt. ¶ Præterea, signauit hūc eundē, nōdum quidem in re, sed iam dudum in prædestinatione mox autem signabit in re, signo qđ omnes videbitis, qñ coquet hic panis igne passionis, vt absq; signo suo, qđ est sua crux, nō detur ad manducandum alicui: nec ab aliquo possit, nisi per hoc signum agnoscit aut inueniri, capi vel manducari. Igif cum dixisset dominus Operamini cibum, qui pmanet in vitam æternam, iam nil supesse videbat operarijs illis tam promptis, q̄ quæsierant rapere illū, & facere regē sup se, nisi vt designato sibi ope admitterent ad promerēdum cibum, qui nō posset perire. Nam in se in oram nullam fore, auida spe præsumebant, quin facerent, quicquid præcipiteret largitor tanti stipendiij rex. ¶ Dixerunt ergo ei Iudei: Quid faciemus, vt operemur opus dei? ¶ Sed isti tam fortibus tamq̄ humerosis regni dei operarijs, q̄ nō asperum iugum, q̄ nō graue onus rex iste impo nat audiamus. ¶ Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, vt credatis in eū, quē ille misit. ¶ Hoc opus dei tantæ suavitatis ac lenitatis iugū vel onus est, vt ei nulla seculi libertas, aut otium valeat cōparari. Deliciosum opus certe, & dulce omni homini, si scirent oēs si līj Ad dulcedinē eius experiri, euaporato sensu carnis, vel inflatō miseræ vanitatis, que ex prima radice. i. ex primi parēte in cūctis humani generis ramos & fructus nimis pri- naciter sese effudit. ¶ Hoc em̄ opus & non aliud, datum est primo homini, qñ tulit eum dñs, & posuit in paradiso voluptatis, vt operaret & custodiret eum. Quid em̄ laboris arbitramur illi fuisse iniūctum ab eo qđ dīctū est, vt operaret, & custodiret eum? Putamus ne, q̄ impositum fuerit illi hoc operis, vt operando, in sudore vultus sui vesceret ex omni ligno paradisi, aut vt poma paradisi custodiret, ne dirutis sepibus alijs prædo nocturnus illa decerpere. Ergo quod dictum est: vt operaret & custodiret eum, hoc esse intelligere debemus, vt creatori suo in laude & gratiaq̄ actione fidelem animū gereret, plusq̄ deum q̄ ullam dei creaturam diligenter, & credēdo consilio eius, paradisum seruaret sibi, ne peccando habitationē eius amitteret. ¶ At ille ingratus, cum anteq̄ operandi pceptū accepisset, mercede opis donatus esset (prius em̄ in paradisum tulit eum deus foris plasmatū, q̄ operandi daret illi pceptū) ingratus (inquit) suave iugū, & leue onus abiecit dei, & dñi creatoris sui. Quid em̄ asperitatis aut grauitatis habebat, imperio credere dicētis: Ex omni ligno qđ est in paradiso comedes, de ligno autem scīæ boni & male ne comedas, quacūq; em̄ die comederitis ex eo, morte moriēmini. ¶ Igif opus dei, omni otio suauius, hoc est Credere in vt credatis (inquit) in eum, quem ille misit. Hoc maxime & ipsa diffinitio credendi in eum, deū, est de palam dabit intelligi. Quid est em̄ in deum credere, nisi deum non propter sua, sed propter seipsum diligere? Nam q̄ deum propter aliud q̄ propter seipsum querunt (quēad seipsum nō modum isti, qui veniebant ad dñm Iesum, q̄a nō signa viderunt, sed q̄a manducauerunt propter sua ex panibus, & saturati sunt) nec deum diligere, nec in deum credere dicēdi sunt. Aliud em̄ est credere deo, credere deum, & credere in deum. Possunt qdem credere deo, vel credere esse deum, sed credere in deum nullatenus dicendi sunt. At illi, q̄ deum non propter temporale emolumētum, sed propter ipsum diligunt, vere in deum credere dicendi sunt. Et hi pfecto gustauerūt, gustuq̄ suavi expti sunt hoc opus dei, qđ est credere in dei filii, opus esse sine labore, iugū sine asperitate, onus sine grauitate. Ergo quod ait: vt credatis Roma. 3 in eū, quē ille misit, idem est ac si dixisset, vt nō propter panes, quos māducastis, sed propter meipm ad me veniatis. Sed om̄es amici huius mundi non eos p̄ agunt, vt confitētes

Luc. 21
Matth. 6
L. Lucæ. 21

Gene. 3.
† Text⁹ ad
dit deus
Matth. 5

Exodi. 13
Hebreæ. 1
Psal. 2

Opus dei,
omni otio
dulcius

Gene. 5

Ingratitudi
priimi hois

Christum dicere possint ei, non tua, sed te ipsum querimus. **L**Dixerūt ergo Iudei: Quod ergo signū tu facis, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt māna in deserto, sicut scriptū est: Panē de cœlo dedit illis māducare. **I**Nōne ergo veritas vobis dixit, q̄ isti hoīes veniebant ad eū, nō q̄a viderant signa, sed q̄a de panibus manducauerant, & saturati fuerant, i.e. q̄a nō illud propter qd signa faciebat, sed ipsa signa quāreabant, ea maxime, quāe non animæ, sed vētri proficeret. Cum em̄ dixissent: qd signū tu facis, vt videamus & credamus tibi, qd operaris? continuo quasi Iesus interrogasset: qd signum vultis vt faciam vobis? Patres nostri (inquiunt) manducauerunt māna in deserto, videlicet quicq̄d fecisset aut dixisset ad verā pertinens vitam, nihil actum crederet, nisi vltro neis diuitijs impleret eos vscq̄ ad oēm nauseam. **¶** Et vide nunc q̄ irreuerenter pulsant dñm vani tentatores, quasi iam illum in consortium adduxerint suæ vanitatis, à conclusione incipiunt sic: Quod ergo signū tu facis? Ac si dicant: Dixisti hoc esse opus dei, vt credamus in te, quē ille miserit. Magnā profecto gloriā queris, nec paruo signo tibi debet cōcedi. Quod ergo signū tu facis? quid operaris? An q̄a de qnq̄ panibus hordeaceis, qnq̄ milia hoīm semel satiaſti? Hoc valde paꝝ est ad hoc, vt credamus tibi. Maius fuit, q̄ p̄tēr nostri manducauerunt māna in deserto, non panē de terra creatū, sed de cœlo datū, non quatuor aut qnq̄ milia hoīm, sed exceptis paruulis & mulieribus, sexcēta milia pugnatō, nō semel aut bis, sed totis quadraginta annis. Quid tale tu operaris? Nunq̄ tu mandasti nubibus desuper, vt ianuas cœli aperuisti, & pluis nobis manna ad manducandū, & panē cœli das nobis, vt panē angelorū manducet homo, & cibaria habeamus in abundātia? Nonne hæc cōtulit nobis Moyses, & tu maiora quoq̄ cōferre debes, si te vt aſteris misit deus p̄f? Non minoribus, imo maioribus signis, vt credamus tibi, efficere debes, hoc modo tētantes, ipa tētatiōis pressura extorquere se posse, q̄cqd ille facere poterat, quasi se cōtinere non valēs, & festinans ad gloriā, mox talia facturus esset signa, qualia superba ipsoꝝ cupiditas ambiebat. **¶** E quidē nec nunc, cū homo factus esset, manus eiusdē dñi, qui coram patribus eoꝝ illa fecit mirabilia, erat inualida, vt itaꝝ plueret sup eos sicut puluerē carnes, & sicut arena maris volatilia pēnata & cætera faceret talia, sed sicut illitētores hōꝝ tētatorū patres, non potuerunt satiari à miraculis, nisi solis mortibus suis, tentantes & murmurantes, tam diu, donec desertū impleret cadaueribus suis: ita isti filii illog nullo miraculoꝝ genere vel multitudine satiari potuissent, nisi solo signo longo, quo ita cōtriti & deſtructi sunt cū tēpli & ſacerdotij ſui veteribus vmbbris, q̄uo cucurbita, quā obum brabat capiti eiusdē Iona, ſub vno ſolis iactu exaruit. Si em̄ poſtq̄ filius hoīs tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ fuit, in ſtatu ſuo Iudea, vel synagoga pmaniflette, nō magis quieuiſſent aduersus dñm, & aduersus Chrm eius inſanire, q̄ patres eoꝝ, nō in deserto proſtrati fuissent, ceſſalient tentando, murmurando, aduersus deum conſurgere, qd ergo ſaturati illis, & ſupetflua quārentibus, æterni ac neceſſarij dñs conuiuij dicatioꝝ faſmelicus exaudiat, q̄ non propter cibum pereunte, ſed propter eum, q̄ permanet in vitam æternam ad tantum regē accedere, & coram illo ſemper aſſistere deſiderat. **L**Redit ergo Iesus, & dixit ei: Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panē de cœlo, ſed pater meus dedit vobis panē de cœlo vobis. **I**Non (inquit) patres vestri, nō Moyses patrū vestrum illoꝝ oīm, q̄ māna manducauerunt maximus, dedit vobis panē de cœlo, ſed p̄ me us: non dico dedit, ſed p̄ſentē tpe dat vobis panē de cœlo vobis, panē (inquit) verum, i.e. non pereunte, ſed p̄manentē in vitam æternam. Sicut scriptū est: Dicitis panē de cœlo dedit illis manducare. **V**erē dico vobis, nō, ſicut hæc ſcriptū ira prophetica dicit, tūc facit, q̄n māna manducauerunt patres vestri, ſed ſicut futuꝝ erat, vt aperirent ianuas cœli quāe propter p̄ctū antiquum clausæ fuerant humano generi: & vt panē angelorū manducaret homo, tunc p̄figuratum eſt, q̄n illo pane patres vestri alti ſunt in deserto. Nam ſicut aqua illa, quāe tunc de petra p̄culta profluxit, vt biberent patres v̄fi, romphæam q̄ in te paradise posita ē nō extinxit, ſicut illud māna nec cibus angelorū extitit, nec vita angelicā patribus vestris dedit. **¶** Hoc loco ſilendū nō eſt, male quosdā ignotos, ſed abſconditi noīs hoīes opinari, ſuis quoq̄ defendere dictis & scriptis, panē vobis & potū, quem in ſanctō altari ſumimus, nihilominus patres illos māducaſſe tunc tpis & bibiſſe, & nihilominus hoc eſſe vobis corpus & ſanguinē Chri, q̄ ſuit illud māna, qd ille populus comedit, & illa aqua, quāe de petra producētam nō ſolus populus, ſed iumēta biberunt. Huic errori ſuo pro maximo argumēto adhibet authoritatē Apostoli dicētes: Et oēs eandē eſcam ſpūalem manducauerunt, & oēs eundē potum ſpūalem biberunt. Bibeſt autē de ſpūali conſequente eos petra, Petra autē erat Christus. Itaq̄ cum p̄ſenti veritatis authoritate, dicētes: Amen amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panē de cœlo, ſed pater meus dedit vobis panē de cœlo vobis, aduersus hanc detestabilē p̄ſumptionē, quamlibet paucis r̄ndē dum eſt. Primoꝝ dicendum, Ap̄lm non eo ſenu dixisse, quo iſti accipiunt, & oēs eandē eſcam

Tēatio Iuſ.
dæoꝝ p̄ſeſſ
rens ligna
patrum ſig
nis Christi.

Exod. 12

Pſal. 77

Matth. 12
Iona. 4

Panis ver
nō māna,
ſed Chrūs
eſt p̄ mānā
p̄figuratus
Pſal. 77
Exod. 16
Ibidem, 17
Gene. 3

1. Cor. 10

Verus ſenſ
fus Ap̄lī

escam spūalem manducauerunt, & omnes eundem potum spūalem biberunt, neq; dictiūculam relatiuam, s. eandem escam vel eundem potum ita posuisse, vt referri velit ad illam escam illumq; potum, de quo ipse dñs: Hoc est (inqt) corpus meum, hic est sanguis meus. Sed eandē (inqt) escā manducauerūt, & eundē potū biberunt Dathan & Abyron, quam Moses & Aaron, eadē vtiq; Chore, quā Caleph aut Iosue. Hoc em̄ intēdit ap̄ls ea lectio-
ne vt sollicitū reddat oēm hoiem, ne se arbitret iam cōprehēdisse, qā cōsecutus est sacra fi
dei Ch̄ianæ. Nam h̄c oīa inqt in figura facta sunt nostri, videlicet vt antiq; sciamus ex
perimētis, q; licet oēs baptizati sumus in eodē noīe patris & filij & spūs sancti, & oēs man-
ducemus idem corpus & sanguinē Ch̄i, nō th arbitrandū nobis sit, q; æque oībus nobis
beneplacitū sit deo, qūocunq; viuamus, qualiacūq; post baptismū operemur. Quia quē-
admodū cum oēs illi eisdē signis, eisdē (inquam) mali qbus & boni fuerint glorificati, in
pluribus th eoꝝ non beneplacitū est deo, vt introduceat eos in terram repromotionis,
sic nimis nō cōplacabit ei, vt introduceat nos in regnū dei, si fuerimus cōcupiscētes malo-
rum, quēadmodū & illi cōcupierunt: si fornicati fuerimus, sicut qdā ex ip̄s fornicati sunt:
sitētauerimus Ch̄m, sicut qdam eoꝝ tētauerunt: si murmurauerimus, sicut qdā ex ip̄s
murmurauerunt. Igif textus apostolicæ literæ nemini succurrat, volenti accipere sic can-
dē escam vel eundē potū esse dictū, vt referat ad identitatē cibi & potus viuifici, quē sumi-
mus in cōmemorationē dñi nostri Iesu Ch̄i. ¶ Sed neq; illud, q; escam & potū spūalem Esca spūas
idē Ap̄ls dicit. Nam si aliter velis accipere escā & potū spūalem, q; in figuram spūalis cōtin-
gentem, & idcirco non naturali reꝝ ordine, sed spūali virtute prodeunte, ipse Apostolus
in eisdē literis te cōstringit quantūvis recalcitrantē. Dicit em̄ paulopost: H̄c autē omnia
in figuris contingebant. Si oīa, vtiq; & illa esca & ille potus in figura contingebant, Pro-
inde nō magis illud manna panis iste verus erat, nec magis ille potus idem erat, qd iste vi-
talis potus, quē vere Ch̄i sanguinē credimus & cōfitemur, q; illa petra Ch̄us erat, petra
vtiq; inanimata & insensibilis, quam Moyses virga pcussit. Nam vniuersa (vt iam dictū
est) contingebant in figura, quæ profecto nusq; valet idem qd ipsa res quam figurat, sicut
vmbra non est idem qd ipsa rei vel corporis substantia. ¶ Sed dicit aduersarius: Nimis
& iste panis quē in altari consecramus, figura est panis viui, q; de ccelo descēdit, non ipse
panis viuus. Cuius (quē) authoritate canonica fretus, catholicis hoc infers auribus: Nū-
quid vbi dixit ip̄e panis viuus de pane quē tenebat in manibus: Hoc est corpus meum, dī-
ctū est aliqd tale quale dixit Paulus, vbi cū dixisset: Petra autē erat Ch̄us, &c. H̄c autē
(inqt) omnia in figura contingebat illis: Nempe si ipse Ch̄us aut Euangelista, vel Apo-
stolus author esset dictionis huius, non tu es es redarguendus. Etiā si dicat quis figuratam
esse locutionē, qua diceſ posterius: Nisi manducaueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius
sanguinem, non habebitis vitam in yobis, non nobis aduersat, q; videlicet ista figuratio
locutionis veritatem rei non perimit, quemadmodum in parabola seminantis, verba pa-
rabolica rem non perimunt vere seminant. ¶ Quæ em̄ est diffinitio figuratæ locutiois? Quid figū-
rata locutio
Nempe cum aliud in voce sonat, aliud intelligendū est, figurata locuto est. Plane ergo &
si p̄dicta locutio figurata est, aliter em̄ Iudeis sonuit, aliter Ch̄us sensit, rem ipsam figu-
ratio non perimit, sed ipsa potius figuratio re p̄manente perimit; cum de pane & vino si-
gnanter dī: Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus, Ibi em̄ sensus Iudaicus perimit, q; a
luce clarius est, q; sicut intelligebant, Ch̄us manducandus non est. Putabant em̄, q; con-
cidi vellet carne suam, & manducari, in qua coutebat quinq; sensibus, quemadmodum
concidit caro agni, & comedit. Ibi (inquam) figuratio h̄c perimit, & p̄manet sensus ver-
bi consonus, s. q; panis in veram substantiam corporis eius diuina virtute conuertatur.
¶ Quod si cuiq; impossibile apud deum esse videſ. s. vt panis, qui hoc anno creuit e terra,
corpus Ch̄i fiat, & quod vinum, p̄ſentibus expreſsum acinis, vertat in sanguinem dñi,
consequit vt aquam quam pauloante de Rheno ac Tyberi, vel quolibet fonte hausit, cru-
cis & passiōis Ch̄i ſac̄o ſignatā, nō credat illā eſſe, quæ de latere eius lanceato cū ſangu-
ine fusa ecurrit, ad hoc, vt p̄ baptismū ſuū lauaret nos à peccatis n̄is, vt cū hoc q̄q; nega-
uerit, ſit ex toto corde aethnicus & publicanus, ſit hō h̄ereticus, poſt primā & ſecundā ad-
monitionē, à cūctis deuitādus. ¶ Sed illud cur nō credat, cū oīs aqua, ſiue maris, ſiue flu-
minū, aut fontiū, cisternare, aut paludū ſuois (inquā) aqua vnde cūq; ſumpta, vel producta,
ſed m ſubstantiā ſit vna: Cum igif vnde cūq; ſumpta ſit, crucifixi dñi ſac̄o admota fuerit
rationi fidelium nulla dubietas ſubeft, quin ipſa eadē ſit, quam (vt ſupra dictum eſt) dñs no-
ſter de latere ſuo profudit. Quid autē ſecundū ſubstantiā n̄iſ aqua eſt? Aqua nempe à ra-
dicibus imbibita, per vites ascēdit, & calore ſolis paulatim vegetata, vinum eſt. Itē cum ex
quatur elemētis homo cōpositus eſt, ſanguis vtiq; in illo ex aqua ſubstantia eſt. Itaq; vinū
& ſanguis ex eadē ſubstantia ſunt humoris, & neutri horꝝ ignis quoq; deeft elementum.
Nam & ſanguis calicis, & vinum ſeruidum eſt. Solummodo colore & ſapore diſerunt.

Iohann. 18
Lucas. 18
Tit. 3
Aqua & vīnū
& ſanguis,
accidētibꝝ
diſerunt, nō
ſubstantia,

Quid figū-
rata locutio

que

Vinū conse
eratione sit sanguis quæ profecto cū accidētia sint, nullius in diuinis actibus momēti sunt. Substantia quippe
nō accidētia cōputant in numero creaturæ. ¶ Cum igit vino verbum crucis & passio
nis Christi accedit, quæ ratio vetat, vt non idem sanguis, q̄ pro multis in remissione pec
catorū fūsus est, debeat credi? An q̄a non colorem, saporem assumit sanguinis, quemad
modum q̄h corrūpit in intestinis corruptibilis hominis, & sanguis horridus visui quoq;
fit? Nempe incorruptibile verbū, iamq; incorruptibilis & immortalis Ch̄us, sic vinum
suum sanguinē effecit, vt rei visu & gustu blande nihil inferat corruptiōis. ¶ Nihilominus
Panis fit cor
pus Christi substantia panis quatuor elemētis confecta, multo magis cognata est vere humano cor
pori Ch̄i q̄ fuerit manna, qđ in aere iussu dei cōcretū supra castra Israel pariter cū rore
descēdebat. Frumētum de terra natū est, & blandis fauoribus aeris aspiratum pmaturuit,
Exodi.16 non sine aqua, pluuiā, & calore solis, sed vt hoc taceam, rursus vt fieret panis, aqua cōmi
xtum, & igne decoctū est, & ita substantia panis pacta est. Cum ergo panis ille viuus, qui
de cōcelo descēdit, quē (vt supra ipse dixit) pater signauit, cum (inquam) eodē signo, quod
ipse est, signat hunc panē, qui (vt om̄es nouimus) nuper creuit in terra, & signanter dicit:
Hoc est corpus meum, qđ pro vobis tradef, audes dicere aliud esse q̄ Ch̄i corpus? Ver
itas dicit: Hoc est corpus meum, & addit, qđ pro vobis tradef, & tu dicis non est idem cor
pus? Nempe si non est idem corpus, si non est idem q̄ de cōcelo descendit panis viuus, non
est hoc corpus qđ pro vobis tradif, ¶ Sed iamdudum liquet oībus, in quo sensus tuus ha
reat carnalis totusq; animalis, ideoq; non percipiens ea quæ sunt dei, videlicet q̄a nec pa
nis, nec vinum, aliq;d de exteriori specie mutauit, idcirco sapere non potes nec vis q̄ vere
factū sit corpus & sanguinis dñi. Consequit ergo, vt cum albus ephus te fore maurum ho
minē baptizauerit, non credas te ipsum apud deum factū esse, qđ est is q̄ te baptizavit, s.
¶ de filio diaboli factus sis filius dei, de filio mortis filius vitæ, de filio iræ filius græ sempi
ternæ, pro eo q̄ capillus tuus niger non refloruit, faciesq; tua totiusq; corporis cutis atthyo
pica, scđm colorem eius q̄ te baptizauit non retinuit. Quid si concedere phorescis, ne
infideli deterior sis, & mavis confiteri, q̄ quamvis de exteriori specie nihil mutaueris, ve
re de alio corpore diaboli, qđ est oīs massa pditorū, in aliud corpus Ch̄i, qđ est ecclesia,
transieris, crede & hoc, q̄a panis iste visibilis, & vinum, qbus ex rebus temporaliter viuis,
quamvis nihil de exteriori specie mutatū sit, in aliū transferint, & in illum cibū potumq; cō
uersa sint, q̄ angelorū victus est, quo pascunt immortaliter, q̄a videlicet tam in hoc, q̄ in
illo sac̄o, verba quæ loquit nobis dñs, spūs & vita sunt. i. non carnaliter, sed spūaliter, non
secundum crassitudinem carnis, sed secundum mētis nostræ spūi, renouationem & resu
rectionē totam perficiunt. ¶ Sed quid dicemus magnis & magnificis paruulq; magi
stris, qbus interdum suauius redolet Platonis Academia, q̄ hæc viuifica dñi mensa: quid
(inquam) dicimus eis, vbi totis viribus intenti ad expugnandam veritatem dñi corporis
Obiectiōes
aduersario
rum & sanguinis, magnorū sententias doctoř coram attulerint, dicentium, hunc panem si
gnificauit manna, hunc panē significat altare dei, sacra illa fuerunt, sacra hæc sunt, in si
gnis diuersa sunt, in re quæ significat paria sunt, itemq; aliud illi manducauerunt, aliud
nos sub specie visibili, qđ tñ idem significaret virtute spūali? Hæc em̄ & his similia de non
contēnendis sumere vident authoribus. Scđm quos & apostolum audi inquiunt: Patres
nostrī oēs sub nube fuerunt, & oēs mare transierunt, & oēs in Moyse baptizati sunt, in nu
be & in mari, & om̄es escam spūalem manducauerunt, & om̄es eundem potum spūalem
biberunt. Bibeant autē de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus,
Responsio
repetita ad
verba Pauli ¶ Quid igit respondebimus eis? Et quidem iam superius dictum est, eandem escam & e
dem potum nequaq; Ap̄lm ad hanc escā & ad hunc potum, quē de Christi mensa sumi
mus, referre voluisse, habitoremq; eius spūi veritatis & græ longè alio sensu verba hæ
protulisse, videlicet vt intelligas, q̄ eandem escam manducauerint, & eundem potum bi
berint Dathan & Abyron, quē Moyses & Aaron, eundemq; Chore, quē Caleph aut Io
sue. ¶ Alioquin si dicas, vel Ap̄lm dixisse intelligas, eandē escam illos in illis vmbbris māda
caste, quam & nos manducamus hoc tpe reuelat̄ græ, & dicas cum supradicta quorū
dam authoritate, manna illud, & hunc panem mensa Ch̄i, in signis diuersa, in re quæ si
gnificatur paria esse, & cetera quæ supra dicta sunt, ac proinde fatearis, hunc panem non
magis, q̄ illud manna corpus esse Ch̄i, nec plus spūalis habere virtutis, consequitur pla
ne, vt dicas sacrificia agnoř & arietum, novo sacrificio panis & vini fuisse sanctiora, ve
teresq; panes propositione digniores hoc pane, qui ponitur, & sacratur in mensa Ch̄i.
¶ Prædicta nanq; sacrificia longe sanctiora fuerunt, q̄ illud manna vel aqua illa quæ de p
cussa fluxit petra, quippe cum de sacrificijs, vel propositionis panibus non nisi mundis, &
Leu. 22
3. Reg. 12
Exod. 16 sacerdotibus, aut Leuitici generis hominibus edere liceret, illud autem manna indifferē
ter cuncti manducare, & illam aquam, vt pote nulla diuini nominis inuocatiōe sanctifica
tam, licet spiritualem, i. non naturali ordine, sed spirituali virtute productam, vel spūa
lispo-

lis potus significatiuā, iūmētis & que vt hominibus bibere, & canibus quoq; lambere impu
ne licuerit. Scriptū est em: Egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet ac iūmen
ta. Sed per Christi gratiā nō eo vsq; altissime sapienti sapientes, qui rātis obiectiuncu
lis mensam dñi diuerberant: vt prædicent iumentis, non dico & brutis animalibus, quæ
aquā illam & ipsa biberūt, sed iumentis quæ cōputruerunt in stercore suo, & canibus qui
revertuntur ad vomitū suū, suisbus quoq; lotis in volutabro luti, hunc panē vel potum do
minicū indiscrete tradendū esse p̄dident: quomodo, vt prædictū est, illo pane, cui compa
ratū est volūt hun̄c panē dominicū, & illa aqua populus ac iūmēta cōmuniter vti potue
runt, neq; hoc modo irritū faciant eiudē quoq; apostoli iudiciū dicētis: qui manducat &
bibit indigne, iudiciū sibi māducat & bibt. In collatione sententiæ de corpore & sanguine
dñi, beati Ambrosij sententiā digne palmam obtinere indicatū est, dicentis inter cæte
ra: Liquer igitur, q̄ præter naturæ ordinē virgo generauit, & hoc qđ conficimus corpus
ex virginē est. Quid hic quæris naturæ ordinē in Christi corpore, cū præter naturam sit
ipse dñs Iesus Christus partus ex virginē? V era utiq; caro Christi est quæ crucifixa est,
quæ sepulta est, ver̄ ergo carnis illius sacramentū est. Item: Sicut verus est dei filius, dñs
noster Iesus Christus, nō quēadmodū homines per gratiā, sed quasi filius ex substātia pa
tris, ita vera caro, sicut ipse dixit, quā accepimus, & verus potus est. Igitur etiā si angelus
de cœlo nobis euangelizet supra dicta Apostoli verba, qm patres nostri omnes sub nube
fuerūt, & omnes mare transferunt, & omnes in Mose baptizati sunt, &c. sic exponēdo, q̄
h̄c ipsa, quæ tūc in illa umbra vel in illa nocte facta sunt, eiudē fuerint virtutis, cuius ista
sunt sacramēta, q̄ nunc ī die salutis fide Christi rutilante sunt, vel eo cibo potuq; sive ba
ptismo, quo baptizati sunt in Mose, nube & in mari, magis illos cōsummatos fuisse q̄ po
steriores, inter q̄s Samuel & Daud qui per mare nō transferunt, neq; manna māducauer
unt, si inquā etiā angelus de cœlo h̄c euangelizet, non illū tanq; lucis angelū, non in hac
sententia, tanq; Christi audiēmus Apostolū. Quod & si quis sanctoq; patrū tale quid ali
cubi dixit, quod à præsumptoribus in aduersum præripi potuerit (sicut mos eoz est, qui
cū venando aliquid apprehēdere quiuerint, qđ vibrare queant ex aduerso veritatis, ad
uersarij magis exultat, q̄ sicarius cum ciuem aut cōlegā conciderit) sunt eiusdem alia ple
raq; scripta, quæ fidelis lector diligēter cōferens, periclitanti fidei citius subuenire valeat.
Verbi gratia: Idem quē tenent aduersæ quasi patronū sententiæ, dicit in Daud, quia cō
mutans vultū suū ferebatur in manibus suis, nihil aliud sine dubio q̄ seipsum tulisse ait ve
rum Daud, id est, Christū in manibus suis, cū tenens panē & vinum diceret: Hoc est cor
pus meū, hic est sanguis meus, qui & paulo post dicturus est in hoc eodē euangelista, &
panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Nōne hic idē euangelista Iohannes di
cit in Apocalypsi: Si quis apposuerit ad h̄c, apponat sup illū deus plegas scriptas in li
bro isto, & si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferat deus partē eius de li
bro vite, & de ciuitate sancta, & de his q̄ scripta sunt in libro isto? Nunquid vero minus
timēda est hic illa maledictio, vt nō detrahamus vel apponamus quicq; verbis dicētis, hoc
est corpus meū qđ pro vobis tradet, hic est sanguis meus nouū testamentū, qui pro mul
tis effundetur in remissionē peccatorū? Cum em̄ illo dicēte, hoc est corpus meū, nos sub
auditionē apposuerimus, dicentes, figuratiū vel per similitudinē dictū, cum inquā illo di
cente, hoc est corpus, nos dixerimus, hoc significat corpus, nōne multū est quod apponi
mus vel praua demutatione detrahimus, & sensum generamus, quē tantus autor, deus &
homo, nusq; est locutus, nec ascēdit vnq; in cor eius? Nēpe cū obijcit quis, suisq; scriptitat
in schedulis, q̄ itidē dixerit eadē veritas, ego sum vitis: tā audacter q̄ imperite in argumē
tum mēdosum illud attrahit, cū statim subsequētia verba dicētis: sicut palmes non poteſt
fructū ferre à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis, manifeste
per similitudinē dictū cōpellant intelligi, p̄sertim cū non signāter dixerit, ego sum h̄c vi
tis, sicut signāter dixit, hoc est corpus meū, hic est sanguis meus, apposita protinus descri
ptione veræ proprietatis, de corpore inquiens, qđ pro vobis tradet, de sanguine aut, qui
pro multis effundet. Igitur ne veniāt sup nos plaga nouissimæ, neq; apponimus neq; di
minuimus quicq; diuinæ diffinitiōi vel descriptiōi, q̄ incarnatū verbū ore p̄prio deprom
psit, imo q̄a p̄fecta charitas foras mittit timorē, non tā plaga timore, q̄ veritatis amore
cōfitemur, q̄a panis iste corporeus, postq; signauerit eū pater, & vinū hoc exp̄ssum acinis
plentib⁹, mox vt eodē signatū ē, p manus ecclesiæ dicētis: vt nobis corpus & sanguis
sicut dilectissimi filij tui dñi nostri Iesu Ch̄ri, &c. vsq; in mei memoriā facietis: corpus &
sanguis eius, q̄ huius traditiōis autor est, & hoc sacrificiū ipse Ch̄fs est, cuius passiōe, vt sa
crificiū fieret, à deo patre in veritate signatū est. Dicat nūc aliquis: Quid ergo māducaut
rū veteres sancti, vt vitā æternā haberēt? Si nō p̄terito tpe dedit, sed p̄senti dat pater pa
nē de cœlo ver̄, quē nūsi māducauerimus, nō habebimus vitā in nobis, qđo nūc vitā ha
patrum.

CXXXIII. R V PERTI IN IOHANNEM CAP. VI.

Heb.ii
Roma.5

Iob.8

Respolio.

Gene.3.

Peccatum
Adæ per la
crificiū des
strui non
poterat.

Gene.4

Quo Ch̄s
factus est
cibus mor
tuorum & vi
uorum.

Mortuorū.
Lucæ. 23

Iohann.1.

Ionæ.2
Matth.2

Matth.17

Viuorum.
Psal.21
2.Corr.5

bent beati patriarchæ, vel prophetæ sancti, omnesq; anteriores electi, qui ante q; pater huc panem daret, defuncti sunt, nō accepta promissione, & idcirco nō potuerūt manducare? Quid em? Nonne per vnu idemq; peccatum, mors in omnes homines pertransiit, & tā illi qui præcesserunt, q; hi qui subsequuntur Christi aduentum, in vno omnes peccauerūt? Num ergo peccatum emundari mortemq; aboleri oportuit aliter illis q; nobis, aliter nobis q; il lis? Aut nunquid dominus supplantat iudicium, vel omnipotens subuertit quod iustum est, vt non secundum modum communis culpæ adhibeat communem omnibus medicinam iustitiae, sed secundū mutabilitate voluntatis suæ variet ordinem vel effectum vitæ æternæ. Verbi gratia, vt dicat, vos primi sola fide perficimini, vos alij per circuncisionem consummamini, vos tertij, nisi baptizemini, & nisi carnem meā manducetis, & sanguinem meum bibatis, non habebitis vitam in vobis? ¶ Huic obiectioni opportune respondendū est: Cum primum nemo sit qui dubitet, sanctos omnes ab origine mundi expectasse hunc redemptorem generis humani, nec aliter eos potuisse paradiso restitui, nisi venisset prius hic agnus tollere peccata mundi, illud quoq; scire oportet, q; ob causas antiquas certas & notas, cū his duobus salutis nostræ sacramētis necessarijs, scilicet, baptismo corporisq; & sanguinis sui cibo potuq; illum venire oportuerit. Nec em? aliud tunc intendit, cum secundū iustitiae simul & misericordiae suæ consilium immutabile, primū hominē lapsum per cibū vetitum requisivit, dicens: quare hoc fecisti? videlicet stirpem eius tam diu persequuturus, donec culpā eandem humiliiter recognitam, & pia confessione damnata ipse gratiæ suæ flumen aboleret, & sic demū verum vitæ lignū, quod ipse est, aduersus cibum illum, quem præsumpsit, comedendum apponeret. Aliter quippe destrui nō poterat peccatum illud, q; homo credens diabolo plus q; deo, cibum vetitum superba intentione comedit, nisi vt iterum plus credens deo q; diabolo, econtra cibum imperatum humili subiectio ne comederet idem homo. ¶ Vt ergo iusta ratione peccatum destrueret iustitia sempiterna, peccatorē eiectum euestigio subsecuta est inexhausta misericordia, nec ante reuocare destitit, donec in filijs hominū fidem inueniret, & humilitatis voces fibimet respondentes audiret. Cœperunt em? homines miserijs eruditī, malitiam serpentis deceptoris agnoscere, & cū execratione refugere, & in condemnationē cibi illius, quem ab illo persuasus homo contra deū comedera t, sacrificia decimasq; & hostias pacificas deo creatori offerre, cupientes cibi illius maledictionē talium comeditione sacrificiorum, cum invocatione diuini nominis expurgare. Sed non poterat brutum pecus verbi gratia, simplex & innocens agnus, quē in condemnationem malitiosi & noxijs serpentis obtulit Abel, non poterat inquā pro offerente se homine brutum pecus loqui, iustitiam nō poterat offerē se, conferre, quā non habebat, vitam æternam. Ita ergo præparatis esurientibus, cum fūs Abrahæ iam ex ipsis effet impletus, patefactis in plenitudine temporis coeli ianuis, dedit pater hunc panē viuum & verum, panem signatum, panem angelorum. ¶ Qui causam habens eandem cur veniret, quā habuit in paradi so, cum primum hominem requireret, scilicet vt cibo, per quē homo periret, oppositum cibū daret, pcedente merito humiliatis & fidet, pcepto patris aduersus lignum scientiæ boni & mali ipse fructus vitæ æternæ in ligno crucis pendere voluit, & per passionē mortis, mortuorum simul & viuorum cibus fieri, vt suo quiq; modo comedenter eum, tam mortui q; viui. ¶ Decerptum quippe illum de arbore crucis manu patris, ipso dicente, pater in manus tuas commendo spiritū meū, comederunt illum animæ sanctoq; eo videlicet modo quo & angeli eundē comedunti comedenter, inquā, veram diuinitatem, & vere aperti sunt oculi eoū, & exinde viderunt deum, quē antehac nemo vidiit vnuquam. Corpora quoq; illoq; in monumentis iacentia, virtute cibi huius nō caruerunt, mox vt eodē ventre quo tenebantur & ipsa, receptum est corpus eius sicut lonas in vētre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Nā virtute huius cibi factū est, vt multa ex ipsis resurgeret, in testimoniu futuræ vniuersalis resurrectionis, q; vti q; non, vt quidā existimauerūt, iteq; morituri resurrexerūt, de quibus ait euāgelista, quā venientes in ciuitatē sanctā post resurrectionē eius apparuerunt multis, qd videlicet absurdē diceref de iteq; morituri verbi gratia, de Lazaro vel de filio vidua, qui non apparuerunt multis, sed oībus visibiles & cōrectabiles, atq; omnino cōsimiles siue cōpossibiles fuerunt sub conditione mortali, comedētes atq; bibentes, & habitantes in domibus suis. ¶ Viui aut comedunt modo, vt p̄dictum est, sibi congruo, comedunt eiudē passionis saltem secundū traditionē ipsius dñi signantis panē & vinū, vt edant pauperes & saturant, & laudēt dñm, qui requirūt eū, edent inquā pauperes grandē eleemosynā regis regū, quā dat ipse nō alia q; seipsum, nondū in sua specie p̄ fidē em? nunc ambulamus, & nō p̄ speciē, vt vera fide māducantes cibū vitæ æternæ, culpā euadamus parentū nostroq;, q; manducauerūt decepti vanā spe & nimia credulitate diuinitatis p̄cipiendæ. Igitur nō alio remedio veteres cōsummati sunt sancti & alio subueniūt nouis, sed quo sanguine simul cū aqua pre-

profuente de latere Christi emūdata est vniuersitas illogi in ipsa hora dominicæ mortis
eodē nos emundamur singuli, & eodē aquæ elemēto vnde cunq; sumpto cū verbo eius-
dem crucis & sanguinis, in quo nos (inquit Iohānes) lauit ille à peccatis nostris. ¶ Et quem
illi agnū in ara crucis torridū illa sacratissima vespera simul omnes in inferno positi velo-
citer comederunt, impleta prophetia, quæ dicit: O mors, ero mors tua, mors tuus ero in-
ferne. Etenim nō actiue dictū est, mordebo te, vel ero mordēste, sed passuet mors tuus
(inquit) ero inferne, quē inquā agnū in inferno mortui comederunt, nos eundē suū quiq;
temporibus, & locis manducamus, vt cū illo in æternū viuamus. ¶ Quod si quis à nobis que-
rat, quō panis qui hoc anno de terra creatur corpus Ch̄ri sit, qd in cruce pepēdit, & vinū
qd p̄sentibus exp̄ssum est acinis, ille sanguis eius sit, quē de latere suo fudit. Interrogemus
cū, quō filius hominis, q̄ vtiq; de fœmina cōceptus, & de terra natus est, de cœlo descēde-
rit, vel quō anteq; in cœlū ascenderet, iam in cœlo esse potuerit, iuxta veritatē ipsius dicē-
tis: Etenim nō ascendit in cœlū, nisi q̄ descendit de cœlo, filius hominis q̄ est in cœlo. ¶ Hoc
profecto si qd sapit respondere poterit, q̄ propter vnitatē personæ dei & hoīs Ch̄ri il-
lud rectissime dictū sit, quia videlicet vnum est Ch̄rī, filius hominis cū filio dei, q̄ de cœlo
descēdit, quiq; cū esset in terra, nihilominus & in cœlo, & vbiq; erat, quippe quē locus nul-
lus cōcludit, q̄a incircūscripta est natura diuinitatis. Ergo verbis paululū demutatis dica-
mus ei: Nemo te subleuat in cœlū, nisi hic panis qui descendit de cœlo, hoc corpus dñi,
qd pependit in ligno, & hic sanguis eius qui effusus est pro omni mundo. Nēpe si priorē
sententiā videt, de ista nō video quid dubitet. Vnitas em̄i verbi, vnū efficit corpus Christi
vt illud qd tunc in cruce pependit, & istud qd nunc ecclesiæ fides ore sacro cōficit, vnum
corpus sit, vna inquā caro, & vnum sanguis sit. ¶ Proinde non ita simus incauti adulatores
beati Augustini, vt cū dicat ille, sacramentū & rem sacramenti, vnitatē corporis Christi
quod est ecclesia, rem dicens esse sacramenti, panē autē dominicū huius rei sacramētū:
statimq; acquiescamus eis, q̄ hanc diuisionē in patrocinii sui sensus arripiunt, dicētes: sa-
cramentū id esse sacræ rei monumentū, & hoc modo nullum faciamus locum dominicæ
diffinitioni, quā ita est elocutus: Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur: hic est san-
guis meus qui pro vobis effundet. Etenim ecclesia quidē corpus Christi est, sed non illud
corpus quod pro vobis traditū est. Siquidē ecclesia nō pro seipsa tradita est. Quod si pa-
nis mensa dñi, non nisi huius sacræ rei, scilicet vnitatis ecclesiæ monumentum est, multo
magis nec ipse corpus illud est, quod prō nobis traditum est. Itaq; quantascunq; volunt
similitudines hinc accipiāt dicētes: Quia sicut multis ex granis cōficitur vnum panis men-
sa dñi, & sicut multis ex acinis confluxit vinū calicis Christi, sic ex multis hominibus con-
sistit, & tñ vna est ecclesia dei, vel quæ cūq; talia & apte inueniant, & vtiliter proferant,
dummodo fundamentum permaneat qd positū est, præter qd aliud nemo ponere pōt, ab
ipso dicente de pane & calice vini: Hoc est corpus meū, qd pro vobis tradetur: hic est ca-
lix sanguinis mei, q̄ pro vobis effundet. ¶ Hoc fundamento fidei non bene custodito, illā 1. Cor. 3
prædicationē dñi dicentis: Qui manducat carnē meam, & bibit sanguinem meum, in me
manet, & ego in eo: quidā ita reciprocāt: Qui manet in me, & ego in eo, hic māducatur car-
nē meā, & bibit sanguinē meū: illo sensu p̄occupati, q̄ manere in vnitate fidei, hoc sit mā-
ducere carnē, & bibere sanguinē Christi, & adeo non necessariam sibi arbitrantur esse ad
salutē corporalē dominicæ mensæ communicationē. Sed quid si omnes hoc idem dicāt,
& omnes hoc idem sapiant? Nonne otiosa reputabitur illa traditio dñi, & ad nihilū redi-
getur, vt nusq; obseruetur modus ille, manducandi, & bibendi, quē ipse ore suo p̄docuit,
sub ipso articulo sacrosanctæ passiōis: Pereat igitur à corde Christiano hic sensus, quē im-
portat h̄c inutilis reciprocatio. Hoc plane Ch̄rī non docuit, sed qui manducat (inquit)
carnē meā, & bibit sanguinem meū, eo videlicet modo quo traditurus sum, corde creden-
do ad iustitiā, & ore manducando ac bibendo ad salutē, hic in me manet, & ego in eo, ita
vtiam non sint duo, sed vna caro. Manducare nanq; & bibere, causa efficiens est, effectū
autē, vt in me maneat & ego in eo. ¶ At ille, qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi
māducatur & bibit. Non nemo indigne māducere potest, sed nemo indigne māducere de-
bet. Panis nanq; semel consecratus, nunquam postea virtutē sanctificationis amittit, aut
Christi caro esse definit, sed nō prodest quicquā indigno, cuius fides sine operibus mor-
tua est, & idcirco spiritū qui vivificat, nō habet, quo ore percipiat. Quid em̄i mirum est, si
terra terrā comedat? Quid autē caro Christi, remota diuinitate, nisi terra nostra est? Pro-
inde quicq; carnē Ch̄ri comedat, non expauescimus, certi, quid de nostro sumperit, qd
de suo sit dei filius. Quo ergo deuenit, q̄ indigne māducatur & bibit? Hoc certe (sicut ante
nos dictū est) pium sit & salutare, credere per membra diffundi, ita vt non sit obnoxium
secessui. Sed hoc plus habet dignus ab indigno, quia huic ad salutē, illi proficit ad iudiciū
¶ Nunc ad ordinē cōceptū sermo reuertatur, & cum veritate p̄sens lectionis euange-
licæ

Apoca. 1

Exodi. 12

Osee. 13

Quæstio

Iohan. 3.
ResponsioQuō est vnum
corpus Ch̄ri
in cruce &
in altari,1. Cor. 3
Math. 26
Iohan. 6Ephe. 5.
1. Cor. 10Quis mans-
ducat & bi-
bit indigne
Iacob. 2
Iohan. 6

CXXXVI. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VI.

Exodi. 6.

licet escam potūq; dominici corporis & sanguinis (vti cceptū est) pertractando mādu-
cemus, māducando pertractemus: Amen amen (inquit) dico vobis, non Moses dedit vo-
bis panē de cōelo, sed pater meus dat vobis panē de cōelo verum. Siquidem illura qualem
cunq; panē, quem patres vestri in deserto manducauerunt, panē vtīq; vel cibum peritu-
rum, & quotidie pereunte, non ipse Moses alijs dedit, sed cū alijs ab eodem deo accepit,
qui dat escam omni carni. Quare ergo verū panē, de quo loquor, Moses dare nō potuit,
sed pater meus dat vobis. Sequitur. L Panis enim * dei est, qui descendit de cōelo & dat
vitā mundo. ¶ Vera & firma ratio, plane cōprobans, q; vere panis hic Mōse maior sit, nec
ab illo dari potuerit, sufficiensq; ad demonstrandū panis eiusdē substantiam diffinitio tri-
bus perfecta incrementis, videlicet q; dei sit, q; de cōelo descenderit, q; vitam dat mundo.
Si dixisset: Panis ēm̄ dei est, nec plus addidisset, non illū à communi pane decreuisset, nam
& omnis panis, quem terra profert, dei donū est, dei creatura est. Etenim dñi est terra &
plenitudo eius. Addidit ergo: qui descendit de cōelo. Sed & si nō plus adiecisset, necdū sa-
tis istum panē diffinisset, nam & Iudei cū dixissent: Patres nostri manducauerunt in deser-
to manna, protinus adiecerunt: Sicut scriptū est, Panē de cōelo dedit eis manducare. Et
quidē illum panē pluit dominus de cōelo, non tamen æthereo, sed de cōelo aero, per qd
volantes aues, volucres cōeli dicere solemus. Et * verbo quoq; descendit qd hic possum
est, de illo pane dictū est, quia cū descenderet ros mane super castra, descendebat pariter
& man. Adiecit ergo & tertiā huius panis differentiā, quæ non finat illum communē in-
telligi cū pane aliquo dicens: Et dat vitā mundo. Quod vitā dat, & non vni genti, sed vni-
uerso mundo vitā dat, hoc maxime pondus, pretiumq; panis huius cōmendat, & singula-
ritatem demonstrat. Quid em̄ est, vitā dat, nisi mortuos viuiscat? Hoc certe manna non
magis facere potuit, q; panis ille, quē singulis annis terra profert seminanti. Nec em̄ pani
illi vel aquæ, quā petra produxit, vlla vita inerat, quamvis fabulose quidam dixerunt, q;
petra sequeretur de loco ad locū castra filiorū Israhel, ex occasione dictionis apostolicae,
qua dixit: Bibebant autē de spirituali consequente eos petra. Etenim non lapis inanimatus
post castra voluebatur, sed torrentis alueus de petra productus, populū secundum viam,
qua ituri erāt, nutu dei deriuatus cōferebatur. Igitur panis huius veri, quē pater dat, ple-
na diffinitio est, & nec plus, nec minus dictū est q; oportet. ¶ Panis dei est, id est, nō ex ho-
minibus, sed est deo est, imo & angeloz quidem & hominibus cibus est, sed nec angelorū
nec hominū donū est, & non ex ipsis, non pro ipsorum meritis, sed pro gratia dei. Et hic
sponte sua descendit de cōelo, quo ascendere nō poterat Moses, vt inde illum deferret huic
datq; vitā mundo, id est, angelis & hominibus, vt viuentes angelii comedāt, & nunq; mo-
riantur morte, qua mortuus est diabolus, comedāt hoies mortui, & à duplicitate corpo-
ris & animæ resuscitantur. Multo ergo maior Mōse panis hic, satisq; cōstat, quia talis ab
illo dari nō potuit. Sed isti cōuiuū terreni à ventre & cibo, qui perit, oculos nō subleuan-
tes, panē hunc, panē dei, qui de cōelo descendit, & vitam dare mundo iam venit, nō atten-
debāt, vrpote furdi, & indociles auditores legis, dicētis: Nō in solo pane viuit homo, sed
in omni verbo qd procedit ex ore dei. Vnde hæc reputabāt, q; spirituale quid loqueretur
eis. ¶ Dixerunt ergo Iudei: Dñe semper da nobis panem hunc. ¶ Hanc inquit videli-
cet qualē te intelligimus habere, panē semper da nobis, vt non necesse habeamus in fudo-
re vultus aratro terrā vertere, semina sulcis credere, & in saturitate panis, & otij securitate
nō sit opus penuriam ullius rei præcavere. Attamen talis propositio qualicunq; spe attra-
tos illos fecerat, nec em̄ solummodo cōcesserant verum esse panem, quem à patre dari do-
minus dixerat, sed & nimis audientes acceperunt, venisse panem dei de cōelo, qui
daret vitā mundo. Iam ipse doctrinæ ordo postulabat, vt panem ipsum clara & euidenti
assumptione demonstraret, vt vel murmurātes illi & nō credentes, in æterna semetipso
fame concluderent, vt credētis, & ad ipsum venientes, vitā æternā manducarent. ¶ Dicit
autē eis: Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, nō esuriet: & qui credit in me, non siet ut
quā. ¶ Ac si dicat: Ecce quia de vero pane audistis inhianti desiderio, sinus vestros laxasti
dicentes: Dñe, da nobis semper panem hunc, nolite rursus claudere vel cōstringere, dum
dico vobis, q; panis ille sit, & longe aliud ostēdo, q; vos speraueritis. Ego sum panis vitæ, lä
in vestro arbitrio est, accipere & habere panē hūc. Nolite obdurare corda vestra, sicut in
irritatione secundū diē temptationis in deserto, vbi tentauerūt me patres vestri, sed venite
ad me, & nō esurietis: credite in me, & nō sietis. Parauit pater in cōspectu vestro mēsam
si vos verū panē esurietis, si veram refectionis aquam sietis. ¶ Sed dixi vobis, quia vidistis
me, & nō creditis. ¶ Hoc, inquam, dixi vobis, noui enim vos, q; nō propterea, quia signa
vidistis, sed propterea q; de panibus māducaſtis, & saturati estis, venistis ad me, & nūc di-
co, q; signa vidistis me, & audistis verba æternæ vitæ, & non creditis, sed tantūmodo signa vi-
dere, nō illud propter qd signa fiunt, credere vel credere vultis, tantūmodo panes man-
ducare

**Psal. 119
verus**

Psal. 23.

**Verbum
Exod. 16**

**Manna nō
erat panis
verus, qui
vitam dat
mundo.**
1. Cor. 10

**Nume. 21.
Panis dei.**

Deut. 6.

**Terrenus
sensus lu-
dorum.**

Psal. 49

Psalm. 22

ducere, cibisq; perituro saturati, & non cibū qui permanet in vitam æternā, curatis operari. Quid ergo? Quid faciet hic verus panis, quoniam vos ad illum manducandū venire non vultis? Audite iam. 77.163 **L** Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non ejiciam foras. **J** Poteram ego dicere: Omnis quem dat mihi pater, ad me veniet, sed vos fastidiosi Iudæi, quorū saturitas & crapula pharisaicæ superstitionis vege panem fastidit, de vobis solūmodo me dixisse arbitremini, videlicet tanq; vos habeat solos exceptare hic panis dei, quoniā filij Abrahæ estis, & manducatores alios nisi vos, habiturus nō sit. **Q** Dixi ergo: Omne quod dat mihi pater: omne inquā, siue bonū, siue malū, siue mundū siue immundū, siue circuncisio siue p̄putium, omnis sexus, omnis conditio ad me veniet, & eū qui venit ad me, vnde cunq; veniat, qualiscunq; veniat, dummodo veniat, id est, credat, nō ejiciam foras. Faciam quod fecit homo ille, qui cū fecisset cœnam magnū & vocasset multos, qm illi cœperunt simul omnes excusare: **E**xi, inquit, in vias & sepes, & parcer ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. An putatis, q; panis iste verus frustra de cœlo descendērit, nisi vos illū comedēritis, & q; à præsoribus derelictus, ad mēsam cœli, frustrato propter vos cōfilio suo, referēdus sit? Nō est ita, sed implebit mihi pater domū turba famelicorū, hoc pane saturari cupientiū, & quodcūq; ille mihi dederit, quicūq; illo reuelante, panē istū agnouerit, licet catellus veniat sub mēsa colligere micas, non es eiūcīa foras. **L** Quia descendī de cœlo, non ut faciam voluntatē meā, sed voluntatē eius qui misit me. **J** Quod ergo descenderim de cœlo, q; panis viuus & verus sim, hoc dixi vobis, & adiecit: Quia vidistis me, & nō credidistis. Hoc sane, ut nō faciam voluntatē meā, sed voluntatē eius qui misit me, vos reprehēdere nō potestis, quē profecto deū esse non dubitat. Nā & si de cœlo me descendisse nō conceditis, attamen à deo missum, id est, prophetā magnū, qui venturus sim in mundū, paulo ante confessi estis. Hoc inquam non reprobatis, ut nō faciam voluntatem meā, sed voluntatē eius qui misit me. **Q** Quid est enim nō voluntatē eius, qui (vt dico vere) misit me, sed voluntatē propriā facere, nisi propria vten do potestate, iniuste aliquid disponere, nō rerū merita pensare, sed iudicia faciendo, bonum malū, vel malum bonū dicere, tenebras pro luce, & lucem pro tenebris ponere. Hoc ergo vos improbare nō potestis, q; non faciam voluntatē meā, sed voluntatē eius q; misit me. Proinde cœptā prosequar causam, ut rationabiliter vos ab æternæ vitæ cōvivio seclusos, & alios admittendos esse ostendā. **L** Hæc est aut̄ volūtas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, nō perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. **J** Sed hoc vobis adhuc forte clausum est, nec intelligitis, qd sit illud: Omne qd dat mihi pater. Dico ergo idē manifestius. **L** Hæc em̄ est voluntas eius q; misit me patris, ut omnis q; videt filiū & credit in eū, habeat vitā æternā. **J** Quod dixi, ut omne quod dedit mihi, idē est, quod nunc dico, ut omnis qui videt filiū, & credit in eū. Sed idcirco sic & sic dixi, ut sciatis non magis circuncisionē q; præputiū signū esse illogi, quos dedit mihi pater, quos vult ut non perdā, quos vult habere vitam æternā, sed sola fide discerni, solo amore filij recognoscendos esse, quos ille mihi filio suo saluādos dederit. **Q** Omnis qui videt filium, qui oculos cor dis nō claudit contra illum, sed videt, & videns gaudio gaudet, & credit in eum, ipse est illud quod dedit mihi pater. Et cum sit voluntas eius, qui misit me patris, ut non perdam quid ex eo, qd ipse mihi dederit, sed resuscitem illud in nouissimo die, ego nō ita econtra faciam voluntatē meā, ut respuam quenq; eo q; non sit semen Abrahæ, vel quia non sit insignitus circuncisionis characterē. Si aut̄ omnis qui videt & credit, vitā habet æternā, pro voluntate patris, quāto magis qui nō viderūt, & crediderunt æterna vita digni sunt. Omnis ergo, siue qui corporali p̄sentia me habēs videt opera, quæ facio in nomine patris mei, & credit, siue qui rationis intuitu videbit & credet, videlicet cū sibi annunciatū fuerit, iam habet vitā æternā, iam ex eo quod credit, transiit (ut supra dixi) de morte in vitā. **L** Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. **J** Et nunc iam habet vitam æternā, videlicet resuscitatus secundū animā, & in futuro quādo omnes qui in monumentis sunt, audient vocē filij dei, & procedent, ego ex nomine vocans, resuscitabo eū, & de massa vel congerie morte æterna mortuorū, in resurrectionem iudicij procedentium, discernam illum. Ego em̄, sicut panis vitæ, sic & resurrectionis quoq; corporum dator sum. Ad hoc valebit ei venisse ad me, vel credidisse in me, ut à duplicit corporis & aīa morte resurgat, & (sic ut supra dixi) amplius nō esuriat neq; sitiāt. **L** Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis q; de cœlo descendī, & dicebāt: Nōne hic Iesus filius Ioseph, cuius nos nō uimus patrē & matrē? Quomodo ergo nunc dicit: quia descendī de cœlo? **J** Hoc est pecatum illorū, de quo excusationem non habent. Nam nescire q; descendērit, vel quomodo descendērit de cœlo, nō adeo mirum erat, præsertim cum vulgata opinione putaretur esse filius Ioseph, sed de illo murmurare, & nō potius cū illo agere, vel ab illo querere, ut scire mererent, de illo (inquā) murmurare peccatum erat, per qd merebantur viā veritatis

77.163
Omne qd
dat mihi pa
ter, ad me
veniet.

Luce, 14

Matth. 15

Quid est vo
luntatē pro
priā facere
Elaiae, 5

Omnis qui
videt filiū,

Iohann. 5

Peccatum
murmura
tionis inex
cusabile,

CXXXVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VI.

Psal. 77

nunq̄ inuenire. Nō em̄ hoc erat notitiā eius q̄rere, sed inuidiæ flammā aduersus illū superbiæ & indignatiōis spū cōflare. Sic & p̄se eōz nō ex eo dēū prouocauerūt, q̄ escas petierūt, sed ex eo q̄ tentādo & murmurādo petierūt, sicut ait Psalmista: Et tentauerūt dēū in cordibus suis, vt peterēt escas aīabus suis, & male locuti sunt de dēo, & dixerunt: Nunq̄ poterit deus parare mēsam in deserto, &c. Igit & hi tētatores filij tētatoz. i. murmuratores filij murmuratoz, nō ex eo Ch̄m dām offendērūt, q̄ illū esse filiū Ioseph opinati sunt, sed ex eo q̄ cū opa c̄ celestia faceret, & se de cōcelo descēdisse diceret, maluerūt ad inuicē de illo murmurare, q̄ ab illo descēsus ipsius mysteriū intētione discēdi humiliiter q̄rere. ¶ Nō em̄ partū superbiæ cōtemptū redolet, q̄ eū hoc loco ex noīferiunt dicētes: Nōne hic est Iesuſ filius Ioseph, videlicet multū aduersa fibi q̄ repugnātia nouerāt h̄c eē, de cōcelo (vt aiebat ipſe) descēdisse, & (qd vulgo opinabātur) filiū Ioseph esse. Rursus omnino sibi consentiebant, & cōsequentia erant, de cōcelo illū descendisse, & de filiū, qui de patre multālis supra dixerat, existere. At illi diabolica cōflagrati inuidia patrē dēū, cuius autoritatē cōtemnere nō possent, in verbis eius se aduertisse dissimulabāt, & q̄ solum sciri volebāt lesum, videlicet hominē, filium q̄ Ioseph & Mariæ esse importunā & mendose describebāt. L. Dixit ergo eis Iesuſ: Nolite murmurare inuicē. Nemo potest venire ad me, nisi pater, q̄ misit me, attraxerit eū. Murmurātes corripiēs, ne forte nō intellexerint, magnifice patrē aliū, maiore q̄ est Ioseph, illis, imo cōtra illos se habere aſtruit: Nemo inquit potest venire ad me, videlicet ad quē cū venerit quis (vt supra dixi) non esuriet, neq̄ fitiet, nemo inquā potest venire ad hoc, vt nō esuriat neq̄ fitiat, nisi pater q̄ misit me, attraxerit eū. Hoc plāne maius est q̄ Ioseph. Quia dixerāt: Nonne hic est Iesuſ filius Ioseph, Imo & omni hoīe hoc maius est. ¶ Quis em̄ hominū quenq̄ attrahere potest ad manducandū, sicut manducari oportet hunc panē viuū & vēz: l̄p̄ m̄ attrahi qd sit quāramus, & liquido parebit q̄ nemo quenq̄ attrahere possit, nisi solus deus. Attrahi ad Christū panē viuū & vēz. i. esurire ac fitire iustitiā, tantumq̄ habere fastidiū vel odiū omnis iniustitiā, vt talem vacet illi esuriē fitimq̄ tolerare. Ad h̄c autē quis idoneus: Cuius in manu cor cuiusq̄ est, vt hoc in illo possit efficere? Nunq̄d Paulus: nunq̄d Apollo: nunq̄d Cephæ: Nunq̄d in manu est cuiusq̄ omniū verbo dei ministrantium, vt dū prēdicando dei verbū, quasi frangit panē viuū, det mortuis manducandi & viuendi defideriū. Nēpe sicut Paulus plātauit, Apollo rigauit, deus aut̄ incrementū dedit, & sicut: Nisi dñs & dificauerit domū, inuanū laboraue runt q̄ & difificant eam: sic inuanū prēdicatores frangunt panē viuū, nisi deus in mentib⁹ auditōz, sanctū eiusdē panis excitet defideriū. Igitur ad Christū quenq̄ attrahere, id est, esuriē fitimq̄ iustitiā cuiq̄ dare, cū nemo possit nisi p̄, ac proinde maius sit hoc omni hoīine, s. quenq̄ ad Ch̄m attrahere, satis magnifico ab effec̄tu probare incipit, q̄ pater suus longe maior q̄ Ioseph sit. ¶ Veruntamen & hoc sciendū, q̄a h̄c attractatio nō minus filij q̄ patris grā opus est. Nā & de seipso hic idē filius: & ego inquit si exaltatus fuero, oīa trahā ad me. Et eidē sponsa sua, scilicet ecclesia, dicit in Canticis: Trahe me post te. Cur ergo nūc de sola psona patris dixit, q̄ oporteat eū qui ad se venit, ab illo trahis? Videlicet q̄a de patre Iesuſ murmuratio suborta, vel vētilata est à dicētibus: Nōne hic est Iesuſ filius Ioseph? Opportune primū de patre ait: Nemo potest venire ad me, nisi pater q̄ misit me attraxerit eū, quod idē est ac si diceret: nemo potest hunc panē manducando vitā æternā habere, nisi credēdo amauerit, vel amando crediderit: non Ioseph, sed dēū patrem meū esse, & ab illo me eē missum de cōcelo vt nascerer de matre virgine. Deinde de nō inꝝqualē cū patre sua potestate protinus subiungit. L. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Hoc & supra dixit se factūz, cū eiusdē voluntate patris, quia videlicet quod illic dixit: Omne qd dat mihi pater, ad me veniet; & h̄c est voluntas patris mei, qui misit me, vt omne qd dedit mihi, nō perdā ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hoc idē murmurātibus illis grauiori pondere repetiū: Nemo inquiēs potest venire ad me, nisi p̄, qui misit me, attraxerit eū: murmurantes & inuidos terribili p̄nunciatione excipiens ab illis, quos pater fibi datus fit. At illi q̄s pater iste nō trahebat, eo videlicet mō, quo iam dictū est: non em̄ idcirco venerant ad eū, q̄ esurirent ac fitirent iustitiā, sed quia (sicut ipſe ait) manducauerant de panibus, & saturati fuerāt, adhuc indignātes murmurare poterāt, & ad inuicē dicere: Et quis ille pater est, vel quis ex vobis omnibus, qui homo sit, ad istū, vt credat in eū attrahēdus vel cogēdus est? Aduersus huiusmodi contemptū illōz, insigni propositione subiungit. L. Est scriptū in prophetis: Et erūt omnes docibiles dei. Hoc maxime in Hieremias scriptum est his verbis: Post dies illos, dicit dñs, dabo legem meā in visceribus eorū, & in corde eōz scribam eā, & ero eis in dēū, & ipsi erunt mihi in populum. Et nō docebit ultra vir proximū suū, & vir fratrem suum dicens: cognosce dominum: Omnes enim cognoscēt me à minimo eōz usq̄ ad maximū, ait dñs, &c. Nunc em̄ post q̄ impletū est, qd idem propheta prāmiserat dicens: Ecce dies yenient, dicit dñs, & feriam domui Israel,

Nemo p̄t
hoīem traſ
here, nī ſo
Ius deus.

1. Cor. 3
Psal. 126

Trahit & fi
lius ſimul
cum patre
Iohan̄z
Cantic. 1.

Hiere. 31.

& do

& domui Iuda fœdus nouum, nō sedm qđ pepigi cum patribus vestris in die qua appre
hēdi manum eorū, vt educerē eos de terra Aegypti, pactū qđ irritū fecerūt &c. Nunc in
quam postq̄ dedit legem suam in visceribus nostris, & in cordibus nostris spū sancto scri
psit eam, non docet ultra vir Iudæus proximū suum, vt facit proselytū, dicens: cognosce
dñm. Omnes em̄ à minimo vsq; ad maximū, i.e. à rusticano vsq; ad scribam, doctū cognosc
ent id, de quo nunc agit, qđ talis vir nescit. s. deum patrem habere, & in hūc mundū mi
ssisse Ch̄m filium, & sic docibiles dei sunt. Hoc em̄ nūc agit (vt prædictū est) aduersus il
los murmuratores, qđ deus Ch̄i sit pater, dicentibus illis: Nonne hic est Iesus filius Ioseph? Ait ergo, Est scriptū in prophetis, & erūt omnes docibiles dei. Et vt manifestius fiat
in quo docibiles dei futuri sunt, protinus adiungit: L. Omnis q̄ audiuīt à patre & didicīt, ve
nit ad me. Ac si dicat: Et oēs quicq; docibiles dei fuerint, hoc ab illo discent, vt credant
in me. Omnis em̄ q̄ habet aures audiendi, quas exigit doctrina dei, & intrinsecus discit (vbi
nō vox hoīs p̄streptit, nec penetrat caro & sanguis, sed sola revelatio patris, q̄ est in cœlis)
nō p̄t se auertere à filio dei, sed venit ad me (inqt) credit in me, astrigis mihi insolubili vin
culo dilectionis, festinat inter mēbra mea cōputari, vt eidē, cuius ego natura filius sum, ip̄e
q̄q; in spū adoptiōis filioī, abba pater clamare possit, q̄ videlicet spū præueniente, docibi
lis dei mō supra dicto factus est. L. Non q̄a patrē vidi quis, t̄ sed q̄ est à deo, hic vidi pat
rem. Non (inqt) ex eo qđ dixi: Omnis q̄ audit à patre, & didicīt, venit ad me; consequit
aut colligi debet, q̄ pater meus visibilis sit, aut corporaliter, vt homo adiri potuerit, & au
diri, q̄o vos indignatiōis & inuidiæ fumantes nebulam murmuratis, q̄ dixerim: q̄a desce
di de cœlo, cum Ioseph pater meus sit, quē vos scutum cordis arripuitis, ne à p̄te meo
quicq; audire vel discere possitis. Pater meus ille est, quē vidi hoīm nemo, nec videre p̄t,
qui lucem habitat inaccessibilem. ¶ Nam & si patrum aliqui deū vidiſſe legunt, nō in sua
tamen substantia viderunt, aut videre potuerūt, sicut Moysi dicenti: Si inueni grām in cō
spectu tuo, ostende mihi te ipsum vt videam te maniſteſte, responſum est: Non poteris vi
dere faciem meā, nō em̄ videbit me homo & viuet, cū vtiq; ſcriptura eadē de eodē Moysē
præmisſet: Loquebat autem dñs ad Moysen facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad
amicum suum. Sane de beatis angelis hoc intelligendum nō eſt, quin viſione dei pſruant.
Non em̄ hic de illis agit, ſed de hoībus, quοz nemo deum vidiſſe inquam, q̄a ſtabat paries
inimicitiaz, i.e. originales peccatum inter hoīes & deum, ſoluendus in carne Ch̄i p̄ passio
nem mortis, vt poſſet ab hominibus deus videti. Ait ergo: Non q̄a patrem vidiſſe quis: Et
adiecit: Niſi q̄ eſt à deo, hic vidiſſe patrem. ¶ Hic (inqt) qui non eſt ab hoīe, cuius eſſe non
incepit ab Ioseph, ſicut vos dicitiſ, aduersum me murmurantes, hic inquam, s. ego, vidiſſe
patrem ex cunctis filiis hoīs, q̄a ſolus ab illo ſum, videlicet natus, non factus. Alioquin nō
valeret h̄c differentia qua dixi: niſi qui eſt à deo, cum omnes hoīes à deo facti ſint, quo
tum tamen illum vidiſſe nemo. Notandum quippe eſt quoties ita absolute poſitum inueni
tur, à deo velex deo eſſe, vt nō fit additum factum vel creatum, ſubaudiēdum eſſe natum,
etiam ſi de hoībus ſermo ſit, vt illud: Qui ex deo eſt, verba dei audit, propterea vos nō au
ditis, quia ex deo nō eſtis. Subaudiēdum eſt em̄ nati, imo renati, videlicet ex eo, q̄ natu
itate regenerantis grāz quis in dignus eſt, verba dei audire non poſteſt. Cum ergo dicit, nō
quia patrem vidiſſe quis, niſi hic qui eſt à deo, ſubaudiēdum eſt, natus vel genitus illa vi
delicet generatione vel natuitate, quā nō gratia, ſed natura eſt, non em̄ ait: Niſi hi qui
ſunt à deo, ſed de vno ſeipſo, hic (inqt) qui eſt à deo, ſubaudiſſis, ſolus per naturam natus vel
genitus, ſolus coæternus & cōſubstantialis filius. Nam niſi propriam hic accipias filij dei
generationē, in eo qđ ait: niſi qui eſt à deo, hic videt patrē, cōſequiſ q̄ omnes, qui ex deo
ſunt, viderint deum. Sed nos omnes, qui ſpm adoptionis filiorū accepimus, ex deo natū
sumus, & filij dei nomināmur & ſumus, ſed nōdum apparuit quid etimus, & tñ nemo no
ſtrum vidiſſe deum. Ergo hic qui eſt à deo, & proinde vidiſſe patrem, hic ita à deo, quomo
do viñgenitus, q̄o ſolus conſubstantialis, filius viñicus, filius (iniquā) ſolus naturalis, nam
ceteri omnes adoptiui ſunt. Sequit. L. Amen amē dico vobis, qui credit in me, habet vitam
æternam. Postquā in assumptione qua dixerat: Ego ſum panis vita, qui venit ad me, nō
efuriet, & qui credit in me, nō ſitiet inquam. Cōſiſtēs veritas murmurantes, & cōcedere
nolentes vſq; ad victoriā redarguit, Cherinthum quoq; & alios q̄ nōdum erant, h̄ere
ticos prædamnans, quia dicturi erant Ch̄m nō de cœlo descēdiffe, ſed de Maria exiſtē
diinitū habuisse, vel etiā ex Ioseph genitum fuſſe, nūc tandem forti cōcluſione maiestas
verbū æterni ccepta pſicit: impios confundēs, pios autem ad manducandum ſeipſum pa
nem vita æternæ alliciens: Amen amē (inquit) dico vobis, qui credit in me, habet vitam
æternam. Hoc vtiq; ex præcedentibus conſans, & verum eſſe, fidelibus perſpicuum, infi
delibus autē inexpugnable eſt. Si em̄ pater det panē cœlo verum, qui deſcendit de cœlo,
& dat vitam æternā, & ego ille ſum panis vita, ergo qui credit in me, habet vitā æternā.

Idcirco superius vobis dicere cœperam, operamini non cibū qui perit, sed q̄ p̄manet in
vitā æternā, hoc est opus dei, vt credatis in eū quē ille misit. Interturbasti dicētes; Quod
ergo signū tu facis, vt videamus & credamus tibi? Quid oportet? Patres nostri manduca-
uerūt in deserto manna. Proinde dixi vobis, q̄a ego sum pānis vitæ, & nunc iterum dico
L Ego sum pānis. † viuus. Patres vestri manducauerūt manna in deserto, & mortui sunt.
Hic est pānis de cœlo descendēs, vt si qs ex ipso manducauerit, nō moriat. Conferte esse
etius, videte pānis vtriusq; distantias. Patres vestri manducauerūt manna, & mortui sunt,
patres vestri (inquam) mali, patres maloꝝ, murmuratoꝝ, infideles

I Cor. 10 patres infideliū, q̄uis ōes eandē escā spūalem manducauerint, & eundē potū spūalem bi-
berint, quē & boni patres bonoꝝ (quales fuerūt Moyses & Aaron) manducauerūt manna,
& mortui sunt, imo cū essent mortui mala morte peccati, manducauerūt, & manducado
nō reuixerūt, sed illo cibo saturati ad inferos descenderūt, int̄m mortui sc̄dm interiorem
hoīem, vt q̄dam eōe vitā trahētes adhuc exteriorē, absorpti à terra, & operti humo de
medio multitudinis perierint. ¶ Quid ergo inqst: Illi q̄ manducant hūc panē nō moriunt
Dixisti enim: Hic est pānis de cœlo descendēs, vt si qs ex ipso manducauerit, nō moriat.
Nonne & omnes q̄ manducant hunc panem, de quo dicis: Hoc est corpus meū, q̄d pro vo-
bis tradet, & q̄ bibunt calicē tuum de quo dicas: Hic est sanguis meus, nōne (inquam) iſi mā-
ducantes & bibentes ōnes q̄dem sc̄dm carnē, multi vero etiā sc̄dm animā moriunt? In
quo ergo panē hunc præfers illi, quē patres manducauerūt, pro eo q̄ manducantes man-
na, & bibētes aquam de petra, mortui sunt ōnes q̄dem sc̄dm carnē, aliqui vero etiam se-
cundum animā. ¶ Concedimus em̄ multos ex eis mortuos esse sc̄dm aīam, sicut aīspū
sanctus in Dauid: Ipsi vero nō cognouerūt vias meas, q̄bus iuraui in ira mea, si introiūt
in requiē meā. Quāvis etem̄ dixerit, aliqui illa morte qua prostrata sunt cadauerūt illoꝝ in
deserto consumptum fuisse p̄cīm̄ eoꝝ, sic intelligētes q̄d scriptum est: Nō iudicabit deus
bis in idipsum, q̄tpali morte puniti ōmes euadunt mortē æternā, alioꝝ tñ meliorē
nemus sñiam dicentium, q̄a quosdam flagella damnant & non liberant, videlicet eos, de
q̄bus per prophetam dicit: Percussi eos nec doluerunt, attrististi eos & renuntiauerunt ac-
cipere disciplinam. His (inquit) flagella ab hac vita inchoant, & in æterna p̄cūsſioꝝ per-

Psall. 94 durant. Vnde per Moysen dñs dicit: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad
inferni nouissima. Itaq; & iuxta prophetam eundē dicētem̄: Et dupli cōtritioꝝ contere
eos, plerosq; illoꝝ in corpore simul & in anima perisse cōcedimus; præsertim cum illis ex-
acerbantibus deū exacerbatioꝝ tentatioꝝ in deserto & cognoscere nolētibus vias eius, in-
rauerit ipse (vt p̄dictū est) in ira sua, q̄ nō introiret in requiē suam. In quo igit̄ hūc panē,
quē qui manducant, nihilominus moriunt, præfers illi quē manducauerūt patres illoꝝ,
& mortui sunt. ¶ Ad hāc inquam: Attē diligētius, nunqd̄ vīlam fecit exceptionē pa-
trum maloꝝ sive bonoꝝ? Nōne vniuersali enuntiatioꝝ dixit: Patres vīi māducauerūt mā-
na & mortui sunt? Patres em̄ vestri (inqt) nō solū murmuratoꝝ vel infideles mortui sunt
sed etiā iusti, & quātolibet fideles patres ōes vestri mortui sunt, ea videlicet ex causa, qua
ōes hoīes moriunt in Adā. Et hoc dico, q̄a quis manna manducauerint, nihilominus ōes
eadē in morte detēti sunt, sicut & antiquiores illoꝝ p̄fes, vel ipsoꝝ iuniores, q̄ manna nō
māducauerūt, q̄ diebus illis nō fuerūt. ¶ Dixi ergo, q̄a patres vīi māna māducauerūt &
nihilominus mortui sunt, q̄ illi q̄ nō māducauerūt, nihilominus apud inferos propter ori-
ginale p̄cīm̄ detēti sunt, q̄ illi q̄ ante vel post illud manna, hinc ad populos suos per viam
vniuersæ carnis adducti sunt. Non per illud manna liberati sunt, neq; ascēderūt ad conui-
uum angelōꝝ, vt visiōe dei perfruerent, qua beati angeli æternalē viuūt, quam in patre
suo Adam ōes hoīes perdiūerūt. ¶ Sed hic est pānis de cœlo descendēs. Et ad quid de
cœlo descēdit? Ut si qs manducauerit ex ipso, nō moriat. Nam q̄ nō manducauerit mor-
iet, imo iamducūm mortuus in Adam, ab illa eius hæreditaria morte nō liberabit. Et q̄
dem mortuoꝝ multitudō plurima est à corpibus separatoꝝ, hūc panē expectantiū apud
inferos, quo fraudauit eos peccado pater ipsoꝝ. Magna deinceps ventura est multitudō
gētiū hūc panē, dū adhuc in corpe sunt flagitantiū, iāq; dū adhuc in carne viuūt māduca-
turi sunt. Vtrisq; s. & illis q̄ iamdudum defuncti sunt, & his q̄ adhuc viuētes in carne sunt
vel erunt, ecce parata est à patre meo mēsa in cōspectu ipsoꝝ. Dico em̄ vobis, L Ego sum
panis viuus, qui de cœlo descendē. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. ¶
Quoniam cōiuiae patris mei per mortē dissipati sunt, propter yetitū cibū, quē manduca-
uit pater ipsoꝝ, & animæ quidē apud inferos, corpora vero in sepulchris sunt dissipabor
& ego pānis angelōꝝ, & sc̄dm illam substātiām qua pascunt angeli, pergam ad inferos,
vbi animæ esuriunt, & sc̄dm corpus eodē terræ ventre reconditus, quo recōdita sunt cor-
pora ipsoꝝ, illic ego tribus diebus & tribus noctibus, sicut fuit Jonas in vētre cœti tribus
diebus & tribus noctibus, ynde & animæ visiōe dei recreata, reuiuscet, corp̄a vero nunc
quidem

Nume. 14 **Naum. 1** **Hiere. 5** **Deuter. 32** **Hiere. 17** **Psal. 94** **Rūsio, q̄ in**
Adā ōmes **mortui sūt** **1 Cor. 15** **Manna nō**
liberauit a **morte** **Gen. 49** **3. Reg. 2** **Psalm. 22** **Matth. 12** **Ionæ. 2** **Matt. 17**

quidem multa, in futuro autem cuncta resurgent. Deinde residuis, i.e. quos praesens adhuc seculum in carne retinet, dabis hic idem panis in ea specie, quae viuetibus congrua est. i.e. in vero sacrificio panis & vini secundum ordinem Melchisedech. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Summa haec sit consolatio pauperibus, quibus spiritus domini veniens super me, euangelizare misit me: summa (inquam) & incomparabilis congratulatio sit haec gentibus terminisque terrae, quos in hereditate vel possessionem postulans accipiam a patre. Quia nihil minus habebut de hoc pane vita, quam antiqui patres, quibus hunc panem signauit, & dedit pater, qui misit me. Nam descendens ad illos, ut reficiant ex me, cum infernus me momordit, & ego morsus eius factus fui, mors mortis, in visceribus eius conclusus, additus esuri entibus sanctis vel iustis, ut viuiscerent viviueristi, tunc ego dabo panem istis residuis, in quo non debet veritas eiusdem carnis meae vel corporis, quod eductum de vestre coeli, saluum & integrum residet aeternam ad dexteram patris. Panem eundem angelorum me tribuente manducabit viuens homo, modo sibi congruo, quem dat pater his, qui recesserunt, ut manducent, & resurgent, nunc quidem animae, corpora quodammodo in die nouissimo. Animauertendum est hoc loco, cum virobius valeat, & nunc vertibilis sit haec propositio, & panis, quem ego dabo, caro mea est, etenim siue carnem de pane predices hoc modo, & panis (quem ego dabo dicens, accipite & comedite) caro mea est, vel corpus meum est: siue carnem de pane predices, ita & caro mea, quae mortua vestre terra glutienda est, panis est, quae refectis mortuis vita & resurrectione data est, cum (inquit) quocumque virtus, in sua vera sit, ordo tantum fratrum personarumque vel temporum mutatione exigit, ut panis subiectum, & caro predicatum debeat accipi. Nam hactenus de persona Christi dixerat, quod ille panem vestrum daret, & ipse filius panis esset. Nunc ipse panis viuus & verus ad suam personam pro futuris temporibus verbis eiusdem traditio facta. Et panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Quomodo et reuera quem pater dedit panem angelorum, ut carnem assumere, & morere, panis coelestis fit panis visibilis. Hactenus viuiscaret, ipse panis coelestis panem terrenum nobis dat, quem viuetibus, & quibus manducari potest, ut vita det aeternam in carnem suam transmutat. Et sicut verbum quod est panis visibilis, angelorum, caro factum est, non mutatum in carnem, sed assumendo carnem, sic id ipsum verbum iam dudum caro factum, panis visibilis fit, non mutatum in panem, sed assumendo, & in unitatem personae sua transferendo panem. Proinde sicut de carne nostra, quam virgo Maria peperit, ut quis re fatur propter unitatem personarum, ut quem deus est, sic nihilominus de pane isto visibili, quem eiusdem verbi invisibilis diuinitas assumens, in carnem suam transfert, vere & catholice contemnatur, quae corpus Christi est. Ait ergo: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, videlicet ut mundus redemptus manducet, & viuat, emundata prius per baptismum veteris quem serpens dedit & prouasit, cibimacula. Igitur ab effectis liquet, quanto melior hic panis sit illo, de quo dixerant: Patres nostri manducauerunt manna & mortui sunt. Hic autem est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriat. Sane cum dicit: Qui manducat hunc panem, vel qui manducat meam carnem, semper dignus subaudiendum est. Quemadmodum quoties dicit in scripturis sanctis: angelus domini, vel spiritus domini, nec additum malum, sine dubio bonus angelus, vel bonus spiritus intelligi. Ita nimirum quoties dicit, qui manducat & bibit, & non indignatur, prouerdubio digne subaudiendum est. Proinde & quod dixit: Patres vestri manducauerunt manna & mortui sunt, quoniam absque bono vel malo patrum distinctione, dixit, sciendum est, quae quantitatecumque bene manducauerint aliqui ex illis, tantum oes mortui sunt, i.e. ab hereditaria morte, qua in Adam oes moriantur, per illud manna liberati non sunt, sed per hunc panem omnes viuiscant electi, qui vel ante quem hic panis de celo descendenter, fuerunt mortui, vel post quem descendit nati sunt, eidem morti obnoxii. Sequitur: Litigabant ergo Iudei ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Et supra quod dixit: Ego sum panis vita, murmurabant, & nunc qui dicit: Et panis quem ego dabo caro mea est, rebellis & increduli Iudei ad inuicem litigant, nusquam duram eruditum sunt fluctuere ceruicem, ad interrogandum veritatis magistrum, videlicet eo modo, quo per cunctari solent hi, qui sciendum veritatis esuriunt ac sitiunt, sed murmurant, sed litigant, sed verba externe vita blasphemantes, insaniae deputant. Num ergo istis diceret, quomodo possit carnem suam dare ad manducandum? Litigabant ad inuicem, murmurabant ad inuicem, & consilium sapientiae dei non ab ipsa sapientia dei, sed murmurando & litigando quererent ad inuicem. Quid nisi malum disseret ab inuicem? O homo (inquit apostolus) tu quis es, qui respondes deo? Talibus enim qui non amore discendi interrogant, sed intentione aduersandi disputationem, nihil aliud dicendum est, nisi ut tanquam indigni, sapientiae responsu procul absistant. Dicit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ergo (inquit) quoniam vos nequamque esuritis animas sursum in celum suspeditis, unde panis iste descendit, ut reuelat vobis prius qui est in celis, quod reuelare non potest caro & sanguis, sed litigatis ad inuicem cordibus impacatis. Matth. 14. Hoc tantum vobis dixerim, quod nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem

Judei erat
indigni, ut
doiceret eos
Christus hoc
sacrum
Matth. 7

sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quis autem est modus manducationis, non meum est aperire vobis. Sanctum enim hoc est quod litigiosis canibus dandum non sit, margarita sunt, quae videlicet ne conculeantur, ante portos mutenda non sint. Non dandum falso serui eis, qui reverentur aurem domini prebeatim, nedum amici, quibus solis notum facere habeo ritum vel ordinem, causasque diuinis huius epulationis. Hoc ergo tantillum scitote, quod nisi manducaueritis, non habebitis vitam in vobis. ¶ De hoc cibo corporis, & potu sanguinis domini, haec à sanctis doctoribus data est sua, quam & velut pro maxima vel prima diffinitione aduersus idem corpus & sanguinem domini, nimirum festini lectores, & immaturati tripuere doctores. Hunc (inquit) cibum & potum societate vult intelligi corporis, & membra suorum, quod est sancta ecclesia in praedestinatis, & vocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & delibus eius. Quid enim? Nunquid ab eisdem patribus ibidem tacitum est, huius rei, unitatis corporis Christi, quod est ecclesia, sacramentum esse panem & vinum, quod in dominica mensa præparat, & de mensa domini sumitur?

Sacrum cur
& unde dicitur.

¶ Quid autem est, vel unde dicitur sacrum, nisi à scrando, eo quod rem istam, id est corpus Christi, quod est ecclesia, consecrat, & consecrando efficiat unitatem? Nam sicut dicimus ornamenti hoc vel illud, eo quod ornet, & vestimentum, eo quod vestiat, & cetera similia, sic domini corpus, quod in altari sumimus & sanguis eius predicat unitatis recte sacram dicitur, eo quod illo cibo potumque visibili in unam Christi ecclesiam quae si corpus eius, plenitudo eius, inuisibiliter consecremur. ¶ Igis predicata suam nullatenus pro maxima diffinitione, vel descriptione manducandi & bibendi sanguinem domini accipimus, pserum cum ipse ore proprio, quoniam voluit, quoniam voluit, quoniam dignos iudicauit, tamen diligenter diffinitione vel descriptione dederit, ut nemo dialectico vel philosophorum vnde diligenter diffinire substantiam, vel quodlibet individuum queruerit. ¶ Nam quod solent facere illi, cum prius quamlibet substantia designare volunt. Verbi gratia, cum aequiuocationem determinantes, contra argumentorum sophisticas importunitates dicunt, Alexander rapuit Helenam (cogimus enim nunc talium in tanto negotio meminisse nugatores, & sagittantes parvulos repercutere sagittis parvulorum) cum inquam dicunt: Alexander rapuit Helenam, quoniam potest opponi, Alexander non rapuit Helenam etenim Alexander Philippi, rex Macedo, non rapuit Helenam determinantes dicunt: Alexander is, de quo nunc agunt, Trojanus, Priami filius rapuit Helenam. ¶ Hoc idem summa sapientia fecit, ubi ostendere voluit, quoniam carnem suam nobis ad manducandum dare possit. Hoc est (inquit) corpus meum. Et addidit: quod pro vobis tradef. Item: Hic est sanguis meus. Et adiecit: qui pro vobis & pro multis effundet in remissionem peccatorum. Totumque modum manducandi carnem sumam, & bibendi sanguinem suum prescribens: Hoc (inquit) facite in meam commemorationem. Proinde cunctis figuris, vel similitudinum nebulis amotis, non corpus quodlibet, non corpus Christi, quod est ecclesia: sed illud corpus domini, quod pro vobis traditum est, nos manducare, & illum sanguinem, quod pro nobis fusus est in remissionem peccatorum, nos bibere indubitate credimus, & quod fecit ipse, hoc idem in commemoratione ipsius scimus & bene scimus nos facere, id est carnem ipsius manducare, & sanguinem bibere. ¶ Et quamlibet sancta ecclesia corpus Christi sit, & sic ex multis hominibus consistat, quemadmodum panis ille, quem vere dicimus corpus Christi, multis constat ex granis: & vinum illud, quod vere dicimus sanguinem Christi, ex multis confluxit acinis, non tamen id ipsum corpus Christi est ecclesia, quod pro nobis traditum est, quam propriam differetiam sapientium corpus, quod est panis æternæ, semper auctore Christo retinet. Igis nisi manducaueritis (inquit) carnem meam, & bibetis sanguinem meum, hoc videlicet, quod dicturus sum, facientes in meam commemorationem, non habebitis vitam in vobis. ¶ Sane quod vel tenerima cohibent infantia, priusquam ex hac luce migrant, quando manducare aut bibere possint, vel quod articulo temporis constringuntur, sicut nonnulli confessores, quos nec baptizari aqua, punctionis, & mortis instantia permisit, non praetulerunt sententia veritatis. Nec enim iudicat apud deum non manducasse, nisi quod manducare noluit, quod non curauit, quod neglexit. De sensibus enim & de voluntatibus iudicat deus, quae in infantibus edetulis malæ esse non possunt, & in eiusmodi confessoriis cum bonæ sint, non fraudant effectum, quod manifeste Christi comunicant passionibus. Proinde nec parvulos, quos aetatis in potentia manducare vetat, quod mox baptizati fuerint, ab hac luce migrant æternæ vitæ exortes arbitramur, nec præuentos a persecutore confessores pios, in sanguine suo baptizatos, corpori Christi comunicasse, vel calicem domini bibisse, quod ad vitam æternam proficiat, dubitamus. Sequitur: Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Non (inquit) vos, vestrisque similes, quique murmuratores & litigiosi, vitam habebitis in vobis, sed ille unus populus meus, quod mihi unius unitate spiritus, una ecclesia mea, quae manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. ¶ Haec enim summa est causa æternæ vite effectiva, manducare carnem meam & bibere sanguinem meum,

Aequiuoca-
tione ex-
plum

Quid pro-
prie est mā-
ducere &
bibere, cor-
pore sangui-
nem Christi.

Quomodo
excusantur
parvuli &
morte pre-
occupati.

carnem meam, & biberis sanguinem meum, hoc videlicet, quod dicturus sum, facientes in meam commemorationem, non habebitis vitam in vobis. ¶ Sane quod vel tenerima cohibent infantia, priusquam ex hac luce migrant, quando manducare aut bibere possint, vel quod articulo temporis constringuntur, sicut nonnulli confessores, quos nec baptizari aqua, punctionis, & mortis instantia permisit, non praetulerunt sententia veritatis. Nec enim iudicat apud deum non manducasse, nisi quod manducare noluit, quod non curauit, quod neglexit. De sensibus enim & de voluntatibus iudicat deus, quae in infantibus edetulis malæ esse non possunt, & in eiusmodi confessoriis cum bonæ sint, non fraudant effectum, quod manifeste Christi communicant passionibus. Proinde nec parvulos, quos aetatis in potentia manducare vetat, quod mox baptizati fuerint, ab hac luce migrant æternæ vitæ exortes arbitramur, nec præuentos a persecutore confessores pios, in sanguine suo baptizatos, corpori Christi comunicasse, vel calicem domini bibisse, quod ad vitam æternam proficiat, dubitamus. Sequitur: Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Non (inquit) vos, vestrisque similes, quique murmuratores & litigiosi, vitam habebitis in vobis, sed ille unus populus meus, quod mihi unius unitate spiritus, una ecclesia mea, quae manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. ¶ Haec enim summa est causa æternæ vite effectiva, manducare carnem meam & bibere sanguinem meum,

non manducare aut meam, & non bibere sanguinem meum, antiquae p[ro]fidae est argumentum
qua primi parentes hominum serpeti, q[uod] deo credere maluerunt. Nec enim differunt in culpa, non cre-
didisse, q[uod] manducantes de ligno vetito morerent, & non credere q[uod] manducantes carnem meam,
& bibentes sanguinem meum, ordine prescriptio, ab eadem morte liberarent. Qui ergo manducat &
bibit, recte antiquae mortis pena se exigit, & q[uod] non manducat, aut non bibit, nihilominus
iuste relinquit in antiquo iudicio paternae purificationis. ¶ Norandum vero, q[uod] cum super- Hic ciborum pri-
mo dat vi-
rius dixerit: Haec est voluntas patris mei, q[uod] misit me, ut ois q[uod] videt filium, & credit in eum tam aie, de
habeat vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Hic itidem sub eadem distin- inde resusci-
tatione, prius (inquit) habet vitam aeternam, & deinde subiungit: & ego resuscitabo eum in no- bit & corp[us]
uissimo die. ¶ Videlicet ne quis existimat se absque corporis & sanguinis eius cibo potuimus visibili
vitam verae corporis & animae, sola fide recuperasse, & isto sacro non egere, hoc ipsum sola fides
repetiuit, proculdubio contestans, q[uod] non vere credit, quisquis manducare, & bibere con- absque hoc
temnit. Nam quantumvis fidelis, & catholicae professionis homo sis, si manducare & bi- cibo
bere recuses de hoc cibo potuimus visibili, eo ipso q[uod] tibi hunc necessarium non esse presumis, a
societate membrorum Christi, q[uod] est ecclesia, te predicas, ne quis recte credit in eum, cuius in hoc
cibo potuimus ab ipso tam diligenter comedato, deregas autoritati. Nonne primi parentes
nostris, & prius intrinsecus inuisibiliter corrupti spiritu diaboli, contra creatorum suum intu-
muerunt, & deinde per serpentem suam, visibili quoque cibo perierunt? Ita plane oportet p[ro]ce-
nitatem hominem, ut prius inuisibilis fide subiecti creatori, corde credendo ad iustitiam, & ore con-
fitendo ad salutem, & deinde visibili quoque cibo, & potuimus aeternam necessariam perficere iu-
stificationem. Nec illud quoque vacat ab ordine iustitiae, q[uod] prius dum manducat, iam habet
vitam aeternam, in anima, deo viuens per iustitiam, & deinde & ego resuscitabo eum (inquit) Roma, 10
in nouissimo die. ¶ Nam & saepe dicti primi parentes nostri, & prius aeterna morte animae
intrinsecus, & deinde morte quam corporis extrinsecus mortui sunt. Eternum quacumque die come- Gene, 2
deritis ex eo, morte (inquit) moriemini, sine dubio morte animae, ac deinde sumiam quoque Gene, 3
corporae mortis acceperunt ab ipso deo dicente: In sudore vultus tui vesceris pane tuo Gene, 5
donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia terra es, & in terra ibis. Recte ergo, &
seruato ordine iustitiae, q[uod] manducat (inquit) carnem meam, & bibit sanguinem meum, iam ha-
bet vitam aeternam, quia iam viuit secundum animam, secundum carnem vero morietur quidem, sed ego resuscita-
bo eum in nouissimo die. ¶ Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, I Verus cibus
Verus (inquam) cibus, & verus est potus, quia verum est quod pollicetur, quia vera spes est, qua contra falsum
manducatur & bibitur. Unde & constat cibum hanc cibo illi contrario modo esse oppositum sumcibum
quem homini primo serpens obtulit, quia videlicet cibus ille, cibus fuit mendacij, quia fal- Adae
sum fuit, & falsum est, quod ille cibus pollicitus est, quia cum vana promissione datus, & va-
na spe diuinæ similitudinis consequenda manducatus est. Sed nondum manducatoribus
carnis suæ, & bibitoribus sanguinistri promisit ista veritas, quantum in persuasione cibi Ibidem
vetiti pollicita est ista falsitas. Nam diuinitatem promisit: Aperient (inquit) oculi vestri,
& eritis sicut dii scientes bonum & malum. Sequitur ergo: Qui manducat carnem meam & Hic panis
bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hic perspicue diuinitatē pollicetur car- confert dis-
nem suam manducantibus, & sanguinem suum bibentibus, & illusionem nequissimi nebulo uinitatem.
nis (qui dixit: comedite & eritis sicut dii) non sine magno cruciatu eiusdem illusoris, serio lo Gene, 3
quens in veritate effectum couertit. Quid enim nobis hoc dicto hic dei filius unicus pollicitus Psalms, 81
est, nisi ac si aperte dixisset: Diu eritis, & filii excelsi oes? ¶ Et notandum, q[uod] non eisdem ver- Nemo est,
bis deceptoris usus est dicentis: Eritis sicut dii, nec oino sic dicere debuit: Qui manducat
carnem meam, & bibit sanguinem meum, erit sicut deus, vel erit similis altissimo; sed in me ma- sicut deus
net inquit, & ego in eo. Quis enim est, vel esse potest sicut deus? Ille namque nullius indiget, nul-
lius ope vel gratia deus est. Sed quis ita praeter illum, naturae suae sufficietia deus esse potest?
Sic angelus voluit esse deus, & factus est diabolus. Sic deitatem appetere suavit homini, &
hominem hominem honore spoliauit. Tam hic quam ille, cum voluit esse sicut deus, voluit sine gratia
vel adiutorio melioris esse deus, & hac voluntate videretur a deo diuisit se. Quid ergo esset,
nisi dei aduersarius? ¶ Econtra, consortium vel gratia dei deos efficit, & filios excelsi. Gra-
tiam ergo & communicationem dei commedans est: Qui manducat carnem suam, & bibit
sanguinem suum, in me manet (inquit) & ego in eo. Quis autem ego, nisi deus, nisi dei sapientia,
nisi vera, summa, & sempiterna diuinitas? Ergo is, in quo maneo ego, diuinitatem in se
transfusam habens, deus factus est, filius excelsi renatus est. Non est sicut deus, quia vide-
licet unus, & solus & deus, neminem habendo in se, unde factus sit deus, sed est deus me ha-
bendo in se manente, unde sit deus. Nam audi quid sequitur. Sicut misit me viuens pater, &
ego viuo propter patrem, & qui manducat me, ipse viuet propter me. Ecce deos adopti-
uon, & dei unici dissimilitudo similis, & similitudo dissimilis: Sicut (inquit) misit me viuens
pater & ego viuo propter eiusmodi patrem, sic ille qui manducat me, viuet propter me.
¶ Sed q-

CXLI.

R V PERTI IN IOHANNEM CAP. VI.

Misi me pr
id est genuit.

Psal. 2

Ego uiuo
properpa
trem.

Melius est,
de ligno vi
te non co
medisse.
Gene. 3

Epilogus

Sed quō misit me viuus pater, vel quō ego viuo propter viuentē patrē? Misit me dico viens pr. i. gennit me īmortalis pr. Nā in eo me misit qp genuit. Si vfæ paternæ incircū fæ aures, cudico misit, dicerē apertius genuit, sicut in psalmo testaf ipse, dicēs ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dico ergo, qa misit, qd & ipm vos audire vix patim̄nitmisit (inquā) viuēs pater me, qd nō est aliud qp genuit, & incarnari voluit me. ¶ Et ego viuo propter patrē. i. propter hoc deus viuēs, deus īmortalis sum, deus impassibilis, deus incōmutabis sum, qa talē habeo patrē, qa talis pater me misit, qa talis pater me genuit. Et sicut ego viuo propter hmoi patrē, sicut & is, qa manducat me, viuet propter me, i. idcirco sempiterne & beatè viuet, idcirco deus & filius excelsi est, qa manducat me, qa ma neo ego in eo, & ipse in me. Ecce (inquā) similitudo diuinitatis, similitudo vitæ & æternitatis, similitudo deorum adoptiuorum & vniuersitatis dei. ¶ Sed hec (vt pdictū est) similitudo dissimilis est. In quo? Videlicet qa cause diuersæ sunt. Quare ergo viuo propter patrē? Quia viuēs ipse pater misit, i. genuit me. Quare viuet homo propter me? Quia māducat me. Nō ego manducaui patrē vt viuerē, sed viuo propterea, qa pater in seipso viuēs, & nullius indigens, genuit me, nihlominus in meipso viuentē, & nullius indigentē. Homo aut nō propterea viuit, qp pater illū genuerit, sed idcirco vt viuat, māducat me, quē solū pater genuit. Est ergo (vt pdictū est) dissimilitudo filiis, & similitudo dissimilis, vniuersi filii multorum qp filiorum excelsi, dum hic viuū: qa genitus est: illi autē viuit, qa manducant eū qp genitus est. Attūnihil hac differētia pdunt, qm & si nati dīj nō sunt, manducātes me, qa natus deus sum, mecum vnu corpus sunt. ¶ Proinde nō suspireret homo, qa in æternū viuere vellet, qp abegit deus hoīem puaricatore factū, ne sumeret de ligno vitæ, & viueret in æternū. Nam ecce habet panē vezum, de quo si qs manducauerit, viuet in æternū, imo gaudeat, qp nō est pmisus, vt comedederet tunc de ligno vitæ, & viueret in æternū. Si em̄ tunc comedisset, sic viueret in æternū, qp viuit ille, cui³ suauū comedisset. Ecōtra, sic nūc viuet in æternū, qp viuo ego propter quē viuet, quo tribuēte manducat, vt viuat propter me. Sequit^{ur}. ¶ Hic ē panis de cœlo descendēs, nō sicut manducauerūt patres vestri māna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panē viuet in æternū. ¶ Breui epilogo colligit atque enumerat partes supiores, & cōmemorat qubus de rebus hactenus verbafecerit vt easē memoria renouef atque redintegrē in animo auditoris. Hec em̄ eodē ordine quo nūc in cōclusiōe recolligit, supius exposuit videlicet qp panis ipse verus de cœlo descēderit, qp nō fuerit māna, qd manducauerūt pres illorum, & mortui sunt. His ergo pro posse decursis, reliqua sequntia volumine trāfigēda sunt.

¶ Finis Libri Sexti.

R V PERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELI-

stam Commentariorum Liber Septimus.

E dñonostro Iesu Christo in seruo eius Daud, eodemque patre ipsius scdm carnē, spūs sanctus prælocutus est, dicens: Iuravit dñs & non proenitebit eum, tu es sacerdos in æternū scdm ordinē Melchisedech. Huius aut Melchisedech ordo sere nulli incognitus ē, scilicet, qa regressio Abrahā à cœde regū, protulit, non carnes sanguinē qp hircorum aut vitulorum, sed panē & vinū: Erat em̄ (inquit scriptura) sacerdos altissimi, & benedixit ei, hoc videlicet dicto magnifice innuens, qp tali ordine ritum sacerdotij altissimi procurserit. ¶ Huius ordinis sacm præfulgidū, sub velamine legis redditū, hoc loco dum dñs noster, rex & sacerdos verus retegit tan-

Christs sacer
dos scdm
ordinē Mel
chisedech
Psal. 10. 9
Gene. 4



venit Iesu Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, &
clamabunt osanna, benedictus q̄ venit in nomie dñi rex Iſraēl. Vtq̄ tunc impletum erat
tēpus eius, quia collecto concilio pontifices & pharisaī dixerant: Quia expedit vt vnuſ
moriat hō pro ppl'o, & ab illo die cogitabant eum interficere, videlicet quaſi cum iudicio
legitimo, & ea morte qua volebat ip̄e. I.e. crucis patibulo, definierant eum interficere. Nam
antea quaſierant eum quidem Iudæi multoties interficere, ſed non ita, vt implerent ſcri-
pturæ, & ideo (ſicut paulo ante dictum eſt) nolebat in Iudæam ambulare, quia querebant
eum Iudæi interficere. Et cum tamen ambulasset illuc, & vellent eum (ſicut poſt dicendū
eſt) Iudæi lapidare, noluit mortem admittere, q̄a non ſic implerent ſcripturæ. Tunc ergo
impletum eſt tempus eius, & idecirco non ascēdit in occulto, ſed manifeſte, acclamanti-
bus turbis, magno regi, magno filio dei, magno & nobili filio Dauid. Quid ergo? Ergone
p̄ædictum tunc patrum ſuorum confiſium approbauit, & iuxta ſenſum illorum mundo
manifeſtari voluit: Minime, q̄a laus iſta non ex hominibus, ſed ex deo fuſit. Cui enim ni-
ſi deo dictum eſt in Psalmo: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. H̄ec autē
prophetia tunc adiimplēta eſt. Cum em̄ indignantes pharisaī dicerent: Audis quid iſti di-
cunt? Reſpondit eis, vtiq̄: Nunquid legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti
laudem. Igit neq̄ tunc quādo cum publicis laudibus ascēdit, ſed quodam quidē respectu in
occulto, quidē autē manifeſto, & non in occulto. Nam quia ſicut in tempore ſuo facturus
erat

Pſal. 109
t quoEcc. 3
Ibide. 10Gene. 3
Oſee. 8Luc. 16
Pſal. 25Luc. 22
t vos vt
Philip. 2

Johani. 12

Johani. 8

Pſal. 8
Matth. 21
Luc. 19

erat, non ita & mō cum regijs laudibus ascēdit, in occulto ascendit. Quia vero nō sic ascēdit, vt latere vellet, nō in occulto ascēdit. Bene ergo cū hac tēperatua distinctiūcula quasi in occulto dictū est. Sequit. L ludæi ergo quærebant eū in die festo, & dicebant: Vbi est ille? L Ergo (inqt) qa non viderunt eum cum fratribus suis. i. cum cognatione sua venisse, quærebant eum male solliciti Iudæi, q quærebant eū interficere. Et dicebant: Vbi est ille? Vide nunc genima viperæ, quanto sœuant veneni præcordialis ardore, dum nō dicūt vbi Iesus, sed vbi ille? Nunq d em eius quē quærebāt interficere, poterant nomē nescire? Ergo cordis illo& habitator homicida diabolus, sic eos agebat, vt odio dictante, nomen salutis non possent, imo nollent attingere. L Et murmur multus de eo erat in turba.

Seditionis Murmur multus. i. multa erat dissensio; multa (inquam) qa multo& rumoribus susurrata, occasio nos sed nō tam vehemens, tamq animosa, vt & seditio fuerit recte dicenda. ¶ Nam seditio Iuice lesus recte dicit, vbi partibus aduersus alterutrū cōflictantibus, diuisa respublica hostili discor Ela. 91 dia periclitat, ita vt laborante officio nō leuiter p̄fidiali ditiōe possit sedari tumultus. Lucæ. 4 Unde & iuxta ætymologiā seditio, q sit sine ditione, dicta sit. Quæ vbi accidit, perimit persona propter quā euenit: dat em & inimicis occasio maior accusandi, & iudici necessitas fit audiēdi. At vero puer iste eleclus, sup quē deus pater posuit spiritum suū, vt iudicium gētibus p̄ferat, nō cōtendit, neq clamauit, nec audita est foris in plateis vox eius & oīmo da māluerudine egit ac prouidit, vt propter se nulla vñq oriret causa seditiois. Non igit seditio facta est, sed timida dissensio submurmurauit ad sonū odij, vel inuidiæ Iudaicæ, dum velut anathematizati noīs hoīem quærerēt eū, dicētes: vbi est ille? L Quidā autē ludæi dicebāt, qa bonus est: alij autē dicebāt, non, sed seducit turbas. L Ex hac sensuum discor dia murmur multus erat. Quid si isti q dicebant, qa bonus est, hoc etiā dicere scirēt vel au derēt, qa filius dei est? Utq nō iam vñcūq murmur multus, sed animosa fuisse oborta seditio. Sed hoc solū dicebant, & vix dicere audebant, qa bonus est. Nam sequit: Nemo in palā loquebat de illo propter metū ludæo&. Nemo (inqt) videlicet eos, q dicebant: qa bonus est palā loquebat de illo propter metū ludæo&. L Nemo (inqt) videlicet eos, q dicebant: non, sed seducit turbas. Et notandum, q cū hi pariter atq illi ludæi sint, eos in qui dñm quærebant interficere tam hic, q in oībus p̄secutoribus eiudē dñi nostri, Euangelista ludæos appellare cōsueuit, ad distinctionē turbæ quæ vel ipsum cōsequebas, vel aduersus eundē nihil iniquū moliebas. ¶ Quo& causa vt manifestior fiat, sciēdum & illud est, qa tribus significationib; recte hoc ludæo& nomē & quo cari, & hanc esse deterimā, quā hoc loco Euangelista vult intelligi. Dicuntur enim recte ludæi, quicunq sunt confessores veritatis, vide licet scđm interpretationē huiuscē noīs. Iudæus em cōfessor interpretat. Vnde diuinitus prouisum nō dubitamus, vt hæc dñi causa crucifixi sup caput eius scripta Græce, Hebraice, & Latine poneref: Iesus Nazarenus rex ludæo&, qa maxime tribus illis linguis testimonia sua p̄sonat p̄ totū orbē catholica fides Ch̄ianor̄ cōfessor̄. Cōtraria huic intellectui significatiōe ludæos dicimus istos infiētes malignos, homicidas, effusores sanguinis Ch̄i, qui vñcq hodie maledicūt Ch̄m in synagogis suis, hæreditariā à parētibus suis sup se portantes eundē sanguinem Ch̄i. Dicimus em eos ludæos, non qa sunt, sed qa ludæos se esse dicunt, mentiētes, cū fint in synagoga satanæ. ¶ Media significatiōe. i. quæ nec bona, nec mala sitinā in Ch̄o Iesu nec circūcisio, nec p̄putiū, nec Gētilis, nec Iudæus, sed sola fides requirif. Media (inqt) significatiōe ludæos dicimus oēs, qui cūq carnali generatione sunt Iudaici generis, simulq eos q cum essent Beniaminæ stirpis, remanserunt in parte Davidi regni, ad quo& distinctionem cæteri Israelitæ dicti sunt Samaritani, qbus (vt in hoc Euangelista dictū est) non coutebanſ ludæi. Qua significatiōe hic appellatos esse ludæos nō cōcedit in hoc multo murmure turbæ, cū (vt p̄dictū) illi quoq fuerint ludæi, quo& nemo palā loquebat de illo propter metū ludæo&. Sequit. L Iam autē die festo mediāte, ascēdit Iesus in tēplum, & docebat. L Ille q (vt paulo ante dictū est) nolēbat ambulare in Iudæam, qa quærebant eū ludæi interficere, quiq tñ ascēdit, sed quasi in occulto & nō manifeste, ecce ascēdit, nō in remotū ciuitatis angulum, sed in tēplū: nō saltē prinata die, sed die festo mediante, nō saltē clauso ore sub silētio absconditus, sed in splendida docti

Ch̄us non næ authoritate conspicuus. ¶ Nunq d hoc in loco vacat illi p̄fidiaz, dñm maiestatis Chri fuit timidus^d stum timiditatis arguere vel impotētia, videlicet q morte timēs, & quantū poterat declinare studēs, noluerit in Iudæā ambulare. Aut nunquid mutabilitate vñs est, suiq in illo, est & nō, vt prius noluerit illuc ambulare, & postea propter verba taliū fratrū suo& mutatus est vt ascēderet, quo noluissest ascēdere. Ergo magis in hoc qaq facto dicamus de deo dei filio, qa apud ipm est sapia & fortitudo. Nam sapia solius diuinæ est, quā hoīm nemo pōt cōprehēdere, q tēpus mortis sua nouit mundū adurnisse, & idcirco nō vult in Iudæam ambulare, mortisq ministris licetiam vel opporritatē sceleris p̄mittere. Fortitudinis vero est, q in medium inimico& suo& ascendit, & docet in festo mediante quodammodo

Iob. 12 tubens

iubens morti inhianti, ut foris excubet, suumq; promissum expectet, morituri arbitrio fre
 nata, & imperij eius capistro ligata. Nec em̄ errabit in tuta potestatis sua conscientia qua & Lucæ. 13
 Herodi mandauerat querenti se occidere. Ite (inquietes) dicite vulpi illi, ecce ejus dæmo
 nia, & sanitates pñcio, hodie & cras, & tertia die cōsumor, & nunc docēs in domo patris Hiere. 12
 sui, sua quondam habitatio, quæ nunc sibi facta erat spelunca Hyenæ, quodāmodo dice-
 bat morti importunq;. Ecce inferuio doctrinæ præsentif esto scænophegix, & postmodū
 futuro festo enceniose, & in tertio paschæ festo tecū d mors agonizor. Et mirabant Lu-
Matth. 10
Coloss. 2
 dæ dicētes: Quō hic Ias scit, cum nō didicerit? Admiratio Iudaica pñenal & impati-
 ens ad audiēdū, detrahentis inuidiæ liuor est, qua vrgente, dum sapiæ docentis nequeūt
 obuiare salte ex præsumptione magisterij nitunt personam illius premere. Quod si ta-
 lem patrēfamilias hi maximè, q; clauim sciax tulerant, & gerrimè serebant, omnes sciax the-
 sauros obtainere, & indignabant q; quicq; sciret is, q; non per ipsos introisset, quanto ma-
 gis domesticos suos ab illis infestandos esse nouerat, q; in eodē doctrinæ miraculo inci-
 perēt maiora facere, seipso tñ illis donatribuente? Nam ipse in tēplo illo docens vna Acto. 12
 tantum lingua, nihilominus ad vnam tantum loquebat gentem, credētibus autem in se,
 vadens ad patrē hoc datus erat, vt oībus linguis oīm gētium magnalia dei loquerent, 1. Cor. 12
 nec solum loquerent, sed etiam qđ maius est, scriptis hoīes quōdam sine literis & idioræ
 scriptis (inquam) cuncto mundo ipsum annuntiarēt inexpugnabilibus, & post ipsos eos
 sequaces viri orthodoxi, grām donationum habētes à spū sancto diuidente singulis pro-
 ut vult. Proīn qm̄ & domestici eius talia multo magis erant audituri à notis suis egregiā
 ipso sciax fastidiētibus, tale responsum oportebat ab illo dari, quale sufficienter & vo-
 cem formaret, & dignam defensionē pararet illis quoq; inuidiam sustinētibus. Sequit er-
 go: Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina nō est mea, sed eius q; me misit. Quid
 hac responsione verius? Quid ad defendēdam sanæ doctrinæ dignitatē fortius? & ad le-
 niēdam inuidiā (si th leniri possit) suauius? Mea (inquit) doctrina nō est mea, subaudit, si
Mat. 15
 cut doctrina phariseorum doctrina sua est, quia videlicet doctrinam sensumq; suum in Roma. 7
 plerisq; doctrinæ dei nō cōicant docētes setuare mandata hoīm. Dei quippe traditiones 3. Reg vlti
 propter suas traditiōes dereliquerunt, legemq; sanctā, iustā, & bonā, lucris suis & volupta-Hiere. 27
 tibus proprijs seruire cōpellūt. Prophetia quoq; pseudoprophetae, prophetia sua ē, q; a
 profecto nō spiritui dei spm suum, vel voci dei, vocis suæ cōmodauerūt organū, sed pro-
 phetāt de corde suo dicētes: Hæc dicit dñs, cū dñs nō miserit eos, taliū ex opposito liquet
 quantū ad rem attineat, q; ait: mea doctrina nō est mea. Simul nāq; intelligi vultq; subau Mea doctrin
diēdum sit cōtrario, vñra doctrina nō est dei, sed vestra. Et oīno qm̄ & mea doctrina,
na non est
 & nō est mea dixit, sic intelligendū ē, ac si dixisset: mea doctrina nō ex hoīe, sed ex deo ē. mea
 Alioquin locus nō esset aduersatiæ cōiunctioni, cū quas subiunxit, dicēs: sed eius q; me mi-
 sit. Igitur hodie quoties de infimis quilibet aliquē assequit doctrinæ gradū, vt valeat cum
 Iesu ascēdere in tēplum, & in medio ecclesiæ aperire os suum, si q; vitio Iudaico fastidian
 illū, q; forte magnos & insignes Cathegetas, longa terræ spacia nō circuiuit, nec quæ
 rēdo peregrina studia relegit, & ob hoc dicāt: q; ē hic, vel quō Ias scit, cū nō didicerit?
 sufficit illi ad defensionē, si vñrē dicere queat, q; sua doctrina nō sit sua, sed eius cuius ē oīs
 vera doctrina. Hac em̄ magna distantia catholicā profitēs doctrinam, vniuersas hæreses
 anathematizat. Hæreticos quippe (qualis fuit Arrius vel Macedonius, siue Donatus) Prouer.
 ceterorumq; professio ista non est, q; bus cōtra aquæ furtiæ dulciores sunt illis fontibus, Psal. 103
 vel aquis, quas iuxta Psalmistā emittit deus, & quæ inter medium montiū ptransiunt. i.
 singulis illis magis placet propria, q; illa quæ oīm sanctoꝝ cōis est catholica atq; Aposto-i. Timot. 1
 licæ fidei doctrina. Dicat itaq; vnicus dei filius, q; extra patrē nihil docet atq; operat, dicat Matth. 15
 (inquam) ipse, q; vnumquēq; doctorem sanctæ ecclesiæ dicere vult: Mea doctrina nō est i.
 mea, i. non facit hæreses & schismata, q; uo faciunt eoꝝ doctrinæ, q; nouitates vocū aman-
 tes, derelinquent traditiones dei propter traditiones suas. Amplius autē ex subsequēti-
 bus sensus iste declarat. Ait em̄: Si q; voluerit voluntatē eius facere, agnoscer de doctrinæ
 vtrum ex deo sit, an ego à me ipso loquar. Vt ergo præuenti sentētiæ sequēs ista ma-
 nifestius cōcordet, primū quid sit à semetipso quēq; loqui, peruidēdum est. Philosophoꝝ
 sūnia est, quoꝝ diffinitiones contrariæ sunt, & ipsa esse contraria, quam & ita cōuertere li-
 cit, vt dicas, quæ contraria sunt, eoꝝ diffinitiones eē cōtrarias. Sunt autē hæc manifeste
 contraria, nec sūl pñt eē. s. quēq; à semetipso loq, & doctrinā eius ex deo eē. Cōtrario nā-
 q; mō hæc ipsa sapia nunc opposuit, cognoscet (inquietus) de doctrina, vtrum ex deo sit,
 an ego à meipso loquar. Igitur diffinitiones à semetipso loquētis contrarias esse oportet dif-
 finitiōibus ex deo loquētis. Ex deo loq
Hiere. 23
 Est autē ex deo loqui, sic loqui, q; spūs veritatis sūggerit. i.
 nō de corde proprio quicq; cōfingere, sed sicut corde sentit, ita & ore veritatē proferre.
 Igitur econtra à semetipso quēq; loqui, mēdaciūm loqui est; prophetare quēq; de corde
 suo

Hiere. 23 suo, quæ non mandauit dñs, nec ascenderunt in cor eius, à seipso loqui est. At vero d
 noſter cum dixiſſet: Et mea doctrina nō eſt mea, data experientiā via, cognoscet (inquit) de
 doctrina, vtrum ex deo ſit, an ego à meipſo loquar. Igif q̄ ait: Mea doctrina nō eſt mea,
 idem eſt ac fi dixiſſet: Mea doctrina nō eſt fallens ſiue falſa. ¶ Nunc demū vidēdum eſt,
 qualem dederit facultatem experientiā, vtrum ſua doctrina; ſua, i. fallens ſiue falſa ſit, an ex
 deo, i. vere & veridica ſit. Si quis (inquit) voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de
 doctrina, vtrū ex deo ſit, an ego à meipſo lquar. Hoc audiat cōſiliū, q̄ diſcretuum quæ
 rit veritatis intellectū. Velit facere voluntatē dei, vt cognoscere poſſet voluntatē dei, optet
 ambulare viā dei, vt mereat videre viā dei. Cęcū em̄ ē, niſi primo ſimplici bñuolētia cor
 dis oculū purgauerit; Collyrio (inqt dñs) inunge oculos tuos, vt videas. Nam q̄ videre nō
 p̄t excēcatus in ſplendore veritatis, oculoꝝ eſt culpa, nō ſolis. Igif doctrinam dei q̄ non
 diſcernūt, excuſationē nō habent, q̄a videlicet ex ipſo errore ſuo ſibi teſtes ſunt, q̄ defide
 rium nō habeant faciēdi dei voluntatē, qđ vtiq; fi haberēt doctrinam quæ ex deo eſt, vi
 tro amarent. Sequit: L Qui à ſemetipſo loquif, gloriā propriā quærit, q̄ autē quærit
 gloriā eius q̄ misit illum, hic verax eſt, & iniuftitia in illo nō eſt. ¶ Haꝝ ſententiā ſi
 gulaꝝ ſingulaſ in ſubauditione habet ſibi cōtrarias. Nam lec̄to, q̄ à ſemetipſo loquif, glo
 riā propriā quærit, ſubaudiēdum eſt, q̄ aūt à ſemetipſo nō loquif, eo q̄ doctrina eius
 ex deo ſit, hic dei gloriā quærit. Item q̄ ſubaudiēdum eſt, q̄ gloriā propriā quærit, hic
 mēdax eſt, & iniuftitia in illo eſt, & deinde legēdum, q̄ aūt quærit gloriā eius, q̄ misit illum
 hic verax eſt, & iniuftitia in illo nō eſt. Haꝝ c̄ em̄ ſibijnuicē repugnantia ſunt, ſimulꝝ eſſe
 nō poſſunt, f. à ſemetipſo quemq; loqui, & veracem eſſe; item q̄ gloriā propriā quæ
 rere, & iuſtitiam in illo eſſe; ſicut econtra, doctrinam cuiusq; ex deo eſſe, & mendacem illū
 eſſe; item q̄ gloriā dei querere, & iuſtitiam dei in illo nō eſſe, oīno repugnantia ſunt, &
 nusquam ſimul eſſe poſſunt. ¶ Diabolus quippe, q̄ à ſemetipſo loquif, cum em̄ loquif mē
 daciū, ex proprijs loquif, quia mēdax eſt, & pater eiusdem mendaciū qđ loquif, verax
 eſſe non p̄t, & quia gloriā propriā quærit, non em̄ voluit cum deo, ſed econtra deum
 gloriari, dicens: Ascendam ſuper altitudinē nubium, ſimilis ero altissimo, & idcirco iuſtitia
 in illo eſſe non p̄t. Similiter homo inquantū, vel quāndiu à ſemetipſo loquif, intantū,
 vel tamdiu verax eſſe non p̄t. Et inquantū vel quāndiu gloriā propriā quærit, velut
 Arrius, vel alius quilibet hæreticus, intantū, vel tamdiu iuſtitia in illo eſſe non poſſit.
 ¶ Econtra Ch̄rus, q̄a nō à ſemetipſo loquif, ſed qđ vidit & audiuit, hoc teſtaſ, idcirco mē
 dax eſſe non poſteſt, & q̄a non propriā gloriā quærit, ſed & patris & ſpū ſancti eque,
 vt ſuam cōter gloriā quærit, idcirco iniuftitia in illo eſſe non poſteſt. Similiter homo in
 quantū vel qđiu non loquif à ſemetipſo, mendax recte dici non p̄t, & inquantū vel quān
 diu nō ſuam, ſed dei gloriā quærit, intantū, vel tamdiu iuſtitus recte dici non p̄t. Igif
 tam valido, q̄ vero diuinā rōni monimento dñs noſter peruersos ſuimet miratores re
 pellit, dicentes: Qūo hic literas ſcīt, cum non didicerit, & omnem hoīem doctrinam ſiue
 psalmū, ſiue Apocalypſin habentē, & ſpū ac mente mysteria loquentem, qūo cunq; ſciat,
 vel vnde cūq; didicerit, defendit opportune, neq; quis dicere audeat eo præſente, quis ē
 hic. Et haec tenus quidē ſapia, quæ plane literas ſcīt, cum nō didicerit, ſcd̄ illoꝝ dictare
 ſpondit, iam vero quæ ſequunt, cogitationibus quoq; tacitis, quæ illum latere nō poterat
 hoc mō rīndere curauit. L Nonne Moyses dedit vobis legē, & nemo ex vobis facit legē?
 Quid me quæritis interficere? L Nam reuera cum alia dicerēt, alia cogitabant, i. cum lite
 ras eius mirarent, mortem eius mente tractabant. ¶ Et vide q̄ mirabilem illis talionem
 reddidit. Mirantibus eis qūo literas ſcīret, cum nō didicerit, mirat ipſe, qūo nemo ex illis
 ſaceret legem, cum legē acceperint. Quod in eo mirabān illi, laudanda erat potentia di
 uinitatis; qđ miratur ipſe † illis, detestanda erat audacia p̄uaratiōis, laudabile nāq; erat
 ſcīre literas cum non didicerit, detestabile erat legem nō facere cum legem acceperint.
 ¶ Quid aūt irronabilius, q̄ qđ vbi dixit, & nemo ex vobis facit legē, ſtatim ſubiecit, qđ me
 quæritis interficere? Sine rōne em̄ videref, pr̄uaricatores legis addicere, & p̄uaricationis
 modū non exprimere. Bene ergo cū dixiſſet, & nemo ex vobis facit legē, mox ſubſecutus
 ait: quid me quæritis interficere? Repugnantia quippe ſunt, nec ſimul eſſe poſſunt, & legē
 facere, & hoīem velle occidere, lex em̄ ait: Non occides. Sed rūſus eadē lex iubet reum
 interfici, Verbi ḡfa, prophetam deceptorem vbi cōuictus fuerit falſum locutus eſſe in no
 mine dñi. Recte igif prouidus legis & defensor, idemq; legis dñs & author, crimen pro
 baturus, qđ obiecerat dicens, & nemo ex vobis facit legem, non ait enūtiando, q̄a quæ
 ritis me interficere, interdū quippe licebat & iuſtum erat, cū lege interfici, videlicet dānabi
 li cauſa pr̄eunte, ſed ait interrogando, quid me quæritis interficere? Ac fi dicit: Cōcedo
 legē facere eos qui occidūt, vbi cauſa nō deest, cur legitime occidāt. Sed quale ob cauſam
 me quæritis interficere? Nunquid me prophetam arrogantia deprauatum eſſe compre
 heſſe?

hendistis loquentē in nomine dñi, q̄ dñs nō p̄ceperit? Aut nunquid ex nomine deorum alieno loquutus sum vobis? Nunquid in nomine dñi p̄dixi verbum quod nō euenerit, & hoc vel illud signum habetis legitimū, q̄ me deus nō miserit? Cum dico regulo: Filius tuus viuit, cum dico de cæco nato: neq; hic peccauit neq; parentes eius, sed ut manifestetur opera dei in illo, &c. quæ cūq; p̄dico eueniunt, quæ & ipse p̄dicens facio, faciens p̄dico. Quid ergo me quæreritis interficere? L Respōdit turba & dixit: Dæmoniū habes, q̄s te quærerit interficere? L Ecce isti sunt canes, de quibus hic opprobrium hominum & abiectione plebis propter nos factus, in psalmo dicit: Quoniā circūde derūt me canes multi. Frustra laborat hic intētio describētis: neq; em hunc latratū nequissimorū canū, verbis posset vlo mō cōsequi. Sed hoc mirari licet, qualiter isti homicide insipientes & maligni, homicide qđ mente pertractant, cum tanta respōfionis amaritudine, & negando cōfitentur, & cōfitendo negant. Ita sibi contrarij sunt, tanta vi yeneri ardenti insaniunt. ¶ Quæ enim res generare solet homicide nisi odium? Quando autem aliquod homicide maiori odio perpetratum est, q̄ quod indicat hoc amarum & nequissimum cō uitium? Igitur superfluum fuisse ad cōuincendum eos, verbis cōtendere dicendo: Ego dæmonium nō habeo, sed v̄e dico, quia vos me quæreritis interficere, cum ipsi satis aperte graftantis odij venenum euomerent tali response. Proinde quod cōperat dicendo: Quid me quæreritis interficere, prosequi subiungendo: L Vnum opus feci, & omnes miramini. L Quo de opere dicat, paulopost ip̄e Mirari hic manifestat dicendo: quia totum hominem sanum feci in sabbato. Hoc opus illi mirabatur est indigna id est, magnifice inter se quærendo velut magnum & inauditū scelus, tanq; pro lege dei magno zelo indignabantur. Nam qđ hic ait: & omnes miramini, paulopost repetens, eandem admirationem vocat indignationem, dicendo: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato. Ait ergo: Vnum opus feci, & omnes miramini. Percunctante illo atq; dicete: quid me quæreritis interficere? id est quam causam habetis, vnde possitis accusare, interficienes me? poterant secundum machinationes suas respōdere illi: quia non es tu à deo qui sabbatum non custodis. Sed iam dudum experti fuerant, hoc ipsum ab illo multo magis in seipso posse retorqueri, quia multoties dixerat eis: Hypocritæ, quis vestrum non soluit bouem vel asinum, & ducit eum ad aquandum die sabbati? & similia. Proinde irati tacuerunt, imo & racendo peius insanientes iracundam odijflammam vomuerunt. Opportune ergo ipse causam eandem, vt rationabiliter defendat, illis tacentibus indicat, & protinus eandem defensionē hoc mō inchoat. L Propterea Moyses dedit vobis circūcisionē, nō qa ex Moysē est, sed ex patribus, & in sabbato circūciditis hominē. L Tota causæ defensio in ultima clausula cōstituitur, qua dicit: & in sabbato circūciditis hominē. Propterea, inquit, qa vnum opus feci, & oēs miramini, & mihi indignamini, propterea inquā iam nunc legitima defensione vtens, dico vobis: Moyses dedit vobis circūcisionē, id est, sicut cætera, sic & hoc mandauit vobis, vt circūcidatis hominē. Nō dico quia ex Moysē est, nam ante Moysen ex patribus est, scilicet Abraham, Isaac & Iacob: ex patribus inquam, id est, ex eo q̄ sunt p̄es, q̄ crediderunt semen se accepturos, in quo benedicerentur oēs gentes. ¶ Similiter & sabbatum Moyses dedit, nō quia ex Moysē est, sed ex deo, id est, ex eo q̄ requieuit deus die septimo ab omni opere suo, & benedixit diei septimo, cum ita diuersis ex causis circūcisionē & sabbatum, unus idemq; Moyses scripto dederit vobis, & antiquior sabbati q̄ circuncisionis causa sit, & circūcisio qđem ex patribus, sabbatū vero ex deo fit, in sabbatis circūciditis hominem, vt nō soluatur lex Moysi, q̄ absq; vlla exceptione sabbati, subet hominē die octauo circūcidi. Ad hæc inquā. L Si circūcisionē hō accipit in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, qa totum hominē sanum feci in sabbato. L Totum inquam hominem sanum feci in sabbato, circūcisio vera, quanq; bonum opus est, & ideo nō est violatio sabbati, nō tamen totū hominem sanum facit. Nam & si interiorem sanat hominem in his dunataxat, qui causam tenent, cuius circūcisio signum est, scilicet Abrahæ fidem, nō tamen exteriorem sanat, sed potius lœdit, & dolore afficit hominem. Ego autem dum hoc opus facio in sabbato, propter qđ mihi indignamini, Verbi gratia, dum dico huic: Tolle grabbatum tuū & ambula, alijs vero: Extende manū tuā, alijs vero cæco nato lutū super oculos pono, totū hominem sanum facio, quia videlicet dum extrinsecus redintegro, intrinsecus ad fidem informo videntibus cunctis, q̄ nō humano vel cōmuni medicorum opificio, sed diuina virtute rem perficio. L Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. L Et qđem vir despectus, & nouissimus viro& ego cōfideratus sum, & aspectus meus in me nō ē. Moyses vero vir magnus, & spectanda memoriam, vir antiquus, & primus populi dei dux, eius facies ex colloquio dñi splendida facta est. Sed enim p̄cepi lex, quam dedit idem Moyses, nō cōfiderandum personam pauperis, nec honorandum esse vultū potētis; sed iuste inq; iudica proximo tuo. ¶ Igitur nolite iudicare secundū faciem, sed iustum iudicium iudicate, id est, nō faciem Moysi, faciemq; vel p̄sentem personam filij hominis, sed merita

O rerum

Iohan. 4.
Iohan. 9.

Canes Ius
dæi.
Psalm. 21

Esa. 51.
Homicida

Mirari hic
est indigna
ria.

Luce. 13.
Matth. 12

Circūcisio

Gene. 17

Sabbatum
Gene. 12

Gene. 17

Johan. 5.
Matth. 9
Johan. 9

Esa. 53
Exod. 34
Leuit. 19

CLVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VII.

Gene. 17

rerum pensate. Circūcisio quā dedit vobis Moyses (vt prædictū est) filios Abrahæ, q̄ fidem eius sequūtur, interius quidē sanat, ne pereat anima illa populis suis, sed exterius vulnerat; non ergo totū hominē sanat. Vnū aut & solum opus qd feci in sabbato, interius hominem & exterius sanat, probāte exteriori sanitatem, q̄ habebat filius hominis in terra potestatem dimittendi peccata, q̄ est interior sanitas, cuius circūcisio spem p̄ promissum semen Abrahæ, quod est Chrūs, præparat. Quid igitur quæreris me interficere, nullā alia habētes causam, nisi quia totū hominē sanum feci in sabbato? Quod ad hæc illi tacuerint, & infirmitatem causæ suæ, licet inuiti, cōsiderantes, iras suas ad tempus cōtinuerint, sequentia patenter innuant. Nam sequitur: L Dicebat ergo quidā ex Hierosolymis: Nōne hic est quē quærunt occidere? Ecce nunc loquitur, & nihil ei dicunt. Ac si aperte diceretur: Iudæi qđem quibus dixerat Iesus: quid me quæreris interficere, respōderunt: dæmoniū habes, q̄ te quærer interficere, & nūc eodē dño Iesu pro se rationē reddente tacebant, & eo palam loquēte nihil ei dicebat. Sed adeo v̄ḡ illud erat, vt quidā ex Hierosolymis, q̄ v̄tiq; nō per famā didicerint, vel per opinionē sciebant, sed præsentes, ipsi præsentium cōspirationes & cōuenticula oculis viderant, & auribus audierāt, mirarentur, q̄ nūc eo præsente & palam loquēte nihil ei dicerent. Et dicebant: L Nūquid vere cognouerūt principes, quia hic est Christus? Tanta quippe mutatio, tanta Iudæoꝝ taciturnitas videbāt nō euenis fine causa maximæ Nunquid ergo inquiunt principes se errasse intellexerūt, & ipsis resipiscētibus, Iudæi qui quærebant hūc occidere, nihil dicūt ac faciunt, quēadmodum post magnā tempestatē venis cessantibus, fluctus feri maris sedato seruore cōquiescunt. Adhuc existimari poterant isti Hierosolymitæ, q̄ hæc dicebat de illis esse q̄ credebant in eū, & sic dixisse: nunquid vero cognouerūt principes, q̄a hic est Chrūs? vt subaudiendū esset, sicut & nos cognouimus, nū repugnaret qd sequi: L Sed hunc scimus vnde sit, Chrūs aut cū venerit nemo scit vnde sit. Et paulopost de eisdem dicitur: Quærebant ergo apprehēdere eū, & nemo in eū misit manus, q̄a nondū venerat hora eius. Igitur nō credēdo dixerūt: nunquid vere cognouerūt principes, q̄a hic est Chrūs, sed argumētando obſistere conāti sunt, ne Chrūs esse crederet. Nā velut metuentes, ne forte principes cognouerint, & acquieuerint credere, q̄ ipse ēt Christus, protinus assumūt id qd esentię Chri repugnare videat: Sed hūc scimus vnde sit, Chis aut cū venerit nemo scit vnde sit. Cui assumptioni si cōcessum sit, cōtinuo cōclusioni datur locus, vt dicatur. Igitur & principes errant, si vidētur sibi cognouisse, q̄ ipse sit Christus.

Hunc scis
m⁹ vñ sit.

Matth. 13

dei,

A meipso
non veni.

2. Thessl. 2.

Iohann.

Ela. 93

V̄ḡ hæc sentētia cōstans aut firma nō est, quam assumpserūt, vnam solā Christi naturā, scilicet humanam cōsiderantes, iuxta quam dicere poterant, sed hūc scimus vnde sit, Christus aut cū venerit, nemo scit vnde sit. Nam & si reuera homo erat Galilæus de ciuitate Nazareth, nō tamen erat (vt putabant) filius Ioseph, de quo & s̄pē improperebāt ei dicētes: Nonne hic est filius fabrī? sed erat filius *virginis. Ergo nō recte neq; constanter assumpserunt dicētes: Sed hunc scimus vnde sit, quippe qui solam in illo naturam carnis attendebat nec ipsam bene nouerant. Ergo ne inexpugnati ad cōcluſionem procurrentes, viderentur sibi inexcusabiles, obuiandum erat eis velociter. Quod & factum est. Nam sequitur: L Clamabat ergo Iesus in templo dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Hæc dicens Iesus, nō frustra clamabat, quia videlicet clamore, id est fortī p̄dicatione, res digna erat: Et me inq; scitis, & vnde sim scitis, &c. Ac si diceret: secundū hominem qđem & me Iesum ēē scitis, & hominē Galilæū esse scitis, sed est alia in Christo, id est, in meipso natura, secundū quā nemo vestrū scit vnde sim, & secundū illam naturā nunc dico, q̄a à meipso nō veni, videlicet quomodo venturus est ille iniquus homo peccati, filius p̄ditionis, cuius adūetus erit secundū operationē mēdaci, sed est verus q̄ misit me, quē vos nescitis, q̄a videlicet sicut alio loco iā dixi, nego voce eius vñq; audistis, neq; speciē eius vidistis. Ego scio eū q̄a ab illo sum, & ipse me misit. Scio & bene scio eū, v̄tiq; ab initio anteq; talis ego fierem, qualem me vos scire potestis, dicētes: sed hunc scimus vnde sit. Et vnde hoc mihi q̄ scio eum? Videlicet q̄a ab illo sum, v̄tiq; nō eo modo, quo & vos ab illo estis, qui tamen (vt prædixi) illum nescitis. Vos em̄ ab illo estis facti vel creati, ego aut simpliciter & absolute sum, q̄a non me creauit aut fecit, sed genuit, & vt talis fierē, quē scire vos possetis, ipse me misit. Ne igitur dixeritis, vel me hoc solū ēē quod scitis vnde sim vel Christum illū solum esse, q̄ nemo sciat vnde sit, id est, nec solum filium hominis, nec solum filium dei, sed vtrūq; simul, & q̄ scire potestis vnde sit, & quod nemo sciat vnde sit, id est, filium hominis pariter & filiu dei. Hæc dicēs dñs, & estimationem illorum de Christo non solum non diminuit, sed & in maius auxit. Illi namque non eo respectu dixerunt. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit, nec eo sensu legere soliti erant. Generationem eius quis enarrabit, vt sentirent illum esse consubstantialem filium dei, sed in cæteris plerisque traditiones suas præferebant traditionibus dei, sic & hæc opinionem suam, qua dicunt isti: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit, præter-

lerant

lerant scripturis propheticis. Traditio quippe illoꝝ erat, Christū media nocte venturum in similitudinē Aegypti tēporis, quādo pascha celebratū est, & exterminator venit, & do minus super tabernacula transiit, & sanguine agni postes cōsecrati sunt, & sic eū venturę non tangē deū & hominē, sed tanq̄ purum, licet magnum, hominē. In hac opinione occupati, suo sensu dixerāt Christus aut̄ cum venerit, nemo scit vnde sit, licet principes sacerdotū & scribæ percunctati Herodi, vbi Christus nasceretur, respondere nouerint: In B̄thlehē Iudæ, sic eīm scriptū est per prophetā, &c. Insipiētes & maligni q̄ scire poterāt vnde esset Christus, tunc quādo quārebatur ad occidendū, nunc aut̄ nesciunt, & nescire volunt vnde sit Christus, dum quāri inciperet ad credendū. At vero Christus nō se de ignorantis vel secretis regionibus, vbi olim translatus fuerit, sed ab eo venisse asserit, & illuc prius fuisse q̄ de Maria nasceret, vel in Galilæa cōuersaretur, quo respicientes dicebāt: sed hūc scimus vnde sit. Igitur āstimationē illoꝝ nō minuit, sed plus q̄ de Ch̄fo āstimate poterāt, de seipso pronunciauit. Quārebāt ergo eū apprehēdere, & nemo misit in illū manus, q̄a nondū venerat hora eius. Quāuis cæci & surdi essent, & ideo forte nō satis clare aduertere potuissent in p̄dicto clamore veritatis, vtranq̄ scilicet diuinā pariter & humānā commendatā esse naturā Christi, quippe cū hodieq̄ plerisq; nostrū huiusmodi sermo nō adeo sit ad intelligendū facilis: summā tamē eius vel intentionē facile erat intelligi, vi delicit hoc eū dixisse, q̄ Ch̄fs ipse deberet credi. Sed hoc solū magnæ inuidiæ & odio ingenti exasperādo sufficit, quē admodū camino ardēti permodicū olei satis est inieciſſe, vt flamma furens repente exundari ac diffundi possit. Ergo quārebāt eū apprehēdere, videbāt ut vincerēt sua rabie, quia vincēbātur eius ratione. Sed q̄a nondū venerat hora eius, hora inquā nō fatalis, vt mathematici putāt, sed hora à seipso vitæ & mortis imperatore p̄finita, nemo misit in illum manus. De turba autem multi crediderunt in eū, & dicebāt Nunquid Ch̄fs quādo veniet plura signa faciet, q̄ quā hic facit? Multitudines, quā de regionibus vel exteris ciuitatibus cōuenērāt ad diem festū, turbam hic appellat, videlicet ad distinctionem eorū, qui ex Hierosolymis erāt, qui & supradicto modo altercantes & clamāte Iesu (vt iam dicitū est) amplius insanientes, eum apprehendere quārebant. Illi quia erāt stipula, & principes eorū vel pharisæi ignis, pariter succensi ardebat in saluatore. Turba vero p̄dicta quā cōuenērāt, pro quanto ad hoc incendium longius vel proprius accedebat, pro tanto magis vel minus odij surētis igne calebat. Itaq; multi, q̄s quāfi longius stantes ille ignis inuidiæ nō afflauerat crediderunt in eū, & dicebāt. Nunquid Christus, quādo veniet, plura signa faciet, q̄ quā hic facit? Ac si dicerēt: Christus quādo veniet, vti q̄ ex signis magnificis, q̄ facturus est, cognoscēdus est. Sed nunquid plura vel maiora his quā hic facit, vel ipse facturus est, vel exigi ab ipso opus erit? Igitur quoniā & Christū se esse dicit, & hoc tantis cōprobat signis, rationē nō videmus, cur in eū credendū non sit. Audierunt turbā murmurantē de illo hæc, & miserunt principes & pharisæi ministros, vt apprehenderent eū. Audierunt principes & pharisæi turbā murmurantē, id est, non excitatā in seditionē, sed leniter submurmurantē, eo q̄ ab eorū inuidia diuerſam generēt voluntatē. At vero ipsi ad omnē ventū hiabant, quasi idoneā desiderātes occasionē, vt haberēt, vnde illū apud Romanū p̄fideū quasi legitimate accusarēt. Igitur audito q̄ de turba multi crederēt in eū, & de illo diuersis sententijs partes diuinæ murmurarent, q̄a supradicto cōflictu de sabbati solutione, illo defendantē se, ipsi causa ceciderant, suamq; rationē infirmā esse cognoverāt, nunc respirauerunt, quia seditionē propter illū factā criminari se posse sperabāt, licet p̄dictū turbæ murmurium, longe à seditione distaret, vnde ciuitatibus vel rebus publicis solet timeri periculū. Itaq; miserūt ministros, vt apprehenderēt eū. Dixit aut̄ eis Iesus: Adhuc modicū tēpus vobiscū sum, & vado ad eū q̄ me misit. Iudæis quārētibus eū (vt supra dicitū est) apprehēdere, principibus & pharisæis nūc mitiētibus, ministris quoq; venientibus illū apprehēdere, hæc inuictæ maiestatis suæ conscius locutus est Iesus: Adhuc, inquit, modicū tempus vobiscū sum. Conscius inquā potestatis suæ, nec ignorās quibus vinculis ligatū, vel quo circulo naribus infrenatum teneret, cubantē in cordibus illoꝝ p̄positū mortis diabolū, dixit hæc, & cætera quæ sequunt. Ac si diceret: Tam cito vultis me cōprehēdere, sic festinatis occidere, & q̄a grauiſsum vobis ad videndū iam nūc in cœtu viuentium properatis excludere me. Sutti nebitis & expectabitis paulisper donec perficiam sanitates, & impleam tempus meum, & interim velit nolit agitator vestri, dux mortis & inferni, viuens ego cū viuentibus, mortaliſ cū mortalibus vobiscū ero, inter vos ambulabo. Cum perfecero opus meum, mala voluntas vobis innata est, facultas danda est. Facitote vt liber, Sed cū feceritis, nolite gaude re, nolite exultare, Nā vestro scelere ab hac vita electus, vado ad eū q̄ misit me. Quid dein deſlā nunc dico vobis. Quāretis me, * & quo ego vado, vos nō potestis venire. Vos q̄ & non insūc me quāritis, vos q̄ nūc tantā stimulatē inuidia causam habetis, vt me quāratis, nolite uenietis

Exodi.13

Matth.2

Matth.5

De turba
multi cre
diderunt
in eum.Prætextu
seditionis
voluerunt
Iesum aps
prehende
re Iudæi.

Job.40

Lucæ.13

Deuter.32

putare, q̄ post q̄ me occideritis, causa hæc cessare debeat propter quā me nūc q̄ritis. Non ita erit. Sed tūc multo magis ego ad x̄mulationē vos adducā in nō gentē, in gentē insipie tē, in irā vos mittā. Iā nūc vna quidē turba vnius gētis vel terræ huius plebe cula submurmurat, q̄busdā credētibus & dicētibus: Nungd Ch̄fs cū venerit, plura signa facturus est, q̄ quæ hic facit, tunc aut à solis ortu vscq; ad occasum, laudabile erit nomen Christi dñi, & laudabunt eū oēs gentes, laudabunt eū oēs populi, & tunc implebitur quod scriptum est: & dñabitur à mari vscq; ad mare, & à flumine vscq; ad terminos orbis terræ, corā illo procidēt Aethiopes, & inimici eius terrā lingēt, &c. ¶ Tunc vtiq; maiori q̄ nūc inuidia q̄retis me, cupiētes nomē meū extiguere, sed frustra. Nā q̄ ego vado, vos nō potestis venire. Nūc vbi ego sum, vos potestis venire, imo q̄ a ego ad vos veni, vos me potestis inuenire, & post modicū etiā poteritis ap̄phensum de vestra terra viuentū cōteredo ejcere. V̄ez hoc vobis faciētibus, ego vado q̄ vos nō potestis venire, sed nec saltē lapidē illuc poteritis iacere. Quæretis tñ me ardētissima p̄sequutiōe, & seruos meos quidē occidetis, flagellabitis, crucigetis, lapidabitis, & de ciuitate in ciuitatē p̄sequemini. Me aut cōtingere nō poteritis, sed fōspes ego, cū alios occideritis, alios substituā testes meos, vt magis ac magis gens insipiēs & mulemini. L Dixerūt ergo Iudei ad semetip̄flos: Quo hic iturus ē, q̄ a nō inueniem⁹ eū? Quis est sermo quē dixit, quæretis me * & vbi ego sum, vos nō potestis venire? Nunqd in dispersionē gentiū iturus est, & docturus gētes. Ad semetip̄flos hoc dixerūt, & nō ipsum interrogauerunt, nec em̄ in humilitatis arcē, quæ superbis mentibus ardua nimis est, saltē tantillā aspirare poterāt, vt ab ipso quicq̄ intētione discēdi quærerēt. Nunqd aut in dispersionē gentiū iturus est & docturus gētes. O ludæi vita desertores, & salutis inimici, timor quē timetis, vobis eueniat, & qđ veremini vobis accidat. Adeo ne timetis, ne si post Christū totus mūdus eat, & gētibus deus innotescat, v̄fa singularis gloria depereat. Hoc em̄ vobis p̄saga mens vestra p̄dicabat, q̄ si iuxta prophetā Iacob Ch̄fs venisset, qui expeccatio gentiū foret, v̄fa de vnius dei cultu, tanq̄ vnicorniū, singularis sup̄terā se vltra magnificare nō apponeren. Iḡif & vos ex abundātia cordis ad vosip̄los locuti estis: quia qđ timebatis, propter qđ Christo inuidetis, & nequaq̄ nō vidēdo, sed inuidēdo p̄sequimini, ore maligno eructasti nequitia crapulati. Ibit in dispersionē gētiū, & docebit gētes, & dū vos hoc p̄cauentes, q̄ auertere volētes ip̄m occideritis, tūc sup̄ equos suos & quadrigas saluatiōis ascendēs, tota salute secū à vobis trāsmigrāte, in dispersionē gentiū equitabit. Mors ipsa via est vita ad gētes proficisciēt. Sic Ionas nō p̄ aridā transiit in Niniuē ciuitatē magnā, sed mare ingressus, moxq; abyō vallatus, & pelago cooperitus, atq; post triduū de vētre ceti reuocatus, tandem ambulauit in Niniuē magnā, & p̄dicando cōmóvit & cōturbauit illā, vt sanaret per p̄cēnitētā triduanā, & ita saluata Niniae, exaruit cucurbita, q̄ obumbrauerat capitī Iona, videlicet in typū vestri, quo p̄ synagogatē plūg vel sc̄tā sc̄tō, quodā dei tabernaculū, gētiliū ecclesia florescēte exaruit. Sic ha morrofa, tāgēte fimbriā vestimēti dñi, & à fluxu sanguinis liberata, cōfestim archisynagogi filia mortua est, q̄ tūc profecto nata fuerat, qñ in infirmitatē incidit mulier p̄dicta. Nā & puel la trat anno. xij. Et hæc mulier habebat in infirmitate annos. xij. Quid sibi vult hoc, videlicet q̄ tūc synagoga in Abrahā, Isaac & Iacob nata est, qñ gētilitas in idolatriā defluere incipiebat, & ecce gētilitate ab eiusdē idolatriā fluxu sanata p̄ fidē Ch̄ri, retro accedēdo, & fimbriā vestimēti eius tangēdo, id est, post ascensionē eius in eū credēdo genitilitate inquā p̄ fidē sanata, emorit in infidelitate, synagoga p̄ inuidia. Iḡif vere est, q̄ in dispersionē gentiū iturus est, & docturus gētes. Et qm̄ vos per timidā inuidentiā, quā diuinantes, eius rei mentionē fecistis, iā nunc in semetip̄fo p̄figurare nō distulit, qualiter vel in q̄ in dispersionē gentiū iturus, & gētes docturus sit. In nouissimo aut die magna festi uitatis, stabat Iesus & clamabat dices: Si qs fitit, veniat ad me & bibat. Nouissimus huius festiuitatis dies octauus est. Sic em̄ de hac festiuitate scriptū est: Primus & octauus dies erit celeberrimus atq; sanctissimus. Significat autē nunc in mysterio dñi stantis & clāmantis eodē anno secuturā paschæ festiuitatē, vtiq; nouissimā veteris, primāq; noui testamēti: q̄a profecto post illā paschalē vesperā, qua dñs cū discipulis suis typicū pascha mox tradēdus māducauit, quicquid Iudei celebrauerunt, non iam festiuitas aut solennitas, sed (iuxta prophetā) tercū solennitatū debet nuncupari. In illa nanc̄ nouissima festiuitate magna, stetit Iesus in cōspectu patris, p̄ces supplicationesq; (vt ait Ap̄lus) offerens cū clamore valido & multis lachrymis: dū percussus violentia passionis: sicut p̄figuratū est in illa petra, quā Moses virga percussit, effudit nobis de semetip̄fo qđ biberemus, primū aquā qua ablueremur, & sanguinē suū quo potaremur: deinde insufflādo sp̄m sanctū dans apostolis, & iuxta aliū euāgelistā, aperiens illis sensum, vt intelligerēt scripturas: qđ est vere bibere salutares aquas. Deinceps perstitit clamās vehemēter, clamās gētibus cunctis, & quodāmodo dicens: si quis fitit, veniat ad me & bibat, dū receptus in cœlū, daō spirita sancto

Psal. 113
Psal. 115
Psal. 71.

Matth. 23

& non invenientis

Gene. 49

Matth. 12

Abacuc. 3

Ionae. 2
Transitus
Ch̄ri ad gē
tes præfis
guratus,

Matth. 9

Leuit. 23

Quid desi
gnet hic no
uissimus di
es festiuita
tis ludgor
Malach. 2
Heb. 5
Exod. 17
Num. 20
Iohan. 20
Luc. 24

sancto cœlos cōmouit, qui enarrarēt gloriā dei, ita ut non essent loquela neq; sermones
 quorū nō audirent voces eorū, vt in oēm terrā exiret sonus eorū, & in fines orbis terræ ver-
 ba eorū. Totus quippe sonus siue narratio eorū, clamor erat Iesu, invitatis ut omnes sitiē-
 tes veniret ad aquas, & accipere properarent gratiā spūs sancti, in remissione peccatorū,
 & deinde dividēte (prout vult) eodē spū biberent de lege & prophetis, per fidē euangelij
 salutare, quā prius nō habebant, abundantia verbi dei. Igitur bene in nouissimo die ma-
 gnæ festivitatis stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sit, veniat ad me & bibat, qā cun-
 ctis hoībus cuiusq; gentis vel cōditionis, desiderantibus saluari, ex tunc non solū aperuit
 salutis aditū, sed etiā altisona p̄dicationē cūctos inuitauit ad bibendū vitæ & salutis poculū.
 Et adiecit, L. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vētre eius fluēt aquæ viuæ. prover. 8
 Scriptura proverbioꝝ est, q̄ sic dicit sensu eodē, verbis paululū diuersis. Nec solū hoc, sed
 & qđ p̄missum est eidē scripturæ cōcinit. Nā quod hic dixit: Si q̄s sit, veniat ad me & bi-
 bat, hoc ibi sic dictū est: Bibe aquā de cisterna tua, & fluēta putei tui. Et qđ hic subiunxit:
 Flumina de vētre eius fluent aquæ viuæ, hoc ibidē sic subiunctū est: Deriuētur fontes tui
 foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ergo sic scriptura dicit: Flumina inq̄t aquæ viuæ fluēt
 de vētre eius, q̄ credit in me. Ac si dicat: Quid male solliciti estis, dicētes: Nunq̄d in disper-
 sione gentiū iturus est, & docturus gentes. ¶ An putatis, q̄ si me occideritis, illud præca-
 uentes, iam nō sit q̄ gētibus salutē, quā illis inuidetis, annunciet? Nō est ita. Nā qui credit
 in me, p̄ ipsam mortē qua vos me occidetis, accipiet spiritū sapientiæ & scientiæ, & implēs
 mundū abundātia doctrinæ euāgelicæ, non sinet (vti vos vultis) nomen meum perire, vel
 dispersioni gentiū dei notitiā deesse. Quod & factū est. Ecce q̄ multi credētiū biberūt aquā
 sapientiæ salutaris de cisterna legis, & fluēta viua de puteis euāgelij, & deriuati sunt fontes
 eoꝝ foras, & largis expositionibus in plateis aquas suas diuiserūt. Illi qui iam tunc in eum
 primi credebāt, scilicet apostoli, primi biberūt, & de illo primitiū ecclesiā paradiso, primū
 quatuor euāgeliōꝝ flumina fluentia, & epistolaḡ fontes deriuati, totū mundū notitia di-
 uinitatis impleuerūt, & postmodū tanti doctores bibendo impletū sunt, & scribēdo resu-
 derunt, vt ludēi dolētes satis videant esse impletū, quod inuidentes diuinauerunt, scilicet
 Christū venisse in dispersionē gentiū. Hæc aut̄ aqua viua, sancti spūs gratia est. Nā pro-
 tinus subiunxit euāgelistā. L. Hoc aut̄ dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in
 eū. ¶ Etenim spūs sanctus visitato in scripturis vocabulo aqua, & interdū cum additamen-
 to aqua viua nuncupat. Humana vero anima terra dicitur, videlicet pro similitudine: q̄a
 sicut aqua terrā irrigat, & infusione cōpetenti germinare eā facit, sic sancti spiritus gratia
 substantiā humanæ animæ, per se metipsam inopem & sterilem, donoꝝ suoꝝ fluentis ne-
 cessariis irrigat, & beneficio suoꝝ visitatiōis infusam, fide & bonis operibus fœcūdat. Quā
 visitationē Psalmista p̄ hanc similitudinē postulās dicit: Anima mea sicut terra sine aqua
 tibi. ¶ Et bñ dona sancti spūs, nō mō aquæ viuæ, sed fluminibus aquæ viuæ assimilauit, di-
 cens: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Nā quomodo aqua viua propriā certāq;
 habet venā, & de fonte suo nascit, fluendo aut̄ nomen accipit, vt flumen voceſ. Sic dono-
 rum distributiones, quæ in sancta ecclesia sunt, oēs ab uno spiritu, tanq; ab uno fonte pro-
 deunt, sicut ait Ap̄lus: Hæc aut̄ omnia operatur unus atq; idē spūs, diuidens singulis pro-
 ut vult. Perseuerādo aut̄ in eadē ecclesia p̄ succedētes generationes, ab ipso Christo usq; 1 Cor. 15
 in finē seculi, tam per doctrinā q̄ per manū impositionē eo operāte occulta inspiratiōe
 & sic de alijs, vel p̄ alios emanādo in alios, quasi flumina longos alueos efficiunt. ¶ Et sin-
 gulari quidē numero cū dicis flumē, vt Psalmista: Fluminis, inq̄t, impetus lētificat ciuita-
 tem dei, ipsa substātia vel persona sancti spūs intelligif. Plurali aut̄ numero flumina cū di-
 cuntur, vt hic: Flumina de vētre eius fluent aquæ viuæ, donoꝝ ipsius distributiones apte
 significant. Flumina qđq; non solū aquæ, quæ possit intelligi qualiscūq;, sed flumina viuæ
 aquæ dicunt, videlicet vt hac propria differētia distinguant ab aquis pharisaicæ vel hære-
 tice doctrinæ, q̄ reuera sunt mortuae; nec flumina, sed cisternæ veteres rectius sunt appellā-
 läde. De qbus p̄ p̄phetā dñs dicit: Me dereliquerūt fontē aquæ viuæ, & foderūt sibi cister-
 nas veteres, q̄ aquas nō valent cōtinere. Hoc ergo (inq̄t euāgelistā) dixit de spiritu, quē ac-
 cepturi erāt credētes in eū. Nam reuera credentes in eū, scilicet dei filiū, sic erāt accepturi
 hūc sp̄m, vt dona eius de vētre illoꝝ fluēt, tanq; flumina, qđ hactenus ab initio seculi nō
 fiebat. ¶ Quāuis em̄ dona sancti spūs antiqui patres haberent, nō tamen de illis fluebant,
 tanq; flumina in illā, de qua nūc agit, gentiū dispersionē: sed vna in gēte ista dona gratia-
 tū, tanq; uno in vase, cōtinebant exceptiones aquæ. Isti aut̄ credētes in eū, scilicet apo-
 stoli, & post illos apostolici viri, sic acceperunt hunc spiritū sanctū, vt prædicando, bapti-
 zando, manus imponēdo, maxima de vētre suo flumina profunderent p̄ mundū vnuer-
 sum. Et fluent, inq̄t, de ventre eius, de vētre inquā, id est, de intimis animæ, vbi deus inter-
 no sentitur amore, seipsum infundēs cōiugi castæ, vbi spiritū hunc imbabit anima de viri

Esa. 29.
Matth. 15

sui dei se impregnatis pectore: Quod dū fit, multū differt ab eis, quoꝝ solo ex ore verbo tenus fluit vbertas doctrinæ, corde intrinsecus suimet oris verba p amorē nō sentiēt. De qualibus recte dicat dñs: Populus hic labijs me honorat, cor aut̄ eoꝝ longe est à me. Nō rāndū vero q̄ nō ait, de spū quē acceperāt, sed quē accepturi erāt credentes in eū. Non dum em̄ erat spū datus, quia Iesus nondū fuerat glorificatus. Glorificatio Iesu, ob quā donec facta es̄t, differebat datū spūs, illa intelligenda est, quā opposita sit ignominiose nuditati Adꝝ, propter quā ab humano genere auersus fuerat hic idē spūs gratiæ. Scimus aut̄ quę causa illū ignominia impleuerit, & nudū inter hostes, imo nudatū ab hoste, inimici cū dei constituerit, videlicet inobedientia psumptuosa, qua lignū vetitum temerauit, dum deo subesse diffugit, & affectat similitudinē dei. Igitur obediētia Iesu Ch̄ri, qua deo patri semetipm pro omni mūdo obtulit, glorificatio eius est, q̄a vere sic illa passione glorificata est, nudata quondam, humana natura, q̄uo glorificat quis, dū pontifex factus, sancto altari assistit in ueste sacrata. Et quidē ueste adhuc corruptibili. i. carne mortali adhuc assistens patri pontifex noster, semetipsum ad horā obtulit, sed nunc eadē immortalī carne relumpta eidē patri suo pro nobis assistit. Ab hinc de vētre ipsius (q̄ hoc ipsum loquitur dicens) Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ) de ventre inquā. i. de profunda diuinitate eius, cōperūt fluere duo viuæ aquæ flumina. i. huius sancti spiritus duo data: primū videlicet, qd est remissio peccatorū; alterū, qd est diuersaꝝ distributio gratiarū. Nā ipsa die qua resurrexit, sero apparet apostolis, insufflavit, & dixit eis: Accipite spiritū sanctū, quoꝝ remiseritis p̄ctā, remittuntur eis &c. Assumptus aut̄ in cœlū, ubi captiuū duxit captiuitatē, dedit dona hoībus, nō omnibus eadē, sed alios quidē apostolos, alios euangelistas, alios doctores, alios ponens prophetas in ecclesia sua, eisdem usq; in finē seculi perseveratibus donoꝝ suoꝝ fluminibus eodē ordine, vt primū baptizati, remissionē peccatoꝝ per sanctū spiritū accipiāmus, qd datū & qualiter operatur in omnibus: deinde diuersaꝝ dona gratiæ, quā nō eadē sunt omnibus, sed unus atq; idē spūs diuidit singulis prout vult. Non em̄ (vt pleriq; existimāt) tūc illos apostolico Christus ordine consecrauit, quādo ante passionē suā, cōuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatē spiritū immundorū, vt ejercent eos, & curarent omnē languorē & omnē infirmitatē, qd non ita esse, multis argumētis comprobat. Primo, quia nō est hæc tota distinctio apostolici ordinis, potestatē habere dæmones ejiciendi, languoresq; siue infirmitates curādi, & cetera huiusmodi signa faciendi. Alioquin & aliꝝ septuaginta duo discipuli omnes apostoli sue rūnt, quia videlicet ipsi quoꝝ potestatē eandem acceperunt, vnde gloriabantur, quando reuerſi sunt cū gaudio magno dicentes: Dñe, etiam dæmonia nobis subiiciuntur in nomine tuo. Deinde quia apostoli noui testamēti, primi pontifices vel episcopi sunt: ipsum aut̄ nouuū testamentū, non nisi Christi sanguine & morte conscriptum vel confirmatum est. Quomodo ergo noui testamēti episcopi ordinaretur, anteꝝ ipsum nouū testamentū conscriberetur? Vel quomodo summus pontifex Ch̄fs, alios pontifices vel episcopos consecraret sibi vicarios, anteꝝ suo prior ipse fungeretur officio? Nempe si illos ante passionē Ch̄fi cōsecratos esse velis, tale est, ac si dicas cōgruū fore, si quilibet pontifex noster, quoniam ipse iā consecratus est, vbi cunq; vel quomodo cūq; presbyteros aut episcopos suos cōsecreare velit, extra legitimū tempus vel ordinē sacrificij absq; vestibus sacris. Nempe dominus noster plane quidē erat, anteꝝ pateretur, magnus pontifex, vñctus sancto spiritu, & virtute ab ipso initio cōceptiōis suæ, sed sacras uestes sacerdotiū sui nō induit, priusq; sacrificiū ipse fieret, id est, immortalitatis gloria non se vestiuit, priusq; per passionem mortis, mēbra corruptibilia deponeret. Antea iuxta typū propheticū, ipse Iesus indutus erat sordidis uestibus, sed in ipsa passiōis suæ hora sic à patre de ipso dictū est: Auferte vestimenta sordida ab eo, Di cūq; est ei: Ecce abstuli à te iniquitatē tuā, & indui te mutatorijs. Item: Ponite cydarim mundā super caput eius. Et posuerunt cydarim mundā super caput eius, & induerunt eum uestibus. De hac sordidoꝝ uestimentoꝝ, id est, mortalium membrorum expoliatione, & glorioſo immortalitatis uestitu, ait: Hic ipse magnus sacerdos Iesus: Ignē (inquit) veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt accendatur, statim subiungens: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor, usq; dū perficiat? Videlicet vt subaudias, q̄ ignis ille, id est, spūs sanctus, non ante sit dandus, q̄ illud perficiatur. Itaq; sacris uestibus nondum indutus erat Iesus. Rursus nec ante hoc erat tempus vel ratio, sc̄rum oleum, vel chrisma super illos effundendi: sicut petra illa in deserto, non ante flumi na vel torrentes inundantes fundere habebat, q̄ ex iussu dei percuteretur virga. Nihilominus & apostoli necdum talem induerant uestem, in quo sancto altari assistere, & ab illo magno pontifice sacri olei vel charismatis vñctionē, id est, sancti spiritus effusionē, ratio vel ordo cōsentiret illos accipere. Nati quippe vt essent in delicto paternæ fuaricationis, necdum remissionem peccatorū acceperant, quod nemini dubium est: nisi forte quis putet-

putet, q̄ aliter q̄ per Ch̄i mortē potuerit vlli homini, siue Gentili, siue Iudæo dari peccatorē remissio. Sed hoc à fide Ch̄i alienū est. Proinde constat, q̄ apostolæ vel oēs ecclesiastice ordinatiōes, & oīno cunctæ sp̄s sancti donatiōes, non ante, sed post glorificationē Iesu effusæ sunt, q̄a videlicet hic erat ordo necessarius, vt prius passiōe Ch̄i redimerent, & post ab eodē pontifice suo, sancta immortalis gloriæ stola vestito, apostolica illis ḡa conferretur, per geminam (de qua iam dictum est) effusionē sancti sp̄s. Igif (vt ait Euangelista) sp̄s nondum fuerat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Non (inquam) datus erat t̄ illo modo ea largitione, qua peccata remittunt. Ea tamē qua diuisiones gratiæ distribuunt, datus quidem fuerat prophetis vel patribus, sed non eo modo, vt recte sūmen vocaretur. Nam quantulacunq; illa donatio, non in gentium dispersionem valebat fluere, sed in vna continebatur gente, largitatē istam, quæ per Christum danda erat, prænuntians spiritus prophetiæ.

¶ Finis Libri Septimi.

S R V P E R T I A B B A T I S

T V I T I E N S I S I N I O H A N N E M E V A N G E L I-

stam Commentariorum Liber Octauus.



Gones dñi nři Iesu Ch̄i legētibus nobis intelligētia opus est: Bea Elegā sex⁹
tus em (inqt Psalmista) q̄ intelligit sup egenum & pauperē, ipm
vtiq; intelligi volens, qui cū diues esset, pro nobis pauper factus
est. Ipse nanq; in eodē psalmo loquit, quod nunc tractare cœpi
must: Inimici mei dixerunt mala mihi, qñ moriet, & peribit no-
men eius. Ipse manifeste seipm exprimit dicens: Qui edebat pa-
nes meos, magnificauit sup se supplätationem. Quis autem mis-
ericordia vel charitatis compassione purgatū habens cordis ocu-
lum, non intelligat, q̄ non parui aut leuis sit certaminis hoc ipm,
q̄ stans in medio superboꝝ ac diuitem inimicoꝝ suog, mala sibi
dacentium, egenus & pauper iste apud cogitationes illog, pro sua contēptus paupertate
diuinitatis suæ diuicias ore proprio cogebat prædicare, & de seipso testimoniuꝝ phibere?
¶ Si em sub silentio semetipsum absconderet frustra nobis aduenisset, quia vcꝝ sine pdicant
te nemo nostrum audisset, nemo credidisset, atq; ita nemini aduentus eius profusisset: La-
borabat ergo sustinens semetipsum prædicare. Hoc em faciens apud superbos, quanto pu-
tas subiacebat inuidiæ? Quicunq; ab ipso didicit mitis esse, & humilis corde, & idcirco tan-
to magis grauat suam virtutem prædicare, quanto magis humiliter sentiens odit ventū
factantiaꝝ, ipse sentit vtcunq; quanti laboris sit huic egeno & pauperi, stare in illo tali tem-
plo, & corā inimicis mala sibi dicentibus, q̄s esset, vel vñ opprobria exprobantiū sibi re-
cepturus, edicere. Igif vt veræ beatitudinis participes simus, super hunc egenum & pau-
perem intelligere studeamus, & tunc nos verum lectionis intellectum assecutos arbitre-
mur, cum mala, quæ audit vel patitur, compatiēti corde perceperimus. Sequit: Ex illa
ergo turba cū audissent hos sermones eius dicebant: Hic est vere propheta. Alij dicebant:
Hic est Ch̄us. Quidā aūt dicebant: Nunqd à Galilæa Chr̄us venit? Nonne scriptura di-
cit, q̄a ex semine Dauid, & Bethleem castello, vbi erat Dauid, Chr̄us venit? Dissensio itaq;
facta ē in turba pr̄pter eū. Sanctis viris nōnunq; dissensio multitudinis occasio fuisse le-
git euafionis. Nam & Paulo ap̄lo pene tale qđ cōtigit, q̄ dum staret in medio multitudi-
nis, & sacerdotes, atq; oē cōsilii cōvenissent aduersus eū, sciēs q̄a vna ps eēt Sadducæoꝝ,
& altera pharisæoꝝ, exclamauit in concilio: Viri fratres, ego pharisæus sum, filius phari-
sæoꝝ, de spe & resurrectione ego mortuoꝝ iudicor. Et cū hæc dixisset, facta est dissensio,
& soluta est multitudo. Iussitq; tribunus milites descēdere, & rapere Paulū de medio eore
videlicet volēte dño vt seruaret: Sic em (inqt) testificatus es de me in Hierosolymis, sic te
oporet Romæ testificari. ¶ Il mosic vel vniuersaliter sanctæ ecclesiæ cōtigit, q̄a dum vni-
uersæ iniqtatis & multitudo in multas hæreses diuisa est, & aduersus alterutrū discordas
semetipsum impugnat, euadit p medias diuisiōes fides catholica. Quod etiā veteri mira-
culo pr̄figuratū est, saluo altioris quoq; sacramēti intellectu, qñ ad ingressum filioꝝ Is-
rael, mare rubrū diuism est. ¶ Traditū nāq; est à maioribus, q̄ in illa digressiōe maris,
singulis qbusq; tribubus filioꝝ Israel, singulæ aquæ diuisiōes factæ sint, & ppria vnicuiq;
tribui in mari apta sit via. Idq; ostendit ex eo, qđ in psalmo scriptū est: Qui diuifit mare Psal. 132
rubrū in diuisiones. Per qđ plures diuisiones docent factæ scdm singulæ tribuum viam.

O 4 Quod

Ecclesiastis
ca ordinatio
tiones post
passionem
Christi coe-
perunt

t illo

hortatio ad
compatien
dum Ch̄a
Psal. 40
z. Cor. 2
Psal. 49

Cogebatur
Christus se
ipm prædā
care coram
inimicis
Roma. 10
Matth. 11

Mich. 8
Psal. 131

Acto. 23

Exodi. 14

Psal. 132

CLXIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VII.

Quod ergo in ecclesia sua fururum erat, videlicet ut inter dissidentes hæreticorum sectascha tholica fides in columnis persisteret, hoc in seipo Chrus præfigurare dignatus est, dum vbi miserant principes & pharisæi ministros, vt apphenderet eum, ad p̄dictum clamorē eius dissensio in turba propter eū facta est, & i p̄e apphēsus non est. Nā & hoc sequit. L Quidam autē volebant apphendere eum, sed nemo misit sup illum manus. L Nam reuera volentes eum tenere timebant, ne forte tumultus fieret in populo, ne de manibus eorum populi liberaret auxilio. Quod timētes, & maximē diuinitus coerciti, tam diu sunt à conatu suo repressi, donec eis Iudas illum traderet sine turbis. Venerunt ergo pontifices & ministri ad pharisæos. L Ergo (inqt) qa dixerat dñs, q̄ necdum pati dignabat; Adhuc modicum vobiscum sum, & volebat adhuc & dictis & factis implere quæ supererant, implere oculos & aures eorum, & sufficienter inexcusabiles eos facere, qbus grauis etiam erat ad vidēdum; venerunt ministri immunes à criminē, pleni admiratione. L Et dixerunt eis illi: Quare nō adduxisti is eum? L Non paruam expectationē, vel attentionē Euangelista innuit pontificum & pharisæorum, tam prompta p̄cunctatiōe dicētum: quare non adduxisti eū? Eū (inquiūt) supfluum habētes dicere Iesum, cui protinus adducēdo, vt putabant, palā erat præsentē inhiare cōuentū. L Responderūt ministri: Nunq̄ sic locutus est homo, sicut hic homo loquit. L Vere nunq̄ sic homo locutus est. Hoīes quippe quicq; sapia velsciæ ser monem habuerunt, de plenitudine huius om̄es acceperunt. Sed eo magis inexcusabiles sunt, q̄ tantam sapiam audierunt, & non obaudierunt, q̄ talem hoīem viderunt & inuidērunt. ¶ Quid igif retributionis habebunt? Illud vtq; qd̄ per os David pronuntiat spiritus prophetarū, vel oīm iustorū, q̄ minus qdem hoc homine, sed tamen bona & salutaria locuti sunt: In salicibus (inquiūnt) in medio eius. l. Babylonis, suspendimus organa nostra, q̄a illic interrogauerunt nos, q̄ captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Isti nanq; hoīes, filios quidem Hierusalem se esse putant, oculos quoq; ad vidēdum, & aures habere ad audiēdum, legitimūq; Mosaicæ siue propheticæ cantilenæ rationabiliter discerne re, vel comp̄hēdere sonum. Sed reuera salices sunt Babylonis, vitiosa radice ripis hæretes flumineis. i. decurrentibus voluptatibus seculi, solum habētes in verboꝝ folijs viorem ludaicæ professionis, à fructu autē boni opis steriles, ita vt terrām quoq; tanto tpe frusta occupauerint. Suspendent ergo in eis. i. propter eos, tacebunt organa prophetarū & oīm veritatis prædicatore, ne audiant verba cantionum, quæ vanæ interrogauerunt, & cum isto summæ diuinitatis organo, cum isto homine (q̄ sic loquit, q̄o nunq̄ locutus est homo) ad gētes ibunt, & ipsis cantabunt. Nam isti nimis impatiētes sunt ad audiēdum, nullum de illo bonum volentes audire testimonium. Vnde & subdit: L Responderūt eis pharisæi: Nunquid & vos seducti estis? L Et vos (inquiūnt) q̄ ex nobis estis, quos arbitramur aliquid prudentis habere ingenij, nunquid tam cito seducti estis? Quasi vero iam legitimo dephēsum esset iudicio, seductionē esse quicq; audissent ab homine isto, sic loquēt, q̄o nunq̄ locutus est homo. Cui maligna intētioni, qa nulla est quæ suppeditat rationis vis, protinus sub interrogatione obliqua illud intorquent, qd̄ pro ratione volunt accipi, vere seductores, & ipsi à maligno spū seducti. L Nunquid aliquis ex principib⁹ credit in eum, aut ex pharisæis? L Ac si dicerent: Seductos vos esse in eo, q̄ eius estis sermonibus delectati ex hoc solo cōstans est, q̄ nemo credit in eum ex principib⁹ aut ex pharisæis. Quæ ratio q̄ infirma, vana, & inepta sit, probari nullis opus est argumētis. O ergo cæcidi, duces cæcōrum, cæci (inquam) cæcis ducatum præbētes, vt pariter in foueam cadant. Nonne principes isti (Esaia testātē) principes sunt Sodomorum, & populus iste populus ē Gomorrha? Expectandi ergo sunt tanḡ scīæ clauim habētes, vt nemo quāmuis oculos habens introeat: nemo quis aures habens, audiat: nisi huiusmodi principes ad vidēdum vel audiēdum habeat p̄cessores? Nunquid (aiūt) aliquis in eū ex principib⁹ aut ex pharisæis? L Sed turba quæ non nouit legē, maledicti sunt. L Videlicet pro hoc ipso, q̄ legē nesciunt, maledictionibus illis illos subiacere iudicant, quas Moses in Deuteronomio, legē nō custodiētibus præscribēt: Maledictus (inquit) qui nō p̄manet in sermonibus legis huius, nec eos ope pficit &c. Sed profecto turba illa verius cōtradixisset, l stud vanitatis concilium, & hæc ecclesia malignatium, quæ non facit legē, maledicti sunt. Turba em̄ hæc (vt supra dictum est) multitudo, quæ de ciuitatibus & regiōibus cōuenerat ad diem festum, hic intelligi debet, quos falsi illi, & fallentes Hierosolymitani, penes quos erat tēplum, & sancta sanctoꝝ, velut agrestes in sui comparatione æstimabant. L Dicit ad eos Nicodemus, ille qui venit ad eum nocte, qui vñus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hoīem, nisi au dierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? L Cur nō hic apta defensiōe dixit qd̄ sentie bat, & q̄ duduī veniēs ad eū nocte dixerat, videlicet q̄ nō seductor ēēt, sed magister à deo venisset &c. Videlicet, quia timiditatis nox adhuc in corde eius erat, & necdū securitatis dies illuxerat. Nec mis̄e, nondū em̄ (vt p̄dictū est) erat spūs datus, quia Iesus nōdū fuerat glorifica-

Iohann. 1
Verba can
tionum abs
lata Iudæis
Psal. 136

Lucæ. 13

Matth. 15
Esaiae. 1
Lucæ. 11

Deuter. 27

Psal. 25.

Iohann. 3

glorificatus, & idcirco necdū de ventre eius, siue Ap̄loꝝ flumina aquā vluꝝ saltem vſq; ad publicū circuitū vnius synagogā fluere poterant, quā Iesu glorificato & spū datō vſq; in dispersionē quoq; gentiū fluere habebant. Ergo causam, vel iniuriam nō ausus palam defendere psonā, sed rursus non ferens impudentē malitiam tantā usurpare iniustitiae licentiam: Nunquid(ait)lex nostra iudicat hoīem, niſi audierit ab ipso prius, & cognouerit qđ faciat? Non vtq; sed ecōtra p̄cipit, nō facile credēdum esse qđ audieris. Videlicet hoc dico coargui nō pōt velle defendere hoīem, cū verba sonēt potius iustā ac sanctā legis defensionē, iusta quippe nō esset lex, si p̄judicia fieri iuberet aut p̄mitteret. Itaq; timidus Leui.16 quidē, sed prouidus in tutā cōfugit arcē dum pro hoīe loquens, pro lege videſ patronam ferre s̄niam. Attī qm̄ intentio eius callidā audientiā nequitiam latere nō poterat, hostiles assultus nō oīno euasit. Nam sequit. Responderunt, & dixerunt ei: Nunqd & tu Galilæus es? Nonne ergo veꝝ est, qđ dixit iniustus ut delinquit in semetipso, i. sciēs & videns, propousit cōetus pharisaicus p̄manere in p̄clō suo? Nonne & hoc veꝝ est, qđ noluit intelligere vt bene ageret? Hoccine est velle intelligere audiendi suggestionē, vel legalis iū dic̄ mentionē non posse sustinere? Homo pharisaeus & princeps ludæoꝝ, ausus in tali causa facere legitimū iudicij mentionē, vno dicto suū corā illis odorē sc̄tere fecit, & hosti Exodi.8 li calūnī patuit. Non em̄ paruā odiū spirat abundantia, qđ tam cito dictus est Galilæus, eo qđ homini Galilæo fauere videref. Iam q̄ppe propter odiū Iesu, ip̄m nomē Galilæa putabat illis, nares subsannātes habētibus? Nunqd(aiūt)& tu Galilæus es? Scrutare & vide, qđ propheta à Galilæa nō surgit. Ecce in retributionē & scandalū sic quoq; implet illud, qđ propheta p̄dixit: Fiat mensa eoz coram ipsis in laqueum. Scriptura, quā scrutati si biesse vident, locum p̄dixit, vbi nasceret iste propheta magnus, de quo Moyses scripfit: Et tu(inqt propheta) Bethleem terra Iuda, nequaq; minima es in principib⁹ Iuda, ex te em̄ exiit dux, q̄ regat pp̄lm meū Israēl. Sed illud tacuit, qđ exituꝝ esset edictū à Cæsare Augusto, vt describeret vniuersus orbis, & ituri essent oēs, vt profiterent singuli in suā ciuitatē, & qđ ascēlurus esset Ioseph de Galilæa in ciuitatē Dauid, quā vocat Bethleem, vt profiteret cū Maria despōsata sibi vxore p̄regnante, & cū essent ibi, implendi forent dies vt pareret. Hoc modo mensa sua nunc eos illaqueauit qđ videlicet oculos suos compresse Esa.64 sunt ne viderent, & aures suas agrauauerūt ne audiret. Ecce em̄ p̄terit p̄terita non respiciētes, & p̄sentia tm̄ oculis nequā adspiciētes, laqueū fibimet hoc modo texuerunt. Ch̄fus sc̄dm scriptutas ex semine Dauid, & castello Bethleem nasciturus est, hic autē le-
sus homo Galilæus est. Iḡis hic homo propheta non est, Ch̄fus non est. Hoc modo ob-
scurati sunt oculi eoz, ne videant. Quid em̄: Nunqd repugnantia sunt h̄c, Ch̄fus ex se-
mine Dauid, & castello Bethleem nasci debere, & in eundē in Galilæa nūc habitare? Scru-
tent ergo scripturas ipsi, & videāt, qđ non sic scriptū ē per prophetā: In te em̄ natus habi-
bit, sed ex te em̄ exiit dux, q̄ regat pp̄lm meū Israēl, Seq; Et reuersi sunt vnuſq; in do-
mum suam. Quia telas araneæ texuerant, idcirco leuiter solutum & dissipatum est eoz
conuenticulum, & ad vnam obiectiunculam infirme consciā diuerberati, vnuſq;
qđ in domū suam reuersi sunt, vt itez in cubilibus suis aliud ineuntes confilium, oua rum-
perent aspidum, & cōfouerent qđ erumperet in regulum. Iesus autem perrexit in mon-
tem oliueti, & diluculo itez venit in tēplum, & docebat. Et hoc quoq; futuroz vmbra
est, & qđ aduersarijs dissipatis, & in domūculas suas abeuntibus, pergit in montem oliueti
Iesus, & itez redit in tēplum, & docet: qđ videlicet futuꝝ erat, vt frustratis consilijs eoz,
qui quāsierunt animam eius, dicentes: Quando moriet, & peribit nomen eius, ascensurus
erat in monte oliueti, imo de mōte oliueti in altitudinē cœli, datus inde spūs sancti ole-
um, i. vega sc̄ia lumen, & laboz dolorumz requie, & hoc facto reparatū per Apostolos
suos habiturus erat cū aduersarijs suis, aperte p̄dicationis conflictū. Et oīs pp̄lus venie-
bat ad eū, & sedēs docebat eos. Die p̄terito stabat Iesus(inqt Euāgelista)& clamabat,
nunc autē sedens docebat, qđ videlicet sic futuꝝ erat, vt prius stans, i. in passione agonizās
clamaret, sicut superius dictū est, & postmodū gloriā suā ingressus, atq; ad dexterā patris
residēs, missō spū veritatis doceret nos omnē veritatē. Adducunt autē scribæ & pharisæi
mulierē in adulterio dēphensam, & statuīt eā in medio, & dixerūt ei: Magister, h̄c mu-
lier mō dēphēsa est in adulterio, In lege autē Moyses mandauit nobis, hmoī lapidare. Tu
ergo qđ dicis? Hoc at̄ dicebat tētātes eū, vt possent accusare eū. Quia pridē Nicodemus
timide qđē, validū tñ iniqtati illoꝝ sc̄dm legē fecerat obſtaculū, dicēdo: nunqd lex n̄a iū
dicat hoīem, niſi audierit ab ipso prius, & cognouerit qđ faciat, idcirco nūc reparatis ar-
tibus summo studio nitunī illū cōſtituere legis aduersariū, vt nemo deinceps cōtra ipsoꝝ
audeat mutire cōſiliū. Quid em̄ arbitrarent niſi illū obſeruādā suā māſuetudinis famā, ne
pp̄lariū fauores amitteret, à veritatis & iustitiae tenore declinatur, & tale qđ dictuꝝ, q̄lia
dicere solit' erat: Nolite iudicare & nō iudicabimini: nolite cōdēnare & nō cōdēnabimini

H̄c

Mich. 8
Efa. 59
CAP. VIIIPsalm. 49
Acto. 1
Luc. 24.
Acto. 4.8Matth. 16
Iohā. 16

Matth. 7.1

CLXVI.

RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

Hæc nempe & hmoi pietatis ac mansuetudinis hortamenta prædicando, populi fauores acquisiuisse videbat, ut pius & mansuetus, & hinc esse, q̄ tantis quotidie turbis stipabat, vt volentes eū comp̄hēdere, metu populi cohiberent. Huic ergo famæ suæ studentē dictu⁹ illum putabat, vt dimitteret peccatricē. Hæc aut̄ pietas statim pateret criminis, vt dicerent illi robusti & mulatores legis Hostis legis es, cōtra Moysen locutus es, imo cōtra eū qui p Moysen legē dedit, & proinde tu ipse lapidandus es. Igit ut in scelere suo sanctæ legis vindices se pronuntiare possent, & sic om̄e os obstrueret, idcirco cū p̄dicta machinatio adduxerunt, & corā illo statuerūt mulierē peccatricē. Sed hoc mō captates in aiā iusti, & sanguinē inocētē cōdēnare cupiētes, elusi sunt, ita vt iusto nocere nō possent, & peccatricē de manibus amiteret, imo peccatrice apud iustū, misera apud miā in tēplo remanēte, foras ipsi confusioē operti exirent. Quis hoc factū nō miret̄? q̄s hanc veritatis & miseri cordiæ victoriā nō veneret̄? ¶ Sic nimis futu⁹ erat, vt post illa, quæ supra scripta sunt, adduceret scribæ & pharisæi peccatricē mulierē. s. ecclesiā de gētibus in tēplū ad Ch̄m, corporis & aniæ suæ liberatorē, & ea p̄ctōrum accipiēte remissionē, ipsi cū mala consciā foras irent, & cū inuidiæ suæ tormēto à gr̄a excideret. Cum em̄ ipsi dñicū corpus clavis cōfixerūt, & lancea p̄cussérūt, qđ aliud q̄ verḡ dei tēplum apparuerūt. Et cū per legē & prophetas, quis inuiti, p̄dicant, sic oportuisse fieri ob salutē oīm gētiū, qđ aliud q̄ adulteram gētilitatē, q̄ virū suū le gitimū. l. creatorē suū reliquerat, & cū diabolo fornicata fuerat, adducut ad Ch̄m. Tu igit̄ Ch̄rē, speciose rex, in oībus prospere procedis & regnas, propter veritatē & mansuetudinē, & iustitiā, & deducet te mirabilē dextera tua, tuiq; in oībus eludunt inimici. s. genimina viperæ Iudæi, cū principe suo dracone, quē formasti ad illudēdum ei. Sed iam ad narrationē historicā redeamus. l. Iesus aut̄ inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Quid hoc ad rē p̄tinebat, vt vocibus p̄fentiū interrogatus, digito scriberet in terra, qđ facere solitus nō erat? Videlicet q̄a laqueo parato intēti erat, mansuetū & misericordē capere, modū stringētes, statim post primā p̄positionē Mosai cę authoritatis, subiuncta assumptiōe, dicēdo: In lege aut̄ Moses mādauit nobis hmoi lapidare. ¶ At ille nō paulo maiore se Mose esse nouerat, quippe cuius spū, vel (qđ manifestius nūc ad rem attinet) cuius digito, sicut in Deut. habes, scriptā in tabulis lapideis legem accepit Moyses. Igit ut se nō debere vel posse Mosi autoritate cōstringi significaret, cōgrue nūc & opportune fese inclinās, digito scribebat in terra, innuēs tā sapiēter q̄ humiliiter, q̄ dñs legis, q̄ maior esset q̄ Moyses. l. Cū aut̄ p̄seuerarēt interrogatēs eū, erexit se, & dixit eis: Qui sine p̄ctō ē vīm, primus in illā lapidē mittat, & itaq; se inclinās scribebat in terra. Nota snia ē, & celebris vniuerso orbi, quā edixit hic nō q̄libet archisenator aut cōsul, s̄i ip̄e rex & Imperator curiæ cœlestis, tñ hñs veritatis, quantū māsuetudinis, nec plus alleviata suauitate miseratiōis, q̄ aggrauata librato pondere iudicij. ¶ Sed quare & sniam daturus prius in terra digito scriptit & data snia denuo scriptit: Vtiq; quia ip̄e est, q̄ (vt p̄dixi) digito. i. p̄cepto suo, p̄cepta legis in tabulis scriptit lapideis, & prioribus tabulis propter p̄ctō vituli cōfractis, alias denuo scriptit: Hic & illuc magna signa rex diversa sunt, res aut̄ quæ significant eadē sunt. Quid em̄ tabula priores, quæ propter p̄ctō cōfracta & projecta sunt, nisi dura Iudæoꝝ corda propter incredulitatē p̄onciēda, significauerūt. Itē, qđ nūc prima ad scribendū inclinatio, & protinus data significat snia dicētis: qui sine p̄ctō est vīm, primus in illā lapidē mittat, nisi legē eandē, & Iudæos pr̄uaricatores eius, q̄os ex eo recte obstruit, ne aduersus gētes glorient, q̄a legem acceptam non custodisse conuincunt. Vnde & subditur: Audietes autē, vnum post vnum exhibant, incipiētes à senioribus. Itaq; & q̄ illuc scđæ tabula instar priori p̄cisæ, & digito dei scriptæ sunt, & qđ hic itaq; Iesus inclinans se scribebat in terra, nouā gr̄e scripturā significat, q̄ nunc spiritu dei scribit in tabulis cordis carnalibus. Nouā igit̄ ecclesiā, quæ de gentibus collecta est, synagoga foras à tēplo luminis æterni recedente, hæc (vt pr̄dictum est) mulier p̄signat, quæ scribis & pharisæis mala cōscia cōuictis, & foras exeūtibus, sola cū salvatore relicta est. Sequit. l. Et remāfit solus, & mulier in medio stans. l. Sed ecce fortassis dum altiora mysteria requirimus, dicat quispiā scrutator līx studiosus. Qūo insipiētes & maligni, impij thesaurizatores iræ dei, tam cito ad vnius respōsitionis vocē, solū Iesum & mulierē in medio stantē reliquerūt: Num fese introrsus respexerunt, & humili consciā p̄tōresse agnoscentes, peccatricē dimiserūt? Ergo ne in tanta iniquitatis abundantia, mens eorū talē potuit admittere sensum, & sic ad obicē pietatis querunt offendere pedes eorū veloces ad effundēdum sanguinem? Ad hæc inquā: Non sic offenderūt, nō sic ab intentione sua conquerunt, non eo sensu conticēscētes, vnum post vnum exierunt. Sed qđ: Vtiq; quia talē eius audierunt respōsitionē, de qua nullā spem accusationis habere possent, idcirco cōfusa cōcepta reliquerunt. Vnde & Euangelista cum dixisset vnum post vnu exibat, statim adiūxit, incipiētes à senioribus. Seniores em̄ quanto maiores ac vetustiores, tāto ad calūniādū int̄ra

Psal. 93.

Psalm. 44

Psal. 103

Digito scri
bebat in
terra
Deuter. 9.Cur Ch̄rus
bis scriptit
in terra
Exo. 32. 34

Roma. 2

Cur exies
runt Iudæi
vnum post
vnum

Psal. 13.

instructiores, & ad cognoscendū verbum quod calumniari nequirent perspicatores, vbi responsū eius audierūt, primo validū & inexpugnabile esse præsenserunt, & idcirco primo loco cesterūt. ¶ Nam (vt supra dictū est) cum scirent illum mansuetū esse & pium, imo cum scirent eum pœnitentiā prædicare publicanū quoq; vocasse, & cū peccatoribus quoq; māducere. Vnde & impropperantes ei dicebant, q; esset homo vorax, & potator vini, amicus publicanoꝝ & peccatorꝝ, cū inquā hēc scirent, nec ignorarent q; aduersus pharisei cogitationes peccatricem alia dudū defendisset, quæ tetigerat pedes eius, arbitrabantur q; & istam adulteram defensurus esset, talem utiq; personam, qualem signāter lapidari iussērat lex, vnde & damnarent eū veluti reū, qui legē soluere cōtenderet. ¶ At ille nec ad dexterā nec ad sinistrā declinās, talem sententiā dederat, quā nec infirmare lex diuina, nec cōtemnere ratio posset humana. Illis huius sententiæ fortitudinē cōsiderantibus, & ob hoc nihil se proficere sentientibus, remāsit cū Iesu sola mulier in medio stans, & ab illis exēuntibus reslīta est causa eiꝝ, tanq; laqueus inutilis & recte inefficax, qua proposita sic Iesu vno sapiētiā responso, capreꝝ, hinuloꝝ ceruoꝝ similis, in altum exilierat, vt eū nulla canū istoꝝ cōsequi posset astutia. Igitur isti Hierosolymitæ, vt putabātur & mulatores legis, reuera autē principes Sodomæ per prophetā dicti, exēentes reliquerūt miserām, nō quia suam recognoscere miseriam, sed quia quidlibet de illa fecissent, non haberent vnde accusarent misericordiam. Ergo aūt se Iesu, dixit ei; Mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te cōdemnauit? Quæ dixit: Nemo dñe. Dixit aūt ei Iesu: Nec ego te cōdemnabo. ¶ Quāuis à tentatōribus insidiosis fuisse iudicare postulatus, tamen q; reuera ipse est, q; cōstitutus est à deo, iudex viuorꝝ & mortuorꝝ, præsto se esse indicat, nec villo modo diffitetur se iudicem, & penes se iudicādi esse legē ac potestatē, dum sententia dicta, & accusatorib; egressis: Mulier inquit vbi sunt qui te accusabant? &c. Non enim erat excusatio iudicii, q; dixerat: Qui sine peccato est, primus in illā lapidē mittat, quomodo illud q; cū dixisset ei quidā de turba: Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatē, respōdit: O homo q; s; me cōstituit iudicē aut diuisorem super vos? Nam terrena quidem lucra dispensare aut iudicare non venerat, sed ad remittētā vel ad retinēda peccata iudicium omne à patre acceperat. Quod ergo ait: Mulier vbi sunt qui te accusabant? iudicis veritatē, vel iudicij maturitatē resonat, q; profecto iudicium legitimū nō recusat, sed accusatores non legitimos venisse comprobant: oportet enim tam accusatores, q; testes sine crimine esse in omni siue diuinæ, siue humanæ legis iusto examine. At illi criminosos se esse fuga sua cōfessi sunt, dum iudice querēte testes sine crimine, q; primi secundū legē lapidē mitterēt, oēs exierūt. ¶ Igitur iudex iste est, q; sedet super thronū, & iudicat & quitarēt, nihil prorsus agēs extra ius legemq; iudicii, dū deficientibus accusatorib; cceptamq; causam relinquentib; ita demū decedēti iudicio misericordiā subrogans: nec ego te cōdemnabo inquit. Verē hæc ipsa misericordia nō sic peccata remittit, vt tribuat q; licentiam peccādi, sed idcirco iudicium suspedit, vt vacet peccatori cum fructu pœnitentiæ recedere à peccatis. Vnde & protinus subdit: Wade, & amplius noli peccare. ¶ In vna eadēq; sententiā misericordia & veritas obuiant sibi, iustitia & pax inuicē osculatūr. Nā q; ait: Wade, misericordiæ & pacis est, q; adiūgit & amplius noli peccare, veritatis & iustitiæ. Ita viuorꝝ & mortuorꝝ iudex æquisim⁹, neq; solū iudiciū cōminatur, neq; solū misericordiā pollicetur, sed cūctoꝝ hominū rationes, tanq; statera iusta, misericordia simul & iudicio, veluti duabus discriminat lancibus. Omnis anima, vniuersa ecclesia, quondā p adulteriū diabolo subiugata, ex eo se lance iudicij superexaltare cōfidit, si nō inanis, sed fide & actib; bonis onusta misericordiæ grauiter incubit. Sequit̄: Itero ergo Iesu locutus est eis dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequit̄ me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. ¶ Ergo (inqt Euāgelista) q; tātopere nitebantur scribæ & pharisei ad nihilare præsentē gratiā dei, & auferre de medio testimoniuꝝ veritatis, ora cūctoꝝ obstruendo. Verbi gratia, dicētes: nūquid & vos seducti estis, & nunquid & tu Galilæus es, & ita metu illoꝝ deficiebat omne testimoniuꝝ hominū, ipsemēt, de quo per prophetā fuerat p̄dictū: Ecce testē populis dedi eum, solus in testimonio persistēs, itero locutus est eis dicens: Ego sum lux mundi. ¶ Hoc inquā itero loquutus dixit eis, id est, hoc dicto illud iterauit, qd pridie stās & clamās dixerat eis: Si q; sitit, veniat ad me, &c. Sic em̄ dictis illis ista cōsonanter coherēt & cōsonant, q; nūc itero loquī dicens: Ego sum lux mundi, &c, quo in psalmo, cū dictū esset: qm̄ apud te est fons vitæ, statim subiunctū est: & in lumine tuo videbimus lumen Christus enim dei sapientia, nobis vno eodēq; actu, & poculum & lumen est, q; a videlicet quisquis aqua huius sapientiæ imbuitur, statim clarificato sensu à cūctis erroꝝ tenebris liberatur. Ac proinde recte & hic de seipso loquēs, cum dixisset: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, hoc ipsum iterans: Ego sum (inquit) lux mundi, & in psalmo propheta cum dixisset de illo: quoniā apud te est fons vitæ, statim subiunxit: & in lumine tuo videbimus lumen. Bene ergo Euāgelista non ait solum: Iesus ergo loquutus est eis, dicens, sed signanter; Iterum ergo

March. 4; 8

Idem. 16
Luc. 7

Cant. 2

Esa. 8

Acto. 10

Luc. 2

Iohan. 8

Psal. 9.
Lex iudicij
a Chro ob
seruata.

Psal. 84

Iohan. 7

Esa. 55

Psal. 35.

CLXVIII. R V PERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

ergo inquit Iesus loquutus est eis dicens: Ego sum lux mundi. ¶ Et vide quod breuiter, quod magnifice expressit, nihil inuidiam impiorum hominum posse nocere gloriae dei: Ego inquit sum lux mundi. Ac si diceret: Quid vos impiorum noctis & tenebrarum filii, claritati vel magna opinioni meae suffragia mortalium tollere laboratis? Nunquam nondum deridendi essetis, si sole istum visibilem de sublimibus circulis suis toti mundo lucentem, exusando extinguere, vel aerem per gnis verberando de magno cadelabro coeli deicere, & sub modio recordare conemini? Necessitate huic simile est hoc, quod nomine meum delere, vel famam meam extinguere contenditis, Ego enim sum lux mundi. Ergo ridiculi talpae vel vespertilioes, oculos quodam vestros claudere, & me veram lucem non videre potestis, sed totius mundi oculos eruere, vel istam eius lucem extinguere, nequaquam proualebitis. Ego inquam lux, non unius tantum Israeliticæ gentis, sed lux totius mundi, lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, lux sine qua nemo unquam angelorum vel hominum potuit vel potest videre deum, cuius exortes quicunque sunt siue angelorum, siue hoies, tenebrae sunt. Proinde dixi & dico, quia qui sequitur me, non ambulat in tenebris erroris vel ignoracionis, sed habebit lumen vitae, & hoc habedo, ipse quod lucem suam imitatoribus suis, ut merito talibus dicatur: Vos estis lux mundi, lux videlicet illuminata, non ipsa lucis substatia. ¶ Dixerunt ergo pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. ¶ Reuera magnum de semetipso testimonium perhibebat, & nunc dicendo: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae, & supra verbis alijs, sed eodem sensu: Si quis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquas vias. ¶ At illi hoc in animo suo proposuerant, ut nullum de illo testimonium audirent, & quantum poterat conabantur, ut quodmodum docuimus fontem vitae obstruerent, & claritatem luminis huius extinguirent: quippe qui male agebant, & idcirco lucem oderant, & ad lucem venire nolebant, ne arguerentur opera ipsorum, opera noctis & tenebrarum. Dixerunt ergo: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Ac si diceret: Contra scripturam, quae dicit: Laudet te alius, & non os tuum, laudas & magnificas te ipsum, testimonium perhibeo de teipso, testem non habes praeter te alium, ac proinde testimonium tuum non est verum neque legitimum. Propterea inquit propheta: Audite verbum domini viri illudores, quod dominamini super populum meum, qui est in Hierusalim. Dixistis enim: Percussimus foedus cum morte, & cum inferno pepigimus pactum. Tanto quippe studio, vita & veritatis os opprimitis, tanquam mortis & inferni foederati sitis. ¶ Mirantibus ministris longam huius hominis, imo dei pariter & hominis, dixistis: Nunquid & vos seducti estis Nicodemo quoque compari vestro, quia modicum quid de iudicij legitimo ordine fuerat ausus mutire, os protinus obstructum est a vobis dicentibus: Nunquid & tu Galileus es? Turba credentiū a vobis anathematizata est, dicendo: Nunquid aliquis ex principibus credit in eum aut ex pharisæis? Sed turba haec quae non nouit legem, maledicti sunt. Cum ita vobis obstreperibus testem non habeat hominem praeter se solum, ipsius quod nunc os obstruere, & vocem eius vultis suffocare, obiciendo quasi crimem vanam gloriam, quod proprio scipsum magnificet ore, Ita contendit adiutores mortis & inferni, ne quod mortuorum exaudiatur vocem filii dei & viuat, ne lucem suam mundus per fenestras vocem eius perspiciat, & infernales tenebras relinquant. Nequaquam ita fiet, sed delebitur foedus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Sequitur: Respondebit Iesus & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meisipso, testimonium meum verum est, quia scio unde veni & quo vado. Vos autem nescitis unde veni, & quod vado. ¶ Nesciunt infelices isti, quod multa hic fortitudine contendat cum eis, & quamvis premat eos mole magnitudinis suarum, dum ad unum obiectum illorum, quo eius detestantur testimonium suum & testimonium verum & iustum pariter defendit esse iudicium. Videlicet agnoscere habebat quamvis detestarentur teste, eum scilicet, quem eiusdem causam suam visuri erat iudicem. Et si ego inquit testimonium perhibeo de meisipso, testimonium meum verum est. Ordo verborum & sensus hic est: Testimonium meum verum est, quod ego testimonium perhibeo de meisipso. ¶ Et reuera si quis testimonium perhibeat de semetipso, non statim consequitur, ut testimonium eius falsum sit. Alioqui Moysi & prophetarum consequenter falsum dicetur fuisse testimonium, quia singuli de semetipso, quod a deo missi erant, testati sunt. Nec enim aliter hoc sciuit quis hominem, nisi per testimonium ipsorum. Sciendum quippe est, quod licet nemo hominem, praeter hunc deum & hominem Iesum Christum, sciat de semetipso, unde venerit, aut quo uadat, quia videlicet nescit quoniam factus, vel quem ad finem venturus sit, tam & si testimonium prohibet quis de semetipso, intantum testimonium eius verum est, inquantum scit a quo vocatus, & ad quod opus vocatus fit. Verbi gratia, quomodo cum de scipso Paulus dicit: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangeliū dei, vel maxime quod alibi dicit: Quoniam multi gloriantur & ego gloriabor, ceteraque his similia. ¶ Igitur quia tam spūs verax & spūs mendax, de scipso testimonium prohibet, vitiosum est argumentum dicentium: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Proinde duas

1. Thess. 5

Match. 5

Johan. 10

Johan. 7

Iohan. 3

Angl. on dia. Prover. 27

Iohan. 7

Prophetæ
quod de scip-
sis testimoni-
ci sunt.

Exod. 33

Esa. 6.

Hiere. 1

Roma. 1.
2. Cor. 11

propositiunculas, quas veluti inuicem repugnates, & in eodē simul esse non valentes, male in affirmationē & negationē diuiserant, dicēdo: tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuū non est verū. ¶ Hic verax sui defensor & mēdaciū correptor compōnit, & in vnā redigit affirmatiū propositionem, dicēdo: Etsi ego testimoniū perhibeo de meipso, testimoniū meū verum est. Statimq; subiuncta ratione idipsum cōprobat, dū dicit: quia scio vnde veni, & quo vado. Qua ratiōe sicut veritatē testimonij sui cōfirmat, sic per oppositū eius, id est, per hoc quod subsequitur: Vos aut̄ nescitis vnde veni, & quo vado, falsitatē eorū, qui hoc ipsum testimonium suum reprobabant, oppugnat. Nam cum proculdubio sint opposita hēc, quia scio vnde veni & quo vado, vos aut̄ nescitis vnde ve ni & quo vado, sicut verū est testimoniuū eius, ex eo quia scit vnde venerit & quo vadat, sic econtra testimoniuū, quod dicūt contra Iesum, falso esse constat, ex eo quia nesciunt vnde venerit & quo vadat. ¶ Scire autē de seipso vnde venerit, propriū eius est, qui nō de nihilo neq; de nō existentibus tēporaliter factus est, vt nos, sed de increata patris essentia sine tēpore natus est, per quē vt essemus, creati sumus omnes nos. Scire etiā quo vadat, nō hilominus propriū eius, q; videlicet nō aliis q; ipse vias suas dispositus, quas in hac mortalitate homo factus est propter nos, ambulare dignatus est. Nos em̄ nescimus vnde veni mus, quippe q; nec illud scire possumus, qualiter in vtero cōcepti coauimus, neq; posthac quid futuri sumus nosſe valemus, q; a nescit homo finē suum, & omnia in future tempus re seruantur incerta. Proinde cū dicit: ego sum lux mundi, verū est testimonium eius, q; a scit vnde venerit. Et cū ait: Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, profecto verū de seipso testatur, securus quia scit & quo vadat, vel quo se sequētes perdu cat. ¶ Ceterū nemo omniū de illo quicq; scit, nisi quantū ab ipso didicit, ac proinde quisquis de illo aliud dicit q; quod ab ipso accepit, testis falsus est, & quia nō sequitur eū, ambu lat in tenebris, quemadmodū isti qui dixerant, tu de teipso testimonium perhibes, testimoniuū tuū non est verū, ad quorum obstruendū os sola hēc sufficit confutatio, qua dicit: Vos aut̄ nescitis me vnde veni, & quo vado. Quod dictū est ad refellendam carnalē illo rum opinionē qua dixerant supra, sed hunc scimus vnde sit: Christus autē cum venerit, nemo scit vnde sit. ¶ Nec vero quia postmodū responderat eis dicens: & me scitis, & vnde sim scitis, idcirco nūc sibi cōtrarius putandus est p̄senti loco, cū dicit: Vos aut̄ nescitis vnde veni & quo vado. Sequitur em̄. ¶ Vos secundū carnē iudicatis, ego nō iudico quenq;. Ac si dicat: Scitis quidē, q; a homo Galilaeus ego sum, & dicitis: Nōne hic est Iesus filius Ioseph & Mariæ, & fratres eius ac sorores nōne apud nos sunt? & quia partim verū est hoc, propterea supra dixi: & me scitis, & vnde sim scitis. ¶ Sed hoc vestrū scire quātū est? Vos em̄ hoc ipsum secundū carnem sapitis, & secundū carnē iudicatis, id est, secundū pauperatē vel exiguitatē parētū meorū Mariæ & Ioseph, fratrū quoq; meorū ac sororū, id est, propinquorū carnaliū, personā mēā attenditis, & supra id, qd visibile est in me nihil audire vel intelligere vultis, itaq; multo me inferiorē p̄satis regibus vestris, prophetis q; vestris, q; occiderunt patres vestri, vos aut̄ me persequēdo sepulchra illoꝝ ædificatis, & mēsurā patrū vestroꝝ implere festinatis. Dico ergo q; a vos secundū carnem iudicatis. Ego vero poterā quidē & ipse secundū carnē iudicare, sed nō iudico quenq;. ¶ Poterā quippe sic ecōtra dicere, q; a secundū carnē quoq; maior Mōse, maior inquā & nobilior quouis rege vel principe, secundū carnē quoq; ego sum, q; a non quēadmodū oēs vos, & vniuersi patres aut principes vestri, cōmuni more naturae de corrupta muliere, sed de virginea nobilitate, ex regia stirpe Dauid secundū carnē natus sum. Ita inquā poterā & ego secundū carnē quoq; omnes hoīes, vtpote in peccatis cōceptos, & de corruptione natos, me infēiores iudicare, sed nō iudico quenq;. Nūc em̄ veni nō iudicare, sed iudicari. ¶ Et si iudico ego, iudiciū meū iustū est, q; a solus nō sum, sed ego & q; misit me pater. ¶ Et si tandem, inqt, iudico ego, videlicet postq; iudicatus fuero, tunc em̄ natales meos tam secundū diuinitatem, q; secundū humanitatem iudicare me oportebit vt p̄dicentur in vniuerso mūdo, & si inquā tandem iudico ego, iudiciū meū iustū est. In quo? Videlicet q; a solus nō sum, sed ego & qui misit me pater. ¶ Non inquā sum solus, scilicet quomodo ille alius qui venit in noīe suo, quē vos accipietis, q; vere solus erit, & solus veniet, q; a deus illū nō mittet, sed à semet ipso veniet, neq; cū deo aget, sed aduersabit & extollebit supra om̄e qd dicit deus aut qd colitur. Ego aut̄ à meipso nō veni, sed p̄f misit me, & ego in eius cōmunione p̄maneo, nihil à meipso faciēs, nihil à meipso iudicās. ¶ Proinde q; tunq; ego testifor, q; cunq; iudico, ille p̄sentibus & subsequitib; operibus verū cōprobat testimoniuū meū, verū & iustū esse defendit iudiciū meū. Notandum in vera humilitate & humili veritate filii dei, q; in oībus ver bis suis tenorē hūc seruat paternæ cōmunionis, de qua nūc dicit, q; a solus nō sum, sed ego & q; misit me pater, ita vt nūs q; absolute quicq; de sola sua loquā p̄sona, sed sic semp̄ p̄siteatur qd est, vt simul paternæ personæ sociali & indiuisa charitate mentionem faciat.

P Quod

Artificio sa
de enīo
Christi.

Eccī. 9.

Errat om̄is
qui Iesum
nō sequit̄.Math. 13. Jno 27.
Luc. 4. Carnē
Judicabat Ipsi
Iudi +

Matth. 23.

Antichris
tus.z. Thess. 2
Commu
nio patrū
& filiū.

CLXX. RUPERTI IN IOHAN. CAP. VIII.

Error Sas
bellij,

Deut. 17.19

Oia dicta
Chri duos
bus testib⁹
cōprobant
Iohan. 9

Roma. 7

Chrs ybis,
pater opes
ribus testis
moniū per
hibent.

Vltio diuis
na in sus
perbos.

Numer. 12

Ibidem. 6

L.Regū. 16

Iohā. 11.

Acto. 2.10

Esa. 6

¶ Quod recte cōsiderantibus, nullā vobis excitare potest nebulā error Sabellianus, quam hæresim patrīpassianā dicimus, q̄ vnam solūmodo diuinitatis persona confitens, vna, inquit, eadem q̄ persona patris, quādo vult pater est, quando vult filius est, quādo vult sp̄ritus sanctus est. Ita personas confundens, solū patrem vel solū filium cōfitudem esse contendit. Verū hoc loco apte filius, non sum solus, inquit, sed ego & qui misit me pater. Igitur cōuincuntur Iudæi dicentes, testimonium tuū verū non est, Sabellius quoq; anteq; nascetur, elius atq; explosus est. Sequitur. Et in lege vestra scriptū est, quia duο̄ ho-
minū testimoniū vege est. Ego sum q̄ testimoniū perhibeo de meipso, & testimoniū per-
hibet de me, q̄ misit me pater. Et idcirco, inquit, q̄a scio vnde veni & quo vado, testimo-
nium meū verū est, & adhuc de veritate eiusdē testimonij dicendū est. Dico ergo: in lege
v̄a scriptū est, q̄a duο̄ hoīm testimoniū vege est, videlicet dicēte deo p̄ Mosen in Deut.
Nō stabit testis vñus cōtra aliquē, quicq; illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duο̄
rū aut triū testiū stabit om̄ne verbū. Hæc magna & indubitabilis quā propono sententia est,
cui sp̄ote cōcedi oportet, q̄a sic in lege v̄a scriptū ē. Proinde iā assumere licet. ¶ Ecce hoc
verbū qđ dixi, ego sum lux mūdi, & qdcūq; tale dico vel dixi, qđ vos abiūctis dicētes, testi-
moniū tuū nō est vege, duobus testibus defendit; Nā ego sum testis vñus, q̄ testimoniū p̄
hibeo de meipso, ea videlicet causa v̄l autoritate quā dixi, q̄a scio vnde veni, & q̄ vado: &
adhuc alius testis testimonij phibet de me. s. q̄ misit me p̄. Hoc videlicet aduersus iniquā
illoz̄ intētōne legitima r̄hōne defendit. Illi nāq; hoc intēdebāt, vt nemo de illo testimo-
niū phibet q̄ Chrs eēt, q̄ saltē propheta eēt, q̄ deniq; v̄l mō à deo eēt. Hoc intēden-
tes eo v̄sq; tādē cōspirauerūt, vt si q̄s eū Chrm cōfiteret, extra synagogā fieret, illudēdū
erat huic nequissimā calliditati, & nō dignātē tāta maiestate de testimonio, qđ ab hoībus
eēt, saltē mētionē facere designādū erat testimonij sursum: cui cōuēticulū canū, & cōciliū
hoīm malignātiū nō sufficeret indicere silentiū. Ait ergo, in lege v̄a scriptū est, q̄a duο̄
hoīm testimoniū vege est. Nō ait simpliciter, in lege, sed signāter, in lege v̄a: q̄a videlicet
eadē lex iusta & lēcta & bona: aliter eius, aliter ipsoz̄ lex erat. Nā eius erat, q̄a ab ipso data
& illoz̄ erat, q̄a illis imposta. Cōcedi oportebat, vt p̄dictū est, duο̄ hoīm testimoniū eē
vege, q̄a sic in lege scriptū est, atq; ideo p̄ assumptionē ego sum, inqt, q̄ testimoniū perhi-
beo de meipso, & testimoniū phibet de me q̄ misit me p̄. ¶ Et hoc ipm palā ipfis erat, q̄
ipse testimonij de seipso phibet, & nihilominus de ipso p̄ testimonij phibet. Au-
diebāt em̄ illū, q̄ diceret deū patrē suū, propter qđ (vt superius dictū est) p̄ se quebant eū, &
q̄ paulo aī dixerat eis: ego sum lux mūdi. H̄ec inquā & hm̄oi audiebāt, & opa eius magis
tudine tātē professiōis, nō mīnora videbāt. In verbis eius testimonij ipsius pertonabat, &
in opibus eius testimonij patris desup fulgurabat. Nā si filiū dei se eē profiteō mētiret,
profecto nō gloria miraculoz̄ clarificaret, sed p̄cēna superbiētibus cōdigna cōfundaret.
¶ Manifestū quippe Iudæis erat, deū quē patrē suū esse profitebant, semp supbis restitueret
à quo (verbi grā) Aaron & Maria cōtra Mosen superbientes, plaga lepræ percussi sunt: &
Dathā & Abiron & Chore, p̄ superbiam erecti, cū suis cōplicibus, alijs viuētes à terra absor-
pti, alijs flāmis deuorati sunt, & Saul Chrs dñi effectus, p̄ superbiam spiritui demoniaco mā-
cipatus est. Hūc aut dicentē se eē Christū dei filiū, nusq; refellit deus, quē professus est esse
patrē suū: sed operibus verba eius vera eē testificatus est, ita vt mortuū q̄z ac sepultū ter-
tia die suscitare, & credētibus in eū sp̄m sanctū per nomen eius daret. Igitur & Iudæis &
omni mūdo palā est, q̄a testimonij, quod perhibuit de seipso hic homo, q̄ putabat filius
Ioseph, phibuit de illo & deus, quē patrē suū professus est. Sequit. ¶ Dixerūt ergo ei: Vbi
est pater tuus? ¶ Perspicue quidē patrē illis dicebat deū, at illi hoc intelligere nolebāt. Er-
go vbi est, inquiūt, pater tuus? Impij & cæci, qđ quæreris patrē eius? Nunquid & illū vultis
occidere, aut extra synagogā facere? si vobis p̄sentibus audeat de filiō suo testimonij
perhibere. ¶ R̄fudit eis: Neq; me scitis, neq; patrē meū. ¶ Reete perfidoz̄ moleste interpel-
lantiū percūstionē, suauiter quidē, sed fortiter improbat, & indignā respōsione sua iudi-
cat. Cur em̄, cū prius dixisset, q̄a scio vnde veni, & quo vado, vos aut nescitis vnde veni,
aut q̄ vado, tacuerūt & nō dixerūt, dñe vnde venis & quo vadis? nunc aut, vbi dixit, testi-
moniū perhibet de me q̄ misit me pater, percunctantur procaciter & dicunt: vbi est pa-
ter tuus? Cur, inquā, de illo tacēt, & de hoc interrogāt, nisi q̄a dei filio veri testimonij, nō
quærere, sed inuidere sciūt gloriā? Proinde cū dixissent, vbi est p̄ tuus, nō r̄fudit qđ erat in
terrogat, vt (verbi grā) diceret: pleni sunt cœli & terra gloria vel maiestate eius, sed hoc
dixit, neq; me scitis neq; patrē meū. i. q̄a me non scitis, neq; scire vultis, idcircone patrē
meū scitis. Forte dicitis, te scimus, te filiū Ioseph & Marī nouim⁹, de te hoīe Galilæo ni-
hil amplius q̄rimus. Ad hæc inquā. ¶ Si me scretis, forfitan & patrē meū scretis. ¶ Nā in
singulis q̄z hoībus nō exigua pars notitia est, scire de quo cūq; cuius filius sit, vel quis pa-
tēreius fuerit. Sed vos, inquit, patrē meū nescitis. Nūc em̄ dicitis, vbi est p̄ tuus? Igitur neq;
me

me scitis. ¶ Plane dictiunctula hæc forsitan, in nostro sermone dubitativa est, sed in sermo ne veritatis, quæ dubitare nō nouit, acriori significatione totū confirmationis punctū attingit, quasi dictū fuisset: certe & patrē meū scitis. Solēt quoq; homines interdū, vbi rem grauius atq; animosius affirmare conantur, hac vti dictiunctula, veluti si dicat quis: si mater fœsi diligeret. Attamen verius atq; cōstantius magisq; necessariū est, vt quisq; Christū scit, & patrem eius deū sciat: quia videlicet quid Christus secundū substātiā sit, nullatenus scire quis potest, nisi & hoc sciat, q̄ deus pater eius sit. Non em̄, quemadmodū de quolibet homine scimus, quid secundū substātiā sit, etiā si nesciamus, quis homo pater eius fuerit, sic & de Chfo scire possumus, quid secundū substātiā sit, nisi sciamus q̄s eius pater sit. Igitur cū nobis dubitabile non sit, multo magis nec ipsi dubiū fuit: ac proinde non dubitando, sed potius affirmādo dixisse credēdus est: Si me sciretis, forsitan & patrem meū s. iretis, quemadmodū & illud: Si crederetis Moſi, crederetis forsitan & mihi. Sequitur. ¶ Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docēs in tēplo. Et nemo apprehendit eū, quia necdū venerat hora eius. ¶ Hæc (inqt) tantæ maiestatis verba locutus est Iesus, q̄ quærebāt vt interficeret in gazophylacio, videlicet celebri, & pene solis principi bus ac phariseis accessibili loco: nec em̄ vulgo, nisi singulis aduentantibus & æra mittenti bus gazophylaciū frēquētabat, principibus ac phariseis circa lucra maxima lato specta culo cōfidentibus. Magna ergo fiducia, sine timore tali in loco hæc verba locutus est Iesus docēs in tēplo, id est, nihil loquens in occulto, sed publicā doctrinā condens, palam omni annuciādā seculo. Et nemo (inquit) apprehēdit eū. Quare? Quia necdū venerat hora eius. Non ergo furiosi vlla ratione mitigati fuerāt animi, sed tenebat ipse nutu suo impotentē illogi malitiā, qui potestatē habebat tēpore vel hora, quā sibi ipse p̄fixerat, ponēdi animā suā, & iteze sumendi eam. ¶ Dicit ergo eis iteze Iesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccatis vestris moriemini. Quo ego vado vos nō potestis venire. ¶ Ergo (inquit) quia perseverātes in malo quærebāt animā eius, & omni ratione carētes vim faciebat, & dolos toto die meditabātur, nec ob aliud manus suas continebāt, nisi quia necdū venerat hora eius. Dicit eis iteze Iesus: Ego vado & quæretis me, &c. Iteze inquā hæc dixit Iesus. Nam supra hoc idē dixerat eis, quādō miserūt principes & pharisei ministros vt apprehenderent eū: Adhuc (inquit) modicū tēpus vobiscū sum, & vado ad eum qui me misit, & quo ego vado, vos nō potestis venire. Ergo nunc non primo, sed iteze dixit eis: Ego vado, & quæretis me. Ego quidē, inquit, sicut iam dixi, hinc vado, ego morior scelere vestro, ego vobis inferētibus mortē, iamiam imminet, vt transeat ex hoc mūdo ad patrē. ¶ Sed cū ego abiero, nunqd (scut vos inimici mei inuidētes, & mala mihi dicētes, desideratis) nō men meū de terra peribit. Nungd post q̄ abiero hinc ad patrē meū, oculi vestri à gloria mea liberati erūt, & nō videbūt de me quod graue sit eis ad videndū: Nō erit ita, sed tunc multo maxime palā videbitis id, qd paulo ante dixi: quia ego sum lux mundi, & hoc vidētes peccatores irascimini, dentibus vestris frendetis, & tabescetis, vestrumq; desiderium peribit, quia nomen meū perire nō poterit. Hinc acriori stimulante inuidia inquieti & male solici quæretis, id est, perseguemini me, & in hoc peccato vestro moriemini, q̄a in hac iniquitate vestra, vscq; ad finē vitæ vestræ perseverabis, nihil qd gloriae vel nomini meo noceat efficere valētes, sed tantū mala volūtate, ac pertinaci inuidia vosip̄los interficienes. Nā quo ego vado, vos nō potestis venire. Evidē nec ipsi, qui cū deletione quærūt & sequuntur me, nō possunt, quo ego vado venire, sed poterunt quādōq;: vos aut, qui cum odio quæritis & perseguimini me, quo ego vado nunq̄ potestis venire. Nunc quidē vbi ego sum, vos potestis venire, & quādōq; etiā apprehendere & occidere poteritis me, sed hoc vobis facientibus, illuc ego vado, quo vos nō potestis venire. Itaq; in peccato vestro moriemini. Illo scilicet, q̄ male me quæritis & in meis fidelibus perseguimini, vt nomen meū deleatis. In hoc em̄ vscq; ad mortē perseverabis. ¶ Dicebāt ergo Iudæi: Nunqd interficiet semetipsum, q̄a dicit: Quo ego vado, vos nō potestis venire. ¶ Superius cū dixiſſet hoc idē, quod nunc iteze dicit eis, id est, Quo ego vado, vos nō potestis venire, ita dixerunt: Nunquid in dispersionem gentiū iturus est, & docturus gentes? At vero nunc hoc ipsum repētes, acrius in eos (vt dignū erat) inuestitus est. Addidit em̄: Et in peccato vestro moriemini. Acrius ergo felle cōmoto dicebāt Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum? Quid amarius, qd nequius? ¶ O Iudæi homicidæ crudeles & scelerati, adeo ne nihil boni de hoc hoīe, qui mortuos vestros luscitauit, sentire potestis, vt hoc solū, q̄ interficiat semetipsum, vñs eius superesse arbitremini! Et vos nunqd eius rei adeo indociles estis, nec fieri potest, vt vosip̄los exemplo eius interficiatis. Imo vos, interfecto hoīe isto, vosip̄los interficietis: tāto furore, tāta rabie, vt mireſ orbis, & vestri q̄q; cōdoleant inimici. Legāt qui volunt vestrū sub Tito & Vespasiano excidium, & videāt vos vnicam gentem homi cidaꝝ semetip̄los interficiētum. Sequitur. ¶ Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego

Forsitā, hic
nō dubitan
tis, sed acri
us affirmā
tis est,

Gazophys
lacium.

Iohan. 14

Pſal. 37.

Iohan. 7

Pſal. 110.

Iohan. 7

Iudæi mas
xime leips
los interfici
ciunt,

CLXXII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

**Oes hoies
pter Chrm
deorsum
sunt.
Iohan. 3**

Iohan. 14

Iohan. 17

Iohan. 3

**Cur dixit
Iesus, nisi
credideris
tis, quia es
ego sum.**

**Qui erat, q
est, & q
ver
turus est.
Apoca. 1.
Iob. 5**

Iohan. 7

**Ephe. 1
Apoc. 1**

de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de mundo. Dux ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Ratione illis acerbâ reddidit, cur quo ipse vadit, ipsi venire non possint, & in peccato suo sint morituri: Vos, inquit, de deorsum estis, ego de supernis sum. **C**esta comparatio necdum sufficiebat, ad diffiniendū huius illoꝝ impotētia causam, quia videlicet omnes homines, sive electi, sive reprobi, omnes secundum naturā communem de deorsum sunt. Unde & Iohannes Baptista, cū Christus esse putaretur, in comparatione, vel potius desperatione suimet, qui vere erat vel est Christus: Qui est de terra (inquit) de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est. Quapropter addendū erat, vt tota prescriberetur causa impotētiae, iuxta quod dixerat: Quo ego vado, vos non potestis venire. Nā & illi de deorsum erant, de terrena massa assumpti, de primo homine terreno nati fuerant, quibus ait: Vt ubi ego sum, & vos sitis. Addidit ergo Vos de mundo hoc estis, ego non sum de mundo. Hoc utique reproboꝝ est, & hoc ab electis differunt, q̄ cū oēs de deorsum, id est, de terra sint, excepto Chfo vnigenito dei filio, qui de cœlo venit, soli ipsi de hoc mundo sunt. Nā electis idem dicit: Si de mundo fuissetis, mundus quod suū erat diligenter. Quia vero de mundo non estis, propterea odit vos mundus. Igitur utrumq; dicendū fuit, & q̄ de deorsum essent per communē naturam, & q̄ de mundo hoc essent per vitiū vel malitiā suam: ut utrumq; impossibile monstraretur eis, illic ire quo ibat ipse, qui & de supernis, id est, de deo patre est, per propriā diuinitatis naturā, & de hoc mundo non est, per omnimodā humanā, quā assumperat, naturā innocentiam, vel cœlestē vitā. Qua ratione tam fortiter q̄ suauiter redditā: Dux ergo vobis (inquit) quia moriemini in peccato vestro. Quod itidē alia protinus ratione confirmat, subiungens. L. Si ergo non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Vt vere em̄ non aliter, nisi credendo, q̄ Christus de supernis sit, & de hoc mundo non sit, id est, & q̄ de superno patre deo deus verus sit, & q̄ in mundo natus, nihil eōꝝ quæ in mundo sunt vitorū vel peccatorū adm̄serit, potest quisquā inter eiusdem Christi mēbra numerari, & illo capite in uno corpore vnicā ecclesiā viuere de spiritu dei. Dixit aut̄ alibi ipse: Quia nem̄o ascendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Recte igitur istis, quos sibi nullatenus per fidē incorporādos esse nouerat, ait hic qui solus de supernis est: Quo ego vado, vos non potestis venire, & ideo dixi vobis: Quia moriemini in peccato vestro, si em̄ non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Dixerunt ergo ei: Tu quis es? Hactenus ludā intelligere nolētes, & querere detractātes, diffimulare utrumq; poterāt se aduertisse, quo tenderet supradictū eius testimoniū. At vero nunc lux mundi suū illud testimoniū terribili fulgore defendens, dormitantiumq; imo & vigilanti naso stertentiū somnū discutiens, oculos illoꝝ aperiri fecerat, dicendo: Si em̄ non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris, ne ī dissimilare possent aliquid sibi hoc dicto emicuisse, quod spectandū esset, vel auscultandū. Dixerūt ergo: Tu quis es? Irreuerenter quidē quā fierunt, & proterue pulsauerunt, sed inuenire eos oportebat, aperi illis cōueniebat, ut magis ac magis inexcusabiles essent, & eis q̄ crediti erāt, magis ac magis testimonia veritatis augescerēt. Audi ergo qđ sequitur. L. Dixit eis Iesus: Principium qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare. L. Dicebat plane, ut quæstionē ipse cōmouerat, & ad quærendū illos excitauerat terribili sentētia, qua dixit: Si em̄ non credideritis q̄a ego sum, moriemini in peccatis vestris: dicebat inquā, ut hac vice magnū aliquid & dignū se testimoniū pronunciaret. Et reuera magnū dignūq; est, quod hac responsione testificatus est. Idem em̄ est ac si dixisset, seipsum esse qui erat, & q̄ est, & qui venturus est. Nā quia erat, principium se appellat: & quia est, statim subiungens: qui & loquor vobis inquit: & quia venturus est, scilicet ad iudicandū viuos & mortuos in noūissimo die multa (inquit) habeo de vobis loqui & iudicare. Iftis ergo, quos īā denotans vī sapiens: Paruulū (inquit) occidit inuidia, & virū stultum interficit iracundia: tormentum suū non modice auctum est. Nam dudum inuidebat huic homini, ut putabant filio Joseph q̄ à quibusdā de turba Christus esse putaretur, sicut superius dictum est, quia cum audissent quidā de turbā sermones eius dicebant: Hic est vere propheta. Alij dicebant: Hic est Christus, cū tamen Christum hominem tantummodo fore arbitrarentur. At ille nūc dicitibus sibi: Tu quis es? hoc de seipso professus est, quod longe supra hominē est: Principiū (inquiens) subaudis, ego sum, statimq; subiungens: qui & loquor vobis. Et vnaeademq; responsione, simul & intēporalē incomutabilemq; essentiam sue diuinitatis & temporale designans conditionē assumptæ humanitatis, secundū diuinitatis infinitā antiquitatē principiū est, principiū inquā, in quo oīā condita sunt, sicut in exordio libri Genesios scriptū est: In principio fecit deus cœlū & terrā: secundū carnē vero, finis est, id est cōsummatio, q̄a in ipso nihilominus vniuersa restaurata sunt. Unde ipse in Apocal. Ego sum (inquit) & & initū & finis. Ex hoc principio, ante secula quidē tantūmodo deus erat nūc

nunc aut; qñ hæc loquitur illis, deus & homo, sed homo adhuc passibilis: venturus est autem in fine seculorum, id est deus & homo multa habens loqui & iudicare, tamen ex quo resurrexit a mortuis, in utraque natura impassibilis. ¶ Igitur suum esse, de quo dixerat, si enim non credide ritis, quia ego sum, irreuerenter querentibus, terribiliter, ut dignum erat, ipse descripsit, tali conclusione fine, ut diceret, multa habeo de vobis loqui & iudicare. Est autem hoc eius esse, illud intelligendum, quod totius trinitatis commune, & eiusdem unius dei proprium vel singulare est. Quod & ad Mosen loquens, diligenter expressit, dicens: Ego sum qui sum. Hæc dices filiis Israhel: Qui est misit me ad vos. Quod videlicet eius esse, ab omnium essentia rerum vel creaturarum in eo plurimum differt, quod nullis accidentibus subiacet (verbis genitivis) ut homo, quod quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet: siue angelica quod creature, quae maxime ex eis, qui ceciderunt, probatur salutem esse in eo, quod sunt omnes rationales spiritus per substantiam, atque aliud, quod facti sunt, hi per accidentem malitiam, illi autem per accidentem nihilominus gloriam. Nullis inquam accidentibus, ut hæc vel cetera quod facta sunt, substantia dei subiacet, atque ideo solus verus est, quod incomutabilis est, unde & propria eius differetia est, id est quod est. ¶ Proinde & tunc, quando Moses loatus est, & nunc, quando contra inimicos suos de seipso testimonium perhibet, opportune hoc substantiuo verbo profici descriptione versus est. Tunc quidem quod filius Israhel multis diebus in Aegypto seruire assuetis, nomen dei multorum & commune videbatur: & idcirco ad distinctionem eorum, qui hoies quidem quondam fuerant, nunc autem nec dij nec hoies erant rego, inquit, sum quod sum, & hæc dices filius Israhel, qui est, misit me ad vos. Nunc vero, quod intendebat agere inimici eius Iudei, ut iam non esset, & ut nomine eius periret, ut eos frustra laborare ostenderet, eodem verbo substantiuo congrue versus est. Sequitur. ¶ Sed quod misit me, verax est, & ego quod audiui ab eo, hæc loquor in mundo. ¶ Nusquam fere in omni testimonio, quod perhibet de seipso filius dei, testimonium patris premit, ut per hoc quoque maxime illud coprobat, quod dixit alio loco: rego veni in nomine patris mei alius veniet in nomine suo. Unde & hic interrogatus ipse quis esset, cum respondisset, principium qui & loquor vobis, statim subsecutus, hoc modo testimonium patris adhibuit: Sed quod misit me verax est, & ego quod audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Tamquam diceret: Principium ego sum, sed a meipso non veni, quod & loquor vobis, sed non a meipso loquor. Non inquam a meipso veni, neque a meipso principium sum, sed quod misit me verax est. ¶ Quod ex opposito eius, scilicet ex eo quod veniet in nomine suo, manifestius intelligi potest. Satanus quippe, quod ex eo non men accepit, quod aduersus deum se extulit, & principium sibi esse, atque in lateribus aquilonis similitudinem sedere voluit, ex eo medax est, quod ex propriis loquendo, a patre veritatis discordans medaciusque generas, principium se esse iactitat. Qui & damnatum hominem illum, in fine seculi ingressus, a deo se principium esse profitebit, ut aduersus & extollat, sicut ait Apollonius, supra omnem quod dicitur deus, aut quod colitur. Nam & nomine eius secundum numerum ipsius in Apocalypsi thyan fore legitur: quod interpretat, dic lux, Igitur medacis illius blasphemiam ad se non pertinere, testis hic verus pronuncians, opportunè cogitationibus occurrit aduersariog, quod post aliqua propter hæc & his similia, dicturi sunt: de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. Omnia namque quod de isto vero principio & vero dei filio sunt, illius maligni fallacijs opposita sunt. Principium, ait, ego sum, quod & loquor vobis: sed non ut ille alias, qui veniet in nomine suo, quem vos accipietis, ita & ego a meipso vel in nomine meo veni, & a meipso loquor: sed quod misit me, verax est, & ego quod audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Nam & supra sic dixit: Et a meipso non veni, sed est verus quod misit me, quem vos nescitis. ¶ Ut ergo hec aduersaria coiunctio, qua procedenti sententiae sequentia coiunxit, dicendo, sed quod misit me verax est, non vacet, suumque sensum melius explicet, quod alibi palam dictum est, nunc necessario subaudiendum est. Mirum autem atque inenarrabili modo, dum patrem veracem predicat, de seipso testimonium perhibet, ipse quod alibi dicit, ego sum veritas. Nam poterat dixisse, pater meus verax est, sed ut ostendat patrem patrem eundem, non aliunde veracem quod ex eo quod ipsum genuit quod est veritas, maluit dicere sic, sed quod misit me verax est. Sic dicere solemus, sol iste, quod nocte fugat, & tam clarum diem mundo importat, lucida substantia est, vel homo iste, qui tam sapienter egit aut dixit, sapiens est. Scimus quippe, quod cum dicere posset: quod genuit me verax est cum autoritate prophetica quod dictum est: Dñe dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, maluit dicere, tamquam hic quod in plerisque locis, misit me, quod & equi pollens est, & in auribus hominum, persertim inuidosus, atque superbo, magis gratiosam humilitatem redolendo, tolerabilius est, & tardius caluniare patet. ¶ Igitur in eo quod ait, sed qui misit me verax est, veritatem paterni testimonij, in eo autem quod subiungit, & ego quod audiui ab eo, hæc loquor in mundo, veritatem nihilominus testimonij, quod perhibet ipse de seipso, certitudinemque defendit. Ut truque enim defendendum supra proposuerat, dicendo: ego sum quod testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me quod misit me pater. Porro & illud non ab re queritur, quoniam a patre audierit filius, quod ipsum verbum patris est. Non enim cofestim ad humanitatis eius humilitatem confugere licet, ut dicamus, quod secundum

Esse substantiuum, deo proprium est

Exodi. 3

Iob. 14

Cur & Misi & hic lus dæis rūdie deus per suum esse.

Iohann. 5

Esa. 4

z. Thess. 2

Iohann. 5

Sed qui misit me verax est.

Iohann. 14

Psal. 2

CLXXXIII. RUPERTI IN IOHAN. CAP. VIII.

Psal. 84

Iohan. 5

Conclusionis
artificiosa,

Ela. 26

dicens,

Iohan. 11

Acto. 2
Iohan. 13

Tunc co-
gnoscetis,
quia ego
sum.

Psal. 12.

Psal. 104.

humanitatē audierit patrē filius, eo videlicet auditu, de quo p̄ prophetā dicitur: Audiam quid loquatur in me dñs deus. Etenim nō dixit solū, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor, sed addidit, in mūdo, ut intelligas eum dixisse, q̄ extra mundū, id est, anteq̄ in hunc mundum veniret, audierit quæ loqueret in mundo. Igitur q̄ ait, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo, id est, ac si dicat hæc deo patri consubstātialis veritas: Et ego sicut ex deo nata sum, ita in hoc mūdo incorrupta permaneo, nihilq; falsitatis admitto. Et hic sensus magis ad rem pertinet, videlicet quia veritatē coarguerant mēdaci, dicētes: Tu de te ipso testimoniū perhibes, testimoniū tuū non est verū. Sequitur. L Et non cognouerunt, quia patrē eius dicebat dñs. Cū longe superius illo dicēte, pater meus vsq; modo opera tur, & ego operor, subiunxerit euangelista dicens, propterea persequeban⁹ eum iudei, quia nō solū soluebat sabbatū, sed & patrē suū dicebat dñs, & qualem se faciens deo, quomo dūc dicit, & nō cognouerunt, quia patrē eius dicebat dñs: Ergo hic nō tam excusat ignorantia, quā intelligere nolentē demiratur malitia, quia dicta eius se aduertisse dissimulat, videlicet nondū ausi, quod eandē ob causam postmodū facere habebat, scilicet ad lapides currere, aut tentum illū ante p̄fidem ducere, & damnationē aduersus illū de hoc verbo, tanq; de blasphemia postulare. L Dicit ergo eis Iesus: Cū exaltaueritis filiū hominis, tunc cognoscetis, q̄a ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor, & qui misit me, mecū est, & nō reliquit me solū, quia ego q̄ placita sunt ei, facio sim per. Ergo, inquit, qm̄ non cognouerūt, quia patrem eius dicebat dñs, quoniam testimoniū eius nō acceperunt, & maleuoli accusatores defensionē veritatis nō audierūt, quasi conclusionē, id est, artificiosum orationis terminū facit, & sicut facere solent oratores p̄ titi, vt enumerationū partes colligāt, & cōmoueant, quibus de rebus verba fecerint, breuiter, vt renouetur & ad memoriā reducatur oratio: sic ea quæ perorauit, ab eo loco quo illi obiecerant, dicentes: Tu de te ipso testimonium perhibes, testimoniū tuū non est ver. nūc breuiter recolligit, atq; apud se quodāmodo reponit, vt quia nūc videre & cognoscere nolunt, vt saluentur, quandoq; videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes eius deuoret. Cū exaltaueritis, inquit, filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, subaudis principiū qui & loquor vobis: & à meipso, id est, extra patrē seorsum p̄ter voluntatē vel extra cōmunionē patris, facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor in mundo, & cognoscetis, q̄a qui misit me mecū est: quod videlicet modo cognoscere nolētes dicitis, vbi est pater tuus, & cognoscetis, q̄a non reliquit me solū, scilicet vt paulo ante testatus est dicēs, & si iudico ego, iudiciū meū iustū est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Hæc, inquit, oīa cognoscetis cum exaltaueritis filiū hominis. Hoc aut̄ in alio loco testat euangelista, * dixit, significās qua morte esset moritus. ¶ Et notandum q̄ hoc illis, qui facturi erāt, necdū scientibus, & necdū facere cogitantibus, ipse iam sciens & futurē prædicat, quia videlicet consilium illorum in eo, quod postea collegerūt, concilio definitū ante omnia secula præscientia dei præcesserat. Vnde & in actibus apostolorū Petrus apostolus ait: Iesum Nazarenū, virum approbatū à deo in vobis virtutibus & signis & prodigijs, quæ fecit per illū deus in medio vestri, sicut & vos scitis: Hunc definito consilio & præscientia dei traditum per manus iniquorum cruci affigētes interemistis. Hoc videlicet consiliū, non solū vt interficerent, sed & qua morte interficerent eum, nūc definitū est, quando post resurrectionē Lazari collegerunt pontifices & pharisai consilium & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, &c. Nā & ante eū queſierunt quidē eum interficere, sed non definito consilio, verum vulgari strepitū & furore tumultuatio: non (inquam) definito consilio, in quo iudex peteretur, & culpa qualicunq; proposita, accusatores & testes, quasi legitimo iudicij ordine adhiberent, & qualitas mortis tanquā causæ conueniens exigerebatur. Quod vbi definitum est, iterum eo dicente, cum exaltaueritis filium hominis à terra, & subiungente (quod hic tacitum est) omnia traham ad meipsum, tunc cognouerunt quod diceret eis, vt pote iam facere cogitabant, & dixerunt: Nos audiuius ex lege, quia Christus manet in æternū, & quomodo tu dicis, opert exaltari filium hominis? Nunc ergo, quādō necdū definitum erat consilium, cū dicere, cū exaltaueritis filiū hominis, nihil tale responderūt, quia forte quod necdū cogitabant, nondū intellexerūt. ¶ Tunc, inquit, cognoscetis quia ego sum. Tūc em̄ ignorare nō licebit, tunc dissimulare nō vacabit. Cœli em̄ tunc enarrabunt, & annunciatib; firmamentū, & dies diei eructabit hoc verbū, & nox nocti indicabit huius rei scientiā, & nō erūt loquelæ neq; sermones, quoq; nō audiant̄ voces eorū, & in omnē terrā exhibit sonus eorū, & in fines orbis terra verba eorū. Tunc, inquā, hoc modo cognoscetis, & quamlibet inuiti audietis, quia ego sum, quia viuo ego in æternū, compertumq; vobis erit, quia mortuus quoq; resurrectus sum, recteq; mihi in psalmo dictū est: Initio tu dñe terram fundasti, & opera manū tuarū sunt cœli, ipsi peribunt, tu autē permanes, & omnes sicut vestimentū veteras.

veterascet, & sicut opertoriū mutabis eos, & mutabunt, tu aut idē ipse es, & anni tui non deficiet. Istud cognoscetis, & nisi etiā credideritis, & cōfessi fueritis, quia ego sum, morieremini (vt supra dixi) in peccatis vestris. ¶ Tunc & hoc cognoscetis, quia à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hoc loquor: cognoscetis (inquit) videlicet ex eo, quod facta mea quae nunc cōcepī, vbi vos me exaltaueritis, exinde ppetuum profectū, & verba mea quae nūc loquor, manifestum habebūt effectum. Hoc enim in lege datū est signū, eius quē deus misit. Quid sit tacita (inquit) cogitatione responderis, quomodo possim intelligere verbum quod non est locutus dñs, hoc habebis signum: Quod in nomine dñi propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dñs non locutus est, sed p̄ tumorē animi sui propheta confinxit, & idcirco non timebis eū. Hoc (inquam) legale signū est. At vero quæcūq; ego prædico in nomine patris mei, vos euenerit videbitis, imo & captiui ducti in oēs gētes, experimentū verborū meorū oībus gētibus in vobis metiūspectandū circūferetis. Igit tunc cognoscetis, quia ego à meipso facio nihil videlicet ut is quod arrogantia depravatus prophetā se à seipso faciat, & p̄ tumorē animi sui, ea quae non sunt, nec erunt, esse, vel futura esse configit, sed sicut docuit me pater. i.e. sicut voluntatē patris esse scio, ita hæc loquor, quia non docuit ini quitas os meū, nec imitor (vt dicitis) linguam blasphemantiū (verbi grā, cū dico: Ego sum lux mūdi, vel pater meus usq; modo operat, & ego operor) sed docuit os meū obediētia, vel charitas patris, & dilectio gñis humani, vt notificē hoībus meipm, quorū hæc est vita æterna, vt cognoscant verborū deū, & quē ille misit Iesum Chrm. ¶ Et hoc cognoscetis, quia Iohann. 17 qui me misit mecum est, & non reliquit me solum, videlicet quomodo vos putatis, dicētis: Deus dereliquit eum, psequimini & comp̄phēdite eum, quia non est quod liberet. O quām vere dictū est, & quod latē patet hoc verbum: Qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum. Non enim solis Iudeis, sed toti mundo lux mundi loquit, nec pro se tantū, sed pro nobis veritas testificat, vt quisq; nostrū quoq; pergat, quodcūq; intēdat, habeat in promptu unde scire possit, utrū deus cū illo esse dignus: Qui me misit (inquit) mecum est, videlicet ut econtrario subaudias, quēcūq; ille non misit, cum eo non est, & hoc ab effectis cuiusq; probabile est. Verbi grā: Cum venerit ille filius pditionis, cum reuelatus fuerit, & extulerit se supra omne quod dicit deus, aut quod colit, ab his effectis clarebit etiam infidelibus, quod deus illum non miserit, ac proinde cū illo non sit, quia dñs Iesus (inquit Apostolus) interficiet eum spū oris sui. Similiter oīs quoq; fur & latro, q; in ouile ouium non venit, nisi ut furef, & mactet, & perdat, & quia non mittit, ideo p̄ ostium non admittit, nec ei ostiarius aperit, solus est, & ei recte dicitur, quod non misit, tecū non est, quod ex eo maxime liquet, quia non audiunt eum oīes, ut pote alienum, sed fugiunt ab eo. ¶ Nihilominus & quispiam Nazareus, id est, consecratus, vitamq; contēplatiūam professus, dum contra propositum foras euagat, dum nulla poscēt utilitatis causa, tēdit exterius, oditq; claves, & grata sigilla pudicit, quia deus non mittit illum, deus cum illo non est, quod itidē certo experimēto claret, dum in exēplum Dñm filiā Iacob, quae egressa ut videret filios regionis à Sychen, Gene. 14 principe terræ opprimēte se, cū esset virgo, corrupta ē, corrūpīt & ipsius anima à diabolo mundi huius principe foras inuēta, nec habens protectorē deum, de quo dicere possit, qui me misit, mecum est. Hæc (inquam) & hīmōi studiosus euangelicæ veritatis auscultator, econtrario subaudire potest, quod ut dūcūq; faciat vbiq; se egrediēs vel regrediēs intendat, sic omnia faciat, quatenus inter fluctus seculi, vel pericula virtutē vero consciē testimoniō consolef eorū suū, dicēs: Et ipse qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum. Sed iam ad præsentē, vel præcipuam intētionē sermo redeat, quod me misit (inquit) mecum est, & non reliquit me solum. Corda pioī quæcūq; vera scīa instructa, i.e. & dificatione charitatis erudita sunt, aliquatenus p̄sentiscere merent hunc pauperis huius clamorē, qui & in psalmo dicit: Dñe exaudi oīonē meā, & clamor meus ad te veniat, cuius in titulo scriptū est: Oratio pauperis cū anxiaret, & effuderit p̄cē suam coram dño. Nam reuera cū anxia tet paup̄ iste hæc dicebat: qui me misit, mecum est &c. Causa aut̄ anxietas huius tāta erat, quāta verbis exprimere nō valēs, & cū gemitu admirās, sicut inter cetera longe aī declamauit Esaias: Et nos putauimus eū q̄si leprosum & p̄cūsum à deo & humiliatū. Affectuo sius significare nō potuit magnitudinē anxietas pauperis huius & cōfusionis, de qua idē in psalmo dicit p̄f: Qm̄ propter te sustinui opprobriū, operuit confusio faciē meā. Planx̄ Ela. 13 sunt scripturæ gemituū atq; cōquæstionū flebiliū, quod instruēdā pioī intelligētiā diversis filiūtudinibus, multis & lachrymosis vocibus, hoc paupe anxiato & cōtribulato deprōpt̄e sunt. ¶ Quid enim: quotusquisq; nōm est, qui mēte p̄sentiat, quod extraneus factus sit fratribus suis, & peregrinis filiis matris suā, dicētibus: Filium dei se noīat, & gloria patrē se habere deū. Nam ut taceā, quod cū duodecim Apostolos eligeret iuxta Marcū, audientes sui exierunt tenere eū, dicebant enim: In furorem versus est, illi de quibus ireb̄e in psalmo dicit ipse: Aduersus me loquebant, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibeant P̄sal. 58

Deut. 18

Iob. 18

2. Thess. 5

Ibidē.

Iohann. 14

Pulchra me

dicatio de

passione

Christi

Chri

Ps. 30

Ibidē.

Sapi. 2

Matth. 5

P̄sal. 58

CLXXVI. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

Esaiae. 53

Leuit. 13

Iohā. 9

Psal. 21
Leu. 13

Esa. 53

Math. 27.

**Quomodo
dereligt de
us Ieūm
Psal. 21
Roma. 8**

**Iohan. 19
Math. 2
Luc. 11
Math. 10**

z. Cor. 9

**Ecc. 7.
Esaiae. 53
1. Petri. 2
Iohan. 1**

Psal. 43

Ibidem.

Iohā. 19

vinum, quid putas, q̄ horribili intuitu aspernabant eum, dicentē: Ego sum lux mundi, & ego testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, q̄ misit me pater. ¶ Ille horū supba odia vocesq; maledicas dicētū: Dæmoniū habes, & nō est hic homo à deo, & his similia, acerrime p̄senserat, q̄ (vt prædictū est) p̄tēt magnitudine doloris, suā miscēs psonā, talibus suā gētis hoībus: Et nos (inqt) putauimus eū quasi leprosum. Quasi leprosum inqt, i.e. propter iniqtatē & blasphemiam suam, sic ab oībus fugiendū & reūcendū, qđo leprosus scdm legē ad arbitriū sacerdotis separatus extra castra solus habitare iubebat, pollutū se clamans & immundū. Cum eīn principes & pharisei odiētes eū, separarēt, & ejcerēt nomē eius tanquam malū, & adeo solitariū illū esse vellēt, vt quisq; confiteret illum esse Ch̄m, extra synagogam facerēt eum, qđ aliud nitebant, nisi vt ad arbitriū ipso, tanquam leprosus pronuntiatus & contaminatus, habitaret extra castra solus. Iḡ dicta h̄c, q̄ me misit mecū est, & non reliqt me solū, sic audiēda, sic sentiēda sunt, tanquam clamor pauperis anxiati, & præjudiciū passi, q̄ absq; peccato suo opproriū hominū & abiectio plebis factus sit, velut si ad arbitriū sacerdotū iniquo, homo mundus & recalaster, lepræ vagæ & volatili subiacere iudicatus sit, & separatus à consortio hominum, forasq; expulsus, solus extra castra sibi met habitare condēnatus sit. ¶ Dixit aut̄ ip̄e alibi, cum iam extra castra separatus, i.e. extra portas ciuitatis inter sceleratos reputatus, in ip̄a morte agonizaret, qđ iuxta supradictū prophetam maxime putauerunt eū leprosum, & p̄cussum à do, & humiliatū. Dixit (inquam) sic: Heli heli Lemiasaptani, hoc est, deus meus, deus meus, vt qđ dereliquisti me? Esset qđē facilis ad ista respōsio, si sic diceret: nunq; dereliquisti me, q̄a videlicet sub interrogatione hm̄i prolata dictio, neq; verē significaret neq; falsum, ac proinde huic enūtiationi cōtrariū nō esset aut contradiceret, q̄a dictū est: q̄ me misit mecū est, & nō reliqt me solū. Nūc aut̄ cū dicit: vt qđ dereliquisti me, cōtra riū videt sonare, q̄a profecto derelictū se asserit, q̄ causam querit, cur derelictus sit. Quid igit? Hoc videlicet, q̄a (qđ nec ip̄i negare queūt vocū seu verbo, aucupes) op̄zin opositis siue cōtrarijs hoc idē negare negationē, qđ affirmatione affirmauit, de eodē. Si em̄ aliud q̄s affirmet, atq; aliud aliis neget nō cōtrariū, sed diuersum ē. At vero hic nō hoc idē de eō dem negat, cū dicit: Et non reliqt me solū, quod illic affirmat, vbi dictum est: Vt qđ dereliquisti me. ¶ Utique de passione mortis, sicut aperte testant sequētia psalmi, vſq; ad illum versum: Narrabo nomē tuū fratribus meis, q̄a scdm illam quodāmodo à patre derelictus est, iuxta quod Apostolus ait: Qui proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illum. Nunc vero cū dicit: Qui misit mecū est, & non reliqt me solū, de illa agit, quæ infelicissima desertio est, qua illum derelictū esse volebant, dicētes: Non est hic à deo, vel etiam iuxta alios Euangelistas, criminabat eū h̄e concordia cū Beelzebub, imo & qđ auditu quoq; nephas est, ipsum esse Beelzebub, sicut ipse testat: Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius. Iḡ non hic idē nunc negat, quod in articulo suā passionis affirmat: nec em̄ minus congrue quasi derelictus dī, quam Apl̄us de se & suis similibus: Vt seductores (inqt) & veraces, sicut q̄ ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus: quasi tristes, semp autē gaudētes: tanquam nihil habētes, & oīa possidētes. Maximū autē atq; firmissimū argumētum de seipso dedit, vnde non derelictū illū perspicuū sit, dicēdō: Quia quæ placita sunt ei, semp facio. ¶ Et notandū, q̄ cū dixisset: Quia quæ placita sunt ei facio, addidit semp. Hoc sane vnigeniti filij propriū est, & hoc ab vniuersis deo placētibus differunt, q̄ ea quæ placita sunt patri, nō partim, nec ad horam, sed oīa facit, & semp. Quis em̄ homo est, q̄ faciat bonum, & non peccet? Vnus hic & solus est iustus & sanctus, q̄ p̄ctm non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Bene ergo addidit semper, iuxta quod alibi de illo dictum est. Sup quē videris sp̄m descendētē, sicut columbam, & manentē sup eum. H̄c em̄ dicta in re paria sunt, & sine alterutro esse nō p̄t. Nec em̄ quæ placita sunt patri, faceret semper, nisi sp̄s in eo maneret: nec sp̄s in eo maneret, si aliquando quippam extra placitū patris admitteret. ¶ Hoc vero nō parū miraculi p̄stare poterat, q̄ homo mortalis tanta immutabilitate, tanta cōstāntia vel firmitate seip̄m agebat inter tam plurimos tētantes, & accusare illum quærētes inimicos, vt tālia dicēte illo, & insup post alia sic p̄ponētes: Quis ex vobis arguet me de p̄ctō: nulla cuīq; illo, & saltē falsē criminatio daref occasio. Et qđē diu multumq; exacuētes linguas suās, & in occultis intendētes arcum, tandem sagittauerunt eū, sed sagittauerunt immaculatum, id est, condēnauerunt quidē illum, sed de nulla culpa condēnauerunt. Exinde omnes qui videbant eum, conturbati sunt admiratione tantæ malignitatis, & sermonis nequam quē firmauerunt sibi, p̄tinaciter clamando: crucifige, crucifige, annuntiauerūt opa dei, & facta eius intellexerunt, & ipsi quoq; maligni cōpulsi sunt cognoscere, quia dei filius hic erat, iuxta qđ nunc ait: Cū exaltaueritis filiū hoīs, tunc cognoscetis quia ego sum &c. Seq̄tur: L. H̄c illo loquēte, multi crediderūt in eū. ¶ I sti qui crediderūt in eū, quales fuerint, i.e. quām

¶ prope ad veram pietatē credentium accesserint, vel q̄ longe resederint, non satis apte sequētia significant euangelicæ narrationis, præsertim cum dñō dicēte: Si vos manseritis in sermone meo &c, sic Euangelista subiunxit. Responderunt ei: Semē Abrahæ sumus Iohannæ & reliqua. Responsio quippe tunc proprie dñ, cum illi respondent ad quos vel de quibus sermo est. Et longe superius de isto ḡ. Hierosolymitanæ credulitate, cum dixisset Euā galista: Quia cum esset Hierosolymis, multi crediderunt in eum, videntes signa quæ faciebat, statim subdidit: Ipse aut̄ Iesus non credebat semetipm eis, eo q̄ nosset omnes, & non esset ei opus, ut q̄s testimonium perhiberet de homine, ipse em̄ sciebat qd̄ esset in homine. Forte ergo & nunc q̄ videbant credentes, imo & q̄ credebant inuidēdo persequentes, facti sunt sicut patres eorū, generatio prava & exasperans, generatio quæ non direxit cor suum, & nō est creditus cum deo sp̄s eius. Nam quomodo vere crediderunt, q̄ cum eodem, cui crediderunt, diu altercantes, & diuinitatis eius testimonium non ferentes, tandem ad lapides cucurrerūt, hoc eodē Euangelista referente, q̄a cum dixisset: Anteq̄ Abraham fieret, ego sum, tulerunt lapides vt iacerēt in eum. ¶ Sic itaq̄ credere potuerunt, quomodo se credere dicunt Arriani, cæteriq̄ eiusmodi hæretici, qbus nihilominus Ch̄rus semetipm nunquam credidit, q̄a Ch̄rm̄ quomodo cunq̄ confessi sint, diuinitatis eius fidē in diuersis sectis vno sp̄u malignitatis impugnauerūt, & veros cōfessores eius audire nō ferētes, tumultum insanīa suā p̄ totum mundum audiri fecerunt. Hoc oīm formam in istis p̄cessisse, ex subsequentibus perspicuum est: siqdem literam arctius sequētes, eosdē cogamur accipere respondētes, ad quos loquitur dñs, vt subiunctum est. ¶ Dixit ergo Iesus adeos, q̄ crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. ¶ Dicēdum hoc erat credētibus Iudæis, dicēdum & nunc est hæreticis, omibusq̄ in fide vitiatis: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Quid em̄? Nungd̄ omnes, q̄ Ch̄rm̄ confitentur, iam in sermone eius manent, & vere discipuli eius sunt. Minime. Alioquin non tam multi filii nequam, cum filijs regni, tanquam zizania cum bono semine patris familiās, pullulantes p̄ publicum totius mundi agrum succreuiſſent, nec tam multi pisces mali mixti cum bonis, per totum orbē retia fidei dirupiſſent. Sermo nanc̄ Ch̄ri, in quo his, q̄ credunt in Ch̄ro manendum esse dicit, vt vere discipuli eius, i. veri Ch̄riani sint, sermo est fidei, i. vnica regula credendi, cui detrahi quicquā nefas est vel adjici. ¶ At vero Iudæi credētes in Christum, qbus rāmen Christus (vt superius dictum est) non credebat semetipm, omnesq̄ hæretici, quales fuerūt Cherinthus & Marcion, cæteriq̄ cōtra q̄s maxime hoc scribiſ euāge lium, multaq̄ hærefium pestes, quæ postea subortæ sunt, longe ab hoc sermone recedūt, multumq̄ illi detrahunt, dum alij verum hoīem confitentes Ch̄rm̄, negant eundem verum esse deum, vel ex Maria cōp̄isse illum afferunt, alij vero confitentes deum, eundem in vera carnē venisse, vel hoīem negant esse verum. Non ergo manent in sermone Ch̄ri, quem & ante per prophetas suos, & nunc per semetipsum perscribit, cuius tota summa est, vnum eundemq̄ Christum, & ante oīa secula deum verum extitisse, & vere filium hominis in fine seculorum factum esse. Proinde veri discipuli Ch̄ri, i. vere Ch̄riani non sunt nec veritatem cognouerunt, nec eos à peccatis suis veritas liberauit, quantumcūq̄ Christum confessi, vel in Ch̄ri nomine baptizati sint. Recte igit̄ talibus, & tūc per semetipsum Christus Iudæis, & nunc per ecclesiam suam dicit hæreticis. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. i. nisi manseritis in sermone meo, non vere discipuli mei eritis, neq̄ veritatē cognoscetis, neq̄ veritas vos liberabit. Vere em̄ nemo qualiumcūq̄ factōrū iustitia potest à peccatis redimi, vel ab antiqua diaboli seruitute liberari, nisi integrē permaneat in sermone fidei, & vnam tenet communicationē euangelicæ confessionis. ¶ Sciendum quoq̄ est, q̄ non ab re istis credētibus in se dignum qđem & verum, sed inopinatum præsentiloco pollicet discipulatus sui fructum: Vere (inq̄) discipuli mei eritis. Quo fructu? Quo prēmio? Et cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. ¶ Putabant em̄ illi, vt pote animales, & de Ch̄ro carnaliter sapiētes, illo rege carnale se habituros seculum, cum damnatione oīm ḡtium, iterumq̄ bella ac triumphos, & superatoꝝ neces atq̄ captiuoꝝ greges, & auream atq̄ in terris gemmatam Hier̄lm̄, hostiarumq̄ sanguinē, & circūcīsionis iniuriam, & terreni templi gloriam, quæ oīa vsc̄ hodie Ch̄rm̄ expectantes, sub illo se habituros somniant. Hoc modo illi quoq̄, q̄ (vt supra dictū est) credebant in eū, in ipsa credulitate sua respiciebat in vanitates & insanias falsas. Nec mirū, cum & apostoli tali sensu dixerint de pacta passione eius tristes. Nos aut̄ sperabamus, q̄ ip̄e esset redēpturus Israel. Opportue ergo errāti occurrens infēctioni, vanā expectationē credētum destruit, docēs, cuius beatitudinis spe, cuius libertatis amore in se credēdum sit. ¶ Cognoscetis (inq̄) veritatē, & veritas liberabit vos, Hunc fructum, hanc mercedē, vel prēmiū in illis, qui tunc in sermone eius manserunt, & ideo

Quid est in
sermone
Christi mal
nere

Matth. 13

Iohan. 3

Roma. 1
Roma. 9
Galat. 4

Carnaꝝ op̄
nō Judæo
rū de Ch̄ri

¶ m̄ mirabilē
¶ m̄ m̄ m̄
¶ m̄ m̄ m̄
¶ m̄ m̄ m̄
Pro. 39
Lucæ. 24

CLXXVIII. R VPERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

& ideo vere discipuli eius extiterunt, considerare operæ pretiū est. Illi q̄ p̄pe qui pmanserūt in sermone eius vñq ad mortē ipsius, s. beati Apostoli, deinceps remunerandi cognitione veritatis collaudatoriā cōmemorationē audiere dicētis: Vos aut̄ estis, q̄ meū pmansistis in tētationibus meis. Eadē quippe hora inter cetera dictū est eis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo. Cum aut̄ venerit spūs ille veritatis, docebit vos oēm veritatē. Ecce q̄a pmāserūt in sermone eius, quē cōfessi oēs fuerāt p̄ vnū Petru, dices: Tu es Ch̄rus filius dei viui, sp̄ni veritatis meruerūt accipere, p̄ quē cognouissent oēm veritatē. ¶ Nam vbi venit ille spūs veritatis, q̄s non miratus est, hodieq̄ mirat, q̄ perferente veritatē cognouerint, q̄ constanter q̄ fuerant hoies idiotæ & fine literis, contra oēm nimīū loquacē sapiam mūdi illam defenderint, liberauit sane ab erroribus vniuersis, liberauit ab oībus quæ in mūdo sunt cōcupiscētijs, cupidos efficiēs eius quam in veritate cognouerant, veræ & summæ beatitudinis, liberauit à timore mortis, à timore inimici, ab omīni misera seruitute peccati, tādemq̄ in pfectione libertatis cōstituit, de qua Paulus apls, qui iam liberari cōperat, inter cetera dicit: Quia & ipa creatura liberabit à seruitute corruptionis in libertatē gloriae filiorū dei. Scimus em̄, q̄ oīs creatura ingemiscit, & parturit vñq adhuc. Non solū aut̄ illa, sed & nos ipsi primitias spūs habētes, ipsi intra nos gemimus adoptionē filiorū dei, expectantes redēptionē corporis nostri. Hoc modo dictis facta compēsando, planius intellectui fit qd̄ dictū est: Si vos māseritis in sermōe meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Sequit: LR responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vñquam. Qū tu dicas, liberi eritis? ¶ O astuti, q̄ prope nunc cōperant & illaqueauerant sapiam dei. Quid em̄ putarēt dictu, illū, nisi q̄a falsum est qd̄ dicitis, nemini seruiuimus vñquam. Romano em̄ imperio seruitis nūc. Hoc autē si dixisset, quanto putas cū clamore inuolassent, dicētes: Si sumus amici C̄esaris, nō dimittamus hūc inimicū C̄esaris, cōtradicit em̄ C̄esar, proposita nobis spe, q̄ si sequamur eū, simus liberi, & nō seruiamus Romanis. Igit̄ non p̄ obliuiosam ignorantiam, sed p̄ insidiosam malitiā dixerūt: Semē Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vñquam. ¶ Et qd̄em fuerit hoc natuæ cuiusdam libertatis priuilegiū, q̄ semē Abrahæ sunt, i. q̄ non de ancilla scđm carnē, sed de libera p̄ re promissionē nati sunt. Nam Ismael quoq̄ semē Abrahæ fuit, dñs dicēte. Sed & filium ancillæ faciam in gentē magnam, q̄a sementuum est, tamen hi maximē, q̄ secundum Isaac sunt, reputant in semine, soli secundum carnē liberi, legitimūq̄ semē dicunt Abrahæ, dicēte eodē: Quia in Isaac vocabis tibi semē. Hoc itaq̄ cōcedamus, q̄a semē Abrahæ sunt, ac proinde comparatione Ismaelitæ, ceterorumq̄ qui de Agar vel Cethura nati sunt, isti liberi sunt. ¶ Attamē in hoc falsi sunt, qd̄ subiungunt, & nemini seruiuimus vñquam. Nec em̄ ignorare poterant, qd̄ & Aegyptijs in luto & latere seruierint, qd̄q̄ & postq̄ terram promissionis obtinuerūt, pro eo q̄ commixti sunt inter gētes, & didicerunt opa eorū, & seruierunt sculptilibus eorū, tradidit eos dñs in manus gentium, & dñati sunt eorū q̄ oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici eorū, & humiliati sunt sub manibus eorū, s̄pē liberauit eos, & nunc tandem cum hēc dicerēt: Nemini seruiuimus vñquam, Romano imperio sub tributaria cōditiōe seruiebant. Itaq̄ p̄spicuum est, q̄ infidiosa (vt p̄dictū est) malignitate hoc obiecerunt, intēti elicere verbū, de quo illū apud Romanū possent accusare imperiū, sicut & tunc, quando tētantes hypocrita dixerunt: Licet censum dari C̄arsi, an non? ¶ Et nota, studiū hoḡ grammatico, in schola Satanae declinantiū, quam cito, dicēte illo: & veritas liberabis vos, ad verbi huius ethymologiam profilierunt, dicētes ei: Quomodo tu dicas, liberi eritis, cū non dixerit eis & liberi eritis, sed & veritas liberabit vos. Proprietate dictionis abuti voluerūt, in adiumentū suæ pueritatis. Sed frustra. Ille em̄ q̄ pauloante dixerat: Ego sum lux mundi, hēc oia clare videbat, lucens qdē in terris, gradiens autē in altitudine cœli. Tale ergo hoc erat, ac si hoies cæci solem p̄sequētes, radios eius laqueis nectere, & tanq̄ pedibus vinclum, de zodiaco suo in terrā deorsum vellēt attrahere. Nam q̄ alte supra sensus isto, ambulet, intētio dicētis: Si vos māseritis in sermōe meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē & veritas liberabit vos, ex his quæ sequunt colligi potest. ¶ Respondit eis Jesus: Omnis q̄ facit peccatum, seruus est peccati. Seruus aut̄ nō manet in domo in æternum, filius aut̄ manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. ¶ Ecce qualem isti talionē reddidit. Iſti q̄ de terra erant, & de terra loquebant, solam terrenam seruitutem libertatemq̄ sciētes, vnius dictiunculae proprietatē, qua dixerat: Et veritas liberabit vos, callide obseruauerunt, vt eum in sermone caperent. Hie autem q̄ de cœlo venit, & quod vidit, & audiuit, hoc testatur, solam spūalem seruitutem libertatemq̄ perpendēs, fortissimū illis fecit syllogismum, vt comprehendere sapientes in astutia eorum. ¶ Omnis (inq̄) quis fecit peccatum, seruus est peccati. Veram sententiam veritas proposuit, cui concedere non moretur auditor, quantumuis contētiosus aut rebellis. Nam si forte pertinaciter frontem obduret

*Luc̄. 22
Iohan. 16*

*Matth. 16
Veritas li-
berabit vos*

Acto. 4

Roma. 8

*Semen As-
brah̄ sum⁹*

*Galat. 4
Gene. 2.*

Ibidem

*Exodi. 5
Psal. 105*

Matth. 22.

Iob. 5

Serfs

Calumnie

Zodiaco

Sylluz

obduret impudentem, nos econtra eiusmodi deditiagnati grandibus ecclesiasticis scripturis contedere armis, leuem armaturam. i. multam poetarum & ethnorum & philosophorum conuocabimus turbam. Verbi gratia illud Flacci recensentes dicentis in cupidinofum: Liber, liber sum, dic agere non quod Urget enim mentem dominus non lenis, & acres Subiecta lasso stimulos, versatim negantur. Vel quod Sophocles (ut ait Tullius) cum ex eo iam consecro & tate quereretur, ut returne rebus Venere istud meliora (ingratus) Liber vero ego istinc, sicut a domino agresti ac furioso profugi. ¶ Ceterum eis, quod seipso nouerunt, & veritati libenter acquiescunt, non iam quae situ opus est, utrum servi sint, aut fuerint, quam ultra confitentur & publicè lamentantur, quod non solum servi, verum & captivi sint, flendo canentes, & cunctando flentes, atque dicentes: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremus Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra, quia illic interrogaverunt nos, quod captiuos duxerunt nos, verba cantionum &c. ¶ Nec vero illi inimici domini mentiri poterant ei, quod peccatum non fecissent, aut facerent, praesertim cum ipsorum magistri, scribæ & pharisæi, paulo supra, ubi tentauerant eum, de muliere in adulterio deprehensa illud dicente: Qui sine peccato est vestrum, mittat in illam lapidem, audiētes haec, unus post unum exierint, incipiētes a senioribus. Nam saltē hoc negare, vel dissimulare non poterant, quin modis oībus ad hoc tentaret illū, capere in sermone, ut possent occidere. Igit iphi, immo multo magis ipsi præ ceteris peccatoribus, servi erāt peccati. ¶ Proinde rata & firma stante propositione, nil iam cunctant assumere: Seruus autem (inquit) non manet in domo in eternum, filius manet in eternum. Dicendum hoc erat servis peccati, quod non nisi in persona subsequente, præsentem agnoscunt misericordiam suam seruitutis molli iugo, dulcibusque libidinum catenulis delectati, immo & tanquam cæci aut ebrii, non videntes, neque sentientes horrorem furiosamque quorumlibet vitiorum tyrannidem, proprijs voluntatibus intenti. Seruus (inquit) peccati non manet in domo in eternum, videlicet, concordante scriptura, qua dictum est per Psalmistam: Non habitabit in medio domus meæ quod facit superbiam. Psalm. 106 Qui & alio loco ad deum loquitur: Neque habitabit iuxta te malignus. Filius autem (inquit) manet in eternum, videlicet ille filius, quod singulariter & proprie dicitur, & est filius, & nullo modo dicitur, aut est seruus, quia profecto ab omni peccato immunis est, peccatum enim non fecit, nec invenit dolus in ore eius, quod & in Psalmo dicitur: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Hic manet in domo in eternum. Ponamus primo legem seruorum aut domino, ut posito prius nota similitudinis fundamento, firmius consurgant conspicui parietes mysteriorum. ¶ Ecce in domo qualibet, quatuor ista consideranda sunt, paterfamilias domus, & ipsa domus, filius eiusdem patrisfamilias, & conductitius quilibet alieni domini seruus. Non enim hic seruus ad dominum, cuius haec domus est, congrue referri potest, quod videlicet peccatum, cuius de seruo nunc agitur, ab illo filio, de quo itidem nunc sermo est, & a patre eius oīno alienum est. Seruum ergo conductitum seruum alienorum dominorum scimus in domo, in qua conductus est, legaliter non posse esse permanenter: quippe cum nec seruus ipsis domini, cuius est domus, diutius quam placitum est, eidem domino suo possit ad seruendum stare in domo. Quanto magis seruus alienorum, ut prædictum est, dominorum in domo permanere non potest, etiam si domini patientia toleretur, quin ubi tempus fuerit, vel causa poposcerit, dominis suis exigentibus, ad loca vel seruitia debita protrahatur. ¶ At vero filius legaliter, & que ut pater, tanquam dominus in domo permanet, sua quod esse oīa deputat, quæcumque thesaurizat pater, patrisque ad filium iure vox illa est: Eili tu semper mecum es, & oīa mea tua sunt, & tua measunt. Igit & secundum homines vere dictum est, quia seruus non manet in domo in eternum, filius manet in eternum. ¶ Porro, hac positam similitudinem, animaduertere promptum est, quod terribiliter Iudeus denuntiet, quod ipso exire, seipsum autem in his quæ patris sunt, oportet permanere. Deus enim magnus & inclitus paterfamilias est, domus autem eius sancta ecclesia, i.e. oīm credentium deumque coletium sancta societas est. Filius eius est hic ipse qui haec loquitur, unus idemque deus & homo Christus seruus vero peccati oīs homo est, quod ex Adam in peccati seruitio natus, non nisi per hunc filium liberatus: maxime tamē Iudaicus populus, quod iam tunc in domo dei erat, sed non permanentur, cum haec iste filius loqueretur. Haec ergo cum dicit, primū Iudeos (ut predictum est) percutit: quod cum essent in domo dei, tanquam regni eius operarij, legem habentes & testamentum, locumque sanctum, vel ordinem sacrificiorum, iamiam visibiliter quoque erant foras evicti, ut vere servi peccati, sicut in eo quoque iam significauit eis, quod facto de funiculis flagello evicti illos. Scriptum est (inquit) quia domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam Iohann. 2 latronum. Illis quippe funiculis, ex quibus flagellum fecit, seruilia peccatorum illosque vincula conseruae satis expulit. Filiū vero, i.e. semetipm, de quo iuxta aliā parabolā dixerūt: Hic est heres Hieron. 7 venite occidamus eum, & nostra erit hereditas, illis electis, in domo permanentes in eternum. & hic astruit, & in ea parabola patenter innuit, dum de seipso præmittens, nunquam legitimis. Matth. 25 Lapidem

Horatii
sermo. lib.
z. sat. 7
Sop. Sop. 8
do =

Psalm. 136 Captivitate.
Pleure
C. Captivitate.

Seruus non
manet in do-
mo in eternum.

misericordie
ut haec est
gocia anarhia
lucis spacio
Lapide brachio
hoti malo
Pro familiis
V. q. 3
La maison Etat
no. 2.

La maison Etat
no. 2.

Iohann. 2

Esaiae. 50

Hiere. 7

Matth. 25

Lapide

CLXXX. R V PERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

Psal. 117

Sacerdos libertatis minister ad alios in seipso seruus peccati

Esa. 52

Si vos filii us liberauerit, vere liberi eritis

Psalm. 92

Col. 2

**Hebr. 1
Psal. 2**

**Roma. 3
Filius & veritas consitgnificant**

Iohan. 14

Esa. 48

Roma. 9

**Gene. 22
Roma. 4**

Lapidē quē reprobauerūt aedificantes, hic factus est in caput anguli, à dño factū est istud & est mirabile in oculis nostris, statim subdidit: Amen dico vobis, qā auferet à vobis regnum dei, & dabit genti faciēti fructus eius. ¶ Deinde singuloꝝ quoq; nostrum conficias hæc eadem sūnia conuenit, q; per professionē Christianæ fidei sumus in domo dei, & terribiliter commonet, ne simus in hac domo eius, quæ est ecclesia, tanq; serui, i. seruilla facientes opera peccati, q; vere (inquit) seruus non manet in domo in æternum. Etiam si in cathedralm solumq; liberationis ascenderit, i. officium potestatemq; liberandoꝝ seruoꝝ exercuerit, prædicando, baptizando, sac̄m dñici corporis & sanguinis conficiendo, populisq; distribuendo, ac p̄cōnitentes reconciliando, qbus oībus modis conscriptio testamentumq; perficit Christianæ libertatis: non manebit in domo in æternum splendidus iste opifex ingenuitatis, cum sit ipse occultus seruus peccati, sed funibus peccatoroꝝ suorū circundatus, & constrictus, ab eisdem litigantibus ac saeuientibus dominis suis ad inferni ergastula pertrahet. Igit̄ vera est & assumptionis dicentis: Seruus autē non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Sequit̄ conclusio: Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Ergo (inqt) q; a vos quoq; qbus propheta dicit: Gratias vñundati estis, vos (in quam) sicut & cæteri, serui peccati estis: seruus autē non manet in domo in æternum, sed filius manet in æternum: si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. i. nisi vos filius liberauerit nunq; liberi eritis. Proinde falsa & fallens est illa vestra, nō magnitudo, sed inflatio, quatuor mentes dicitis: Etnemini seruiuimus vñquā, falsa (inquā) non q; a subiugati estis Romanis, qd ex me audisse velletis, odio crudeli imbuti, vt me accusare possetis, sed q; p̄tōres estis, & p̄seueranter peccatū facitis. ¶ Sciendū vero est, hoc quoq; apud hoies ius esse legitimum, vt libertate nemo donec seruoꝝ, maxime hostiliū, nisi per illum regis aut principis filium, q; proprio labore vel industria victo tyranno, seruoꝝ reductis, totum vici obtinet regnum, simulq; paternæ hæreditatis scriptū, & cōfirmatū iam accepit testamentū. Hoc autē de isto filio nulli dubium, quin in sua persona decorem indutus, indutus fortitudinē, & virtute præcinctus, regnauit, i. per assumptionem carnis & passionem mortis, dñm seruoꝝ infelictum, i. omnium filioꝝ Adæ, s. peccatum damnauerit, regnum peccati & mortis destruxerit, confidenter traduxerit, & in semetipso palam triumphauerit. Igit̄ tur primo Iudæis, quia negare non possent deum patrem habere filium, quem constituit hæredem vniuersoꝝ, dicente illo in David: Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessiones tuas terminos terræ, & multa his similia. Iudæis (inquam) de patrum suoꝝ seruoꝝ dei superbientibus meritis, hominum quoq; sensatoꝝ iudicio iuxta prædictam rationem non dissentiente, dicendum hoc erat: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis, nec aliter liberi eritis. Deinde & ḡtib; hoc idem p̄dicandū vniuersis, nulla (vt ait Apostolus) habita distinctione Iudæi & Græci. Oēs em̄ (inquit) peccauerunt, & egent gloria dei. ¶ Animaduertēda nūc est diligēter līꝝ series. Ecce hoc vltima conclusio innuit, q; nisi filius nos liberet, nō possumus vere esse liberi. Erat autem illud prima propositiōe cōstitutū, q; veritas liberaret nos. Ait em̄: Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Hanc sūniā oppugnantibus, aduersarijs, & dicentibus: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vñquā, dum argumentos defendit, ad hoc extrema (vt iam dixi) conclusione peruetum est, q; nemo liberatur, nisi quē liberet filius. Igit̄ euidenter cōstat, q; hoc loco cōsignificant veritas & filius, quodq; hoc etiam loco veritatē se ēsse testet dei filius, quo noīe seipsum discipulis suis manifestius alibi cōmendat, dicens: Ego sum veritas. Nunc vide quoq; victoriosus hic testis testimonij sui defensionē produxerit. Supra cū dixisset: Ego sum lux mundi, responderūt aduersarij: Tu de teipso testimonium perhibes, testimoniuū tuum non est verum. Hie ecōtra cōsistēt, non tñ testimonium suum esse verū, sed etiā profiteſt se esse veritatē. Sequit̄. Scio q; a filiū Abrahæ estis, sed quæreris me interficere, q; sermo meus nō capit in vobis. Postquam obiectionis eorum posteriorem partem dissoluit, illam, s. qua dixerant: Etnemini seruiuimus vñquam, nūc priorem, illam, s. quam intolerabilem spirantes superbiam deflauerant, dicendo: Semen Abrahæ sumus. Idecirco autem ita dissoluendas præposterauit partes, q; de hac maxima superbiae materia plura dicturus est. ¶ Scio (inqt) q; a filiū Abrahæ estis, Quis em̄ nesciat, q; sicut propheta vobis improperat, vos de aquis luda, fuit Abrahæ pronepos, existis, id est, non imitatores paternæ virtutis, sed tantum superflua fluxa carnis genimina pullulaſtis. Estis ergo filiū Abrahæ, sed quæreris me interficere. Quare? Quia sermo meus non capit in vobis, id est, quia sic ad audiendum sermonem meum impatiētes estis, vt per impatientiam eius mors mea vobis desiderio sit. Hoc profecto nimiū nimiūq; repugnat, ne vos, q; dicimini filiū Abrahæ, reputemini in semine, Abraham in sermone meo mansit, i. in sermone quē de me audiuit, quando dictū est ei. Atq; in semine tuo benedicēt oēs gentes. Mansit (inquam) in hoc sermone, credēs, & iustifi-

iustitia nō deficiens, nec aliquādo infirmatus est fide, nec considerauit corpus suū emortuum, cū fere centum esset annoꝝ, & emortuam vulum Saræ, fidelem existimās eū, qui reprobavit. Ita credēdo, & in sermone promissiōis permanēdo, pater multaꝝ gentiū appellari & esse meruit, & reputatū est ei ad iustitiā, & amicus dei appellatus est. Hæc illa est in qua vos gloriāmini nobilis generositas, & generosa nobilitas patis Abrahæ, scilicet nō ex carne, sed ex fide: nō ex gēte, sed ex virtute: non ex propria seminis sui qualitate, sed ex longanimitate obedientiæ. Nā caro Abrahæ, si quærifit, de massa pueratricē est, genus eius Chaldaicum est. Secundū hanc partē scio, quia filij Abrahæ estis. Nunc illud à vobis quærifit, vt veri quoq; & nō degeneres filij sitis, id est, vt in eodē sermone meo maneat, in quo ille mansit, credendo scilicet, venisse illud semen benedictionis, qd ille venturū credit, & semen illud esse me, q & loquor vobis. Quod vt credatis, ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso, & testimoniuꝝ perhibet de me, qui misit me pater, faciēdo opera in medio vestri, q nemo alijs fecit, maiora q̄ vidit Abrahā, qui credit. At ille sermo meus non capit in vobis, nullā fidem apud vos inuenit, nec tantū terræ bonaꝝ in petroſis cordibus vestris, vbi radicē exiguā figere possit, qd videlicet à fructu promptū est agnoscente, dū vos quæritis interficere me, sermonē eundē non ferentes audire. Igitur scio quidē, q̄a filij Abrahæ estis, sed filij alieni: filij inquam alieni & inueterati, & claudicatis à semitis vestris, vt pote deteriore partē generis Abrahæ, scilicet carnē extollentes: fidē autem eius in qua, vel p̄ quā ille nobilis est, abnegātes. Proinde iā de illo patre mihi vobiscū agendū nō est, quia profecto & vobis pater longe alius ab illo est, & mihi pater longe alius, & eodē patre Abrahā lōge superior est. Me à patre meo, & vos à patre vro nō degenerare, probabile est. Dico em̄: Ego quæ vidi apud patrē meū, loquor: & vos quæ vidistis apud patrē vestrum, facitis. Pulchre filius dei filios carnis Abrahæ conuincere incipiens, q̄ non possint de tanti patris dignitate gloriari, prius illos à sua cōmunione longissime depellit. Abrahā quippe sibi & illis secundū carnē, communis pater est. At ille alium sibi, aliumq; illis patrē patēter asseribit, dū dicit: Ego quæ vidi apud patrē meū, loquor: & vos quæ vidistis apud patrē vestrum, facitis. Hoc igitur aduertere poterant, q̄ alium patrē ipsoq; diceret, q̄ Abrahā. Iuxta quā diuisionē nec illud consequens videbatur, q̄is dissimulauerint, vt patrē sibi dicerēt deum. Quid enim illos apud patrem suum vidisse & facere aiebat, nisi hoc quod p̄miseraſt: sed quæritis me interficere, quia sermo meus nō capit in vobis. Hoc plane tā ex eius dictis, q̄ ex suimet cōscientia cōuicti, nescire nō poterāt, se apud diabolū vidisse, id est, x̄ diaboli imitatione, & nota sibi eius voluntate, mente concepisse. Nec em̄ ignoranter peccabāt. Quem vero apud patrē, ea quæ loquebatur se vidisse testa retur iamduſi nimiū nimiumq; perceperant. Nā & propterea illum magis persequebantur (inquit euangelista) quia patrē suū dicebat deū, x̄ qualem se faciens deo. Cum igitur tā manifesta diuisione facta, patrē suū deum, patrē aut̄ illorum significet diabolum, quid adhuc Iudæi cunctantur, quid percunctantur? Sequitur em̄. L responderunt & dixerūt ei: Pater noster Abraham est. Profecto hæc, & cætera quæ posterius obiiciunt dicētes: Nos ex fornicatione non sumus nati, vnu patrem habemus deum, & reliqua, insidīa sunt, tentationes sunt, decipulæ & laquei venatiū sunt. Quid em̄ risu digni captatores hiant, quid expectant nunc. Verbi gratia, dum dicunt: Pater noster Abrahā est! Videlicet hoc verbum ori eius excidisse cuperent vt econtrario diceret: Abraham pater noster non est. Nam quāt̄ putas calumniæ ſeſe aditum repperisse gauderent? Utiq; negatorem illum adoptionis, & testamēti, & legislationis, Moi quoq; & patrum, & omniū quæ ex Abraham gens illa ſeſe habere credebāt, cōclamarent: Sed frustra (inquit scriptura) facit rete ante oculos pennatorū. Si ante oculos pennatorum, quanto magis frustra iacit rete ante oculos Herodij ducis eoꝝ? Quomodo ergo insidias eoꝝ cassauit ipſe, quo docente, nouerūt sancti eius prudētes ſicut ſerpētes, & ſimplices ſicut columbaꝝ, nemini dare vllā effusionē, vel iuste criminādi occaſionē? Sequitur. L Dixit eis Iesuſ: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc aut̄ quæritis me interficere, hominē qui vobis veritatē locutus sum, quā audiui à deo. Hoc Abraham non fecit. Quid igitur? Utiq; ſumptis vel confessis duabus ſententiis, quæ refelli non poſſunt, ſcilicet ea quā p̄misit: Si filij Abrahæ estis opera Abrahæ facite, & altera quā addidit: nunc aut̄ quæritis me interficere, quod Abraham non fecit, tertia demū inferenda erat: ergo filij Abrahæ non estis, p̄cedentū ratio ne ēa solidante, etiā inuitis aduersariis. Attamen quia necdum omnino mentiti fuerāt dicentes: Pater noster Abraham est, adhuc mitius ait, conclusionē ſupprimēs, quæ ſatis poſtest eo racente ſubaudiri. Non em̄ ſic per omnia falſum eſt quod dixerunt: Pater noster Abraham est, quomodo illud, quod paulo post dicturi ſunt: Vnu patrem habemus deum quia videlicet dei, neq; per naturā, neq; per imitationē filij erant: Abrahæ autem, & ſi nō per imitationē, attamen p̄ carnis naturā filij erāt. Et vide q̄ iusta & rationabilis cōditio

Gene. 19
Sermo me
us nō capi
t in vobis.

Præter A
brahā alius
erat Iudeis
illis pater,
diabolus

Iohann. 8.1

Roma. 3

Prouer 1

Pſal. 103

Matth. 10

z. Cor. 6

Q

Si in-

CLXXXII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

Si, inquit, filij Abrahæ estis, i. si vos esse filios Abrahæ profitemini, vt sitis veraces in hæ professione, opera Abrahæ facite. Nō em̄ ex eo, quia hoīes estis, qđ naturæ est, nec ex eo, qđ sub corruptiōe mortalitatis cū peccato nascimur, qđ infelicitatis est: nō inquā ex hoc velex illo estis filij Abrahæ, sed filij Adæ, nec ex eo qđ vos in dolore pepererūt matres vestræ, filij estis Saræ, sed filij Euæ. Hæc em̄ oīa non ex Abrahā & Sara, sed ex Adā initium habēt & Eua. Opera ergo Abrahæ facite, i. illam quā primus habuit Abrahā, vos quoq; si dem habere. Hoc nēpe est opus dei, vt credatis in eū, quē ille misit, ad imitationem patris Abrahæ credētis ei qui repromisit. Alioquin cum circuncisione vestra inter Sodomitica reputabimini p̄putia, eritisq; iuxta prophetā principes Sodomorū & populus Gomorræ eritisq; pater vester nō Abrahā, & mater vestra nō Sara, sed iuxta prophetā aliū, pater vester Amorrasus, & mater vestra Cæthæa. Circūcisio nāq; (sine qua pater Abrahā iustificatus est, & appellatus est amicus dei) & legales cærimoniaz, vel sacrificiōz ritus, & his similia, quia tā malo qđ bono spū vel mente possunt fieri, non faciunt de filiis Adæ filios Abrahæ, vel de inimicis amicos dei, sed fides & p̄cepta iustitiæ, quæ scripta sunt in tabulis digito dei, qđ & anteq; scriberentur Abrahā obseruādo, lege naturali, needū circuncisus, factus est amicus dei. ¶ Nunc aut̄ queritis me interficere, hominem non qualicunq; pro causa vobis odiosum, sed quia veritatē vobis locutus sum, veritatē inquam, quā audiui à deo, id est, sermonē bonū, quē non vt propheta mendax arrogantia de prauatus, per tumorē animi cōfinxi, sed audiui à deo, anteq; nascendo apparere inter vos, sicut legitimis signis cognoscere potestis & vos. Nam omne quod loquor ego, loquor in nomine dñi, & quodcū qđ pdico verbū in nomine domini, sit: hoc vobis signū cognoscendæ veritatis lex posuit. ¶ Me inquā talē hominē queritis interficere, hoc Abrahā nō fecit, longe aliā mentē in sua fide, longe aliū habuit lpm̄, imo ecōtrariū huic spiritui, qđ vos queritis me interficere. Ille cōsummādus & hinc exiturus, nō acceptis promissionibus, à longe me aspexit oculis fidei, à longe me salutavit flens, & cōfitens beatos fore oculos, qui eū fide visuri erant, hac tēpora qđ vos videtis, visuri & credituri in me, quē vos interficere queritis. Proinde poteram ego vos cōcludēdo sic inferre, ergo pater vester Abrahā non est, sed cōclusionē hāc relinquā lapidibus, qui futuri sunt filij Abrahæ, qui & eloquētes facti, me tacente, vobisq; nō respondēte, iudicabūt vos nequaq; esse filios Abrahæ. Sequitur. LV os facitis opera patris vestri. ¶ Postq; Iudaicā superbiā vno cornu mutilauit, ite p̄ proponit vt arietis, quem per impatientiā suā rursus in se irruitus nouerat, ordinata disputatione residuum cornu cōfringat. Duobus quippe cornibus cōtra veritatē arietabant, patrē Abraham patremq; deū se habere iactitātes, & idcirco libertate, qua veritas eos liberaret, se nō indigere mentientes. Itē ergo causam cōstituit, vt per duelliones suos, qđs instare videbat, suis ipsoz conatibus fatiget ac deīciat. ¶ Dixerūt itaq; eit: Nos ex fornicatione nō sumus nati, vnum parrē habemus deū. Ecce manifestius irati, & cū iurgio tumētes, totas vires suas in ventū cū amaritudine & clamore effuderūt. ¶ Nos inquit ex fornicatione non sumus nati, vnu patrē habemus deū. Quod duobus modis intelligēdū est. Primū videlicet, qđ secūdū cōsuetudines scripturaz quas legebant, hoc, qđ dñs multis & falsis anima tanq; prostituta subiçit, fornicationē appellātes, ita responderūt: nos ex fornicatione nō sumus nati, &c. Deinde vero qm̄ hāc disiuncta sunt, nec etenim ita dixerūt: Nos ex fornicatione non sumus nati, sed vnu patrē habemus deū, magis de carnalibus carnalia sentientes, nobilitatē carnis adhuc illos iactitare arbitramur, dicētes: Nos ex fornicatiōe nō sumus nati, vt subaudias quemadmodū cæteri filij, qui ex concubinis nati sunt. Tanquā dicerēt: Non tu in docte singularē nostri generis dignitatē aduertisti. Nos non sumus vt cæteri, quos Abraham pater noster genuit filij cōcubinaz, hāreditate patris indigni, vt Ismael & alij, quos ex Cæthura genuit, sed sumus ex legitimo Saræ cōiugio nati, cuius filii solū deus elegit, vt esset deus eius. Pactū vero, inquiēs, meū statuā ad Isaac, quē pariet tibi Sara. Itē vnu filius legitimus deū patris sui, simulq; cūcta qđ possederat hāreditauit, sicut scriptū est: De ditq; Abrahā cūcta qđ possederat Isaac, filii aut̄ concubinaz largitus est munera; & separauit eos ab Isaac filio suo dū adhuc ipse viueret. Itaq; nos ex fornicatiōe nō sumus nati, vnu patrē habemus deū. ¶ Et nota supbię mixtā amaritudinē dicētiū: Nos ex fornicatiōe nō sumus nati, cū satis esset dixisse: nos ex Isaac, & nō de aliquo ex filiis cōcubinaz sumus nati. Omnes hoīes oderūt, & excēcati odio fratrū suorū, i. qualiumcunq; Abrahæ filiorū, nec ipsi patri, de quo plurimū gloriāntur, parcere potuerūt: fornicationē appellātes cōcubitū fœminarū, nulla scriptura culpatū, vt pote non tam pro libidine, qđ pro amore posterratis initiū. Sic & filij Galaad p̄a superbia non viderunt, qđ appellarent patrē suū adulterū, dicentes ad Iep̄te fratrē suū: Hāres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre generatus es. ¶ Et audēt cū hac amaritudine, sic inflati sensu carnis suę de um appellare patrē suū, subiungendo: Vnum patrem habemus deum, videlicet elemēta dei

Iohan. 6

Esaiae. 1

Ezech. 16
Gene. 15
Roma. 4

Deuter. 8

Hebre. 11

Luc. 10

Matth. 3

Dupliciter
su dici pos
tuit, nos ex
fornicatiōe
non sumus
nati.

Gene. 12. 21

Gene. 17
Gene. 25.

Iud. 11.

Vnu patrē
habemus
deum,

dei abutentes in superbiā: verbi gratia, dicentis ad Pharaonem: *Dimitte filium meū pri-*
mogenitū. Ad quē scilicet deum & Esaias: Tu enim, inquit, pater noster, & Abraham ne-
sciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu dñe pater noster, redemptor noster, à seculo nomē
tuū. Ad Israel aut̄ Moses in Deuteronomij cantico: Nunquid non ipse est pater tuus, qui
possedit & fecit & creauit te? Et multa in lege & prophetis his similia. Et quidē istoꝝ qui
se Iudeos esse dicunt, & nō sunt, sed sunt synagoga satanæ, magna & singularis superbia
est, ita ut merito de illis filius dei dicat: salua me ex ore leonis, & à cornibus unicorniū hu-
militatē mā: istos Iudeos propter crudelitatem leonis, propter singularē superbiā appelle-
lans unicornes. Veruntamē & reuera gentis huius magna & singularis nobilitas est. Tan-
tumodo, q̄ isti dicūt, furore & odio cæci, nos ex fornicatione nō sumus nati, sicut decet fi-
lios Abrahæ, dicāt honestius sic: Nos nō, vt cæteri, quos pater noster Abrahā genuit, se-
cundū carnē sumus nati, vt veraciter adiungāt, vñ patrē habemus, dñū. ¶ Etenim qui de
ancilla natus est, inquit Apostolus, secundū carnē natus est, q̄a videlicet natura carnis est,
vt ex viro, quis grandæuo cōcipiat iuuēcula, qualis erat Agar. Item sentiendum est & de
Cæthura, quā tamē Hebræi eandē scilicet Agar fuisse autumāt, licet scriptura plus q̄ vñā
fuisse concubinā patēter innuat, dicēdo, filiis quoq; concubinaḡ largitus est munera. Ut
aut̄ de viro veterano, qualis erat Abrahā, quādo genuit Isaac, cōcipiat anus, p̄sertim ste-
rilis, qualis erat Sara, hoc nō capit carnis natura. Vnde Isaac idē Apostolus recte dicit na-
tū per reprobationē, id est, per donū dei, nō per carnis consuetudinem. Igitur gens illa,
gens vnicæ nobilitatis extitit, q̄ respectu patris sui Isaac dicere potuit, nos secundū carnē
nō sumus nati, vñ patrē habemus dñū, sola gens Idumæa, id est, filioꝝ Esau, pariter hoc
dicere potuit, nos secundū carnē nō sumus nati. Verū id quod additū est, vñ patrem ha-
bemus dñū, illos secernit, deo dicente: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, quia videlicet
dignus odio dei, & ab illa nobilitate generis in fornicationē idoloḡ declinavit. Proinde
nihilo meliores eis isti sunt, qui nūc dicūt, nos ex fornicatione nō sumus nati, q̄a profecto
& si hoc vere dicunt, mentiuntur subiungēdo, vñ patrem habemus dñū. Quos fallaces, q̄
fortiter, q̄c suauiter filius, idem q̄ sapientia dei patris, refellerit audiamus. L Dicit ergo
eis Iesus: Si deus pater vester esset, diligenteris vtiq; me. Ego enim à deo processi & veni.
Neq; em à meipso veni, sed ille me misit. L Hæc duo disiuncta irreuerenter impingentes
obiecerant, & q̄ nō ex fornicatione nati essent, & q̄ vñ patrem deum haberent. Sed de
illa parte gloriæ, qua in carne Abrahæ gloriabant, satis illis responsum est. Ergo reliquā
partē obiectionis, qua dixerāt, vñ patrē habemus dñū, falsam arguere ingreditur, dicēs
eis: Si deus pater vester esset, diligenteris vtiq; me. Notandum primo, quia neq; dicētibus il-
lis, pater noster Abrahā est, ita respōdit, vt diceret: pater vester Abrahā nō est, neq; nunc
objicientibus ac dicētibus, vñ patrē habemus dñū, ita respōdet, vt dicat, nō habetis pa-
trē dñū. In illo nāq; populo aliqui erāt, & plurimi fuerāt, q̄ opera Abrahæ facerēt, & pro-
inde nō solū filii Abrahæ secundū carnē, sed & filii Abrahæ & filii dei essent secundū fidē. Itaq;
non p̄cipitem dat sentētiam, vt dicētibus, pater noster Abrahā est, statim resultet,
pater vester Abrahā non est: vel dicētibus, vñ patrem habemus deum, statim ecōtra-
rio dicat, patrē non habetis deum: sed prius culpā designat, vt illos tanrum, quotum cul-
pa est, rationabiliter & ordinate filios Abrahæ nō esse, vel dñū patrem non habere ostendat. ¶ Si, inqt, deus pater vester esset, diligenteris vtiq; me. Nihil verius. Etenim hæc & qualia
sunt, dñū patrē habere, & dei filium diligere: & ita consequuntur inuicem, & cohæret si-
bi, vt neutrū sine altero stare vel esse possit. Vnde & reciprocari & cōuerti possunt hoc mo-
do: Si deus p̄ vester esset, diligenteris vtiq; me, & si diligenteris me, deus vtiq; pater vester
esset. Omnes em̄ filii dei inuicē diligunt, vt pote vñ habentes adoptionis spiritū. Siquidē
nec aliter filii dei eē possent, nisi habēdo dilectionē ad inuicē. Amplius aut̄ & incōparabi-
liter illū vñ & vnicū, propriūq; & cōsubstantialē dei filiū oēs diligunt, vt pote per quem
eundē adoptionis sp̄m percipere meruerunt: q̄a quod solus erat per naturā, hoc multis
fratribus indulxit, vt filii dei nominen̄ & sint p̄ gratiā. In huius dilectione vnicī filiū, deus
pater suos filios adoptiuos discernit à filiis diaboli. Recte ergo ait, si deus p̄ vester eēt, di-
ligenteris vtiq; me, & adiecit causam, propter quā iure debeat diligi. ¶ Ego em̄, inqt, à deo
processi & veni, processi inquā ex deo, factus visibilis, q̄ erā inuisibilis: processi à deo & ve-
ni, impleta scripture, q̄ dicit: & ipse tanq; sponsus procedēs de thalamo suo. Neq; em à
meipso veni, vt s̄a p̄e iam dixi, qđ videlicet faciunt prophetæ mēdaces, qui cuncta cōfin-
gunt p̄ tumorē animi sui, arrogātia depravati, sed ille me misit. Hoc vobis iā s̄a p̄e dixi, &
laborauit clamās, rauce factē sunt fauces meꝝ. Dico ergo. L Quare loquela meā nō cognos-
cit: Quia nō potestis audire sermonē meū. L Hæc loquela mea est, & hoc testimoniu me-
um, q̄a ego sum lux mūdi, & q̄a solus nō sum, sed ego & q̄ misit me pater, & q̄a ego non
de deorū, neq; de hoc mūdo, vt vos, sed de supnis sum, & q̄a principiū ego sum q̄ & lo-

Q 2 quor

La Ley
Exod. 4
Ela. 63
Deuter. 32
Apoc. 3
Psal. 119. 21
Galat. 4
Gene. 28
Malach. 1.
Roma. 19
Roma 3
Iohann. 8
Ego em à La Causé
Psal. 68
Testimonia
Christi de
seipso

CLXXXIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

quor vobis, & quia à deo processi & veni, neq; enim à meipso veni, sed ille me misit. Quare ista loquela mea nō cognoscitis. Quare in statera rōnis nō appēditis, vt sciatis, utrū vera an falsa sit. Nungd legē nō habetis docentē, & signū vobis dantē, q; cognoscere debeat is verbū prophetæ quē deus nō misit. Habetis plane, sed hoc interest, q; non potestis audire sermonē meū, videlicet p̄ odij magnitudine, q; vobis grauis sum, ego ad. videndū, & sermo meus ad audiendū. Nō ergo mirū, q; loquela mea nō cognoscitis, q; a nolentes intelligere, nimis ad audiendū impatiētes estis. Oēs, quoq; deus pater est, sic possunt audire sermonē meū, qđo potest esuriens delectabilē capere cibū. At vero si vobis est loquela mea cut sarcina in via, & auditū sermonis mei ferre nō sustinēs, graue cor vestrū quasi p̄ labore succubit, quis igit pater vester sit, ego hactenus tacui, & vobis moleste interpellātibus ac dicētibus, semē Abrahā sumus, liberi sumus, p̄f noster Abrahā est, filii: iam nūc vobis deū patrē vestrū esse mēdāciter iactitatibus, sicut parturiēs loquor. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Quis digne queat admirari veritatē & māsuetudinē filij dei, rem tā magnā tanta cū suauitate peragentis, tantūq; iustitiae fulmen absq; cōtentioñis tēpestate iaciētis? Ecce veritatē loquēs, quā audiui, inquit, à deo, in tota cōcertatione mēdaciōñis resistētis, nusq; affirmatiōñi negationē, vel negationē opponit affirmationi, qđ solet esse initiu cōtentioñis, sed quasi p̄ circuitū gyrās, & litigiosae frōtis occursum deuitās, tandem celum & erectū superbiæ verticē percutit. Dixerūt, nemini seruim⁹ vnq; nō dixit ecōtra, falsum est, seruitis em⁹ Romanis, vel servi estis peccati. Deinde p̄ nos, inquiūt, Abrahā est, nō respōdit ecōtra, pater vester Abrahā nō est. Itē & hoc dicere ausi sunt, vnū patrē habem⁹ deū, nō opposuit ita, nequaq; patrē habetis deū. Nusq; cōtentioñe occurrit, sed circuitu sanæ & iustæ rōnis eos, q; fibi videbant sapientes, in asturia eorū cōprehendēs acerbius eos, q; estimare poterāt, percussit, dices: Vos ex patre diabolo estis. Recte ergo deus pater cū p̄ prophetā de hoc electo puero suo dixisset, dedi sp̄m meū super eū, iudiciū gentibus proferet, statim adiecit: Nō clamabit, necq; accipiet p̄sonā, nec au-detur foris vox eius, &c. Forte dices: Qūo non clamavit, nec audita est vox eius in plateis, cuius vox est hāc tā magna tāq; terribilis, vos ex patre diabolo estis. Ad hāc inquā, Vox plane magna hāc est & terribilis, q; vsq; hodie audis in vniuersis terris, in testimoniū oībus illis, q; similes Iudæis, i., inimici sunt veritatis. Veruntamen cū vbiq; audita sit, & ad hoc prolata fuerit, vt vbiq; debeat audiri, non tñ audita est in plateis, nō sonuit in triujs, quia tā rationabiliter edita est, vt nullā exinde habuerint occasionē indocti turbæ populi, cōtendēdi in plateis vel cōpitis, dicēdo, q; hic homo negat Abrahā patrē esse nostrā gentis, vnūq; patrē negat nos habere deū, & hāc atq; huiusmodi loquī aduersus Mosen & genus nostrū. Vox ergo eius nō est audita in plateis, eo modo, q; voluissent hi, q; tentabant eū, aduersarij sui; & tñ sic audita est vniuerso orbi, vt cunctis hoībus exēplo fuit tali pro suis meritis sentētia denotati, vos ex patre diabolo estis. Quod eius exēplo nos imitari, scilicet vt cōtentiosos in causa vtili arte pueniamus, veteris q;q; historiæ mysterio cōmonemur. Legimus em⁹, q; a cū ascendissent Philistæ aduersus Dauid, & diffusi essent in valle Raphaim, cōsulenti Dauid, dñs respōdit: Nō ascendes obuiā eis, sed gyra post tergū eorū, & venies ad eos ex aduerso pyro. Philistæ i nāq; qđ interpretat, potionē cadētes, tūc in valle Raphaim, i., curationū, diffundunt, quādō sanctā ecclesiā, in qua est vera animarū cura, & cognitores suos veritas à vetusto peccati seruitio liberat, cōtentiosi opprimunt, q;bus meritis exigētibus, miscuit dñs calicē soporis, & sp̄m vertiginis, vt fiat via illo rū tenebræ & lubricū, & apprehēdat eos laqueus, & in ipso cadat, quē abscōderūt, cōtra q;bs tūc Dauid nō ascendit, sed gyrat post tergū eorū: cū ecclesiasticus vir, quantū potest, contentiones declinās, secundū Apostolū dicentē, si fieri potest, qđ ex vobis est, cū oībus hominibus pacē habētes; dicta sua moderat cōpetenti circuitu rationis, vt & veritatē defendat, & tñ litigio flāmas augescere nō faciat. Hoc in dño nostro p̄z cūctis hominibus mirandū est mansuetudinis indiciū: quia nunq; vlli aduersarij ex opposito repente occurrit, sed semp aduersarios à longe rationū circūdat agminibus, quas erumpere nullius astutia possit, sicut in p̄sentī disputatione diligētius cōsiderāti luce clarius fit. Et vide quāta mora circuitos q; terribiliter tandem percutit, dices: Vos ex patre diabolo estis, p̄eunte causa pariter & subsecente, cū & p̄mittit, nunc aut̄ quāritis me interficere, & de-nuo subiungit. Desideria patris vestri vultis facere. Ita nemo in illa gente erat, q; putaret ad se pertinere qđ dicebat, vos ex patre diabolo estis. Hac etenim causa posita, non sine autoritate scripturæ talibus filijs Abrahæ veritas hoc dixit. Si em⁹ qui contra sanguinē Naboth Iezahelitæ falso testificati sunt, recte filij diaboli dicti sunt, sicut scriptum est p̄dicauerunt ieinium, & sedere fecerūt Naboth inter optimates populi, & adductis duabus viris filijs diaboli, fecerūt eos sedere contra eum. At illi, scilicet vt virti diabolici, dixerūnt contra eū testimonium coram omni multitudine, quāto magis isti recte filij diaboli dicendi

Moderatio
Christi in
sermone,

Iob, 8

Concord.
Esaie, 61.
Luc, 4

Heretici nō
cōtentiosis
verbis, sed
rationū gy
ro vincens
di sunt.
2. Reg. 8

Esa. 19
Psal. 34

Roma. 12

Artificioſa
disputatio
Christi.

3. Regū, 12

dicendi erant, q & hominē longe, imo incomparabiliter meliorem q Nabothe, interficere querebant, & adhuc deū patrem suum dicebant: Nec ista ergo talis enuntiatio calumnia patebat, quā de causa simili sacræ scripturæ autoritas dudū promulgauerat. ¶ Nec dubiū, quin sicut naturalis ratio vltro quoq; p̄sentit, maioris iræ sit, dici vel esse filium diaboli, q seruū peccati, vnde supra dixit: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam omnis quidē filius diaboli, seruus est peccati; nō aut̄ omnis seruus peccati propriæ dicitur filius diaboli. Etenim cū omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, differt tamen plurimum, vtrum optet liberari quis, & pro hoc supplicet liberatori, an ipsum peccatū diligat, & cōditiones libertatis oderit, sicut econtra nō paꝝ differt, vtrum timore p̄cenæ, an timore iustitiæ boñ opus faciat quis. Itaq; sicut maioris est gratiæ, dici vel esse filios q seruos dei, sic econtra maioris est iræ qd nunc veritas ait inimicis suis: Vos ex patre diabolo estis, q quod supra dixit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Proinde sicut hi, quorū de cordibus perfecta charitas foras misit timorē, recte nominātur & sunt filii dei: sic econtra istis, qā dili genter faciunt iniquitatē, odientes & interficere querentes liberatore, recte dicitur: Vos ex patre diabolo estis, qā videlicet illi, nō tantū peccatū faciēdo obsequimini vt serui, sed & peccatū vestrum defendendo, libenter adhæretis vt filii, & desideria eius vultis facere, scilicet ad modum filiorum, qui libenter exquirunt, vt faciant quod patri suo sit delectabile. Et quænā sunt eius desideria? Ille homicida erat ab initio, & in veritate nō stetit, qā veritas in eo nō est. ¶ Dici nō potest: quāta moderatione hic à secūda persona dei filius ad tertiam transit, atq; à p̄sentibus filiis diaboli quodāmodo auersus, quasi absentem in patrē inuehitur, videlicet verba clamori atq; amaritudini viciniora deuitās, sicut anti quā & maturā decet dei sapientiam. Plane etenim amarius sonuisse, p̄missit: Vos ex patre diabolo estis, si ita subiunxisset: Et vos ex eius imitatione homicidae estis, & veritas in vobis nō est, q cū hoc modo transiens ad tertiam personā dicit: Ille homicida erat ab initio, & in veritate nō stetit, quia veritas in eo nō est. Decentius ergo personis cōmutatis sententias edicit, nec tñ magis istis filiis diaboli parcit, dū patrem attingit, q tu cuilibet homini, dū illū in dorso, siue circa lumbos cædere incipiens, repete in caput fustē conuertis. ¶ Ille inquit pater vester homicida (subaudis vt nūc est) erat ab initio, id est, ex quo cōditus est homo. Videtur em̄ non recte dici homicidā fuisse illū, anteq; esset homo qui posset occidi. Veruntamen si ita proprietatē sequamur dictionis, nec ex eo diabolus homicida proprie videbitur dici, q hominē seduxit. Quid em̄ proprie est hominem occidere, nisi animā à corpore separare? At ille nō à corpore animā hominis, sed quod grauius est, à deo separauit. Etenim causam quidē, propter quā vtile esset, hominē mortale esse, diabolus intulit sed ipsam mortē corporis deus peccatori homini misericorditer imposuit, videlicet vt p ipsam mortē esset recuperabilis, ne esset hoīs æque vt diabolus misera immortalitas, vel misera immortalis æterna miseria, vel misera æternitas. Igitur si ad proprietatē vocis spe ctes, diabolus humanæ aīæ corruptor carnisq; vitiator, homicida tñ proprie dici nō pōt, alioquin & omnē corruptorē hominē, Verbi gratia, eū qui hæresim docuit publice, homicida declamaremus, & tanq; de homicida publicū iudiciū postularetur. ¶ Proinde qm̄ & de suip̄fius interfectione nūc loquitur filius dei, p̄mittens: & desideria patris vestri vultis facere, proprietate vocis nūc interim postposita, nōe homicidae antiquū diaboli odiū intelligere nihil vrat, quo & ante hominē conditū se intorsit aduersus eundē filiū dei, quē nunc hominē factū desiderabat, & festinabat interfici, præsertim cum & ea quæ sequuntur: Et in veritate nō stetit, &c. ante hominē in diabolo euenerint. Et reuera mox vt contra filiū dei, q solus similitudo patris est, superbo tumescēs odio, dixit in corde suo: Similis ero aleissimo, qm̄ odiū illud p m̄nus Iudæoꝝ homicidio cōsummandū erat, iam tūc in cōspectu patris, & ipfius qui hæc loquitur filij homicida erat. ¶ Igitur dū homicidis filijs homicida pater ostēditur, vt per ignorantiā patris stultitia filiōꝝ arguatur, recte vnu homicidū computatur, quod à patre mala voluntate inchoatū, maligno per filios odio consummatur, qā filij semetipsum nūc obiecerat passibilis factus, qui patrē illoꝝ e cælo deicerat, vnu idēq; dei & hominis filius: Ille inquit homicida erat. Quid deinde? Et in veritate, inquit, nō stetit, quia veritas in eo nō est. Hoc est quod pdixi, dignis in patre suo sententijs feriuntur filij diaboli. Nā quia propositio dicētis superius: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos, non placuit eis, recte & opportune illud opprobriū patris impingif eis: qā in veritate non stetit. Et hoc quidē notū est, qā nō stetit, qā pes eius, pes superbia motus est, & cecidit, & de angelo diabolus factus est. ¶ Sed qd est stare in veritate. Primū ipsam veritatē nō aliud intelligimus, nisi ipm̄ dei filiū, qui hæc loquitur. Nā & supra cū primo sic proposuisset: Et veritas liberabit vos, sic tandem cōclusit: Si ergo vos filius liberauerit, veri liberi eritis. Ergo jd ait: Et in veritate nō stetit, idē est ac si dixisset, filiū dei, verbū dei, per qd factus est ipse

Nō omnis
seruus pec
cati, ē filius
diaboli,

1. Iohan. 4

Moderatiō
diffinitiōis

Ille homici
da erat ab
initio,

Apo. 12

Vnū homi
cidiū diabo
li & Iudæo
rum,

Quid est sta
re in veris
tate,

(etenim oia per ipsum facta sunt) non dilexit. Stare namque in veritate, id est quod veritatem amare: stare vel esse in Christo, id est quod Christum diligere. Sciendum quippe est, quia propositi uncula, in semper conglutinatione dilectionis significat, ita ut nunquam deus in aliquo nisi electo & dilecto, nunquam quis nisi electus & dilectus in deo, siue in Christo, velut nunc in veritate stare aut esse, auctoritate sacrae scripturae dicatur. Igitur presumo quia ille homicida erat, statim subiungitur: & in veritate non stetit, vniuersa iniquitas eius explanari per partes inchoatur, quod primo nomine, quod est homicida, vniuersaliter exprimitur, sicut & Paulus de filiis huius loquens, cum dixisset: Repletos omni iniquitate, mox eiusdem iniquitatis multas species digessit, subiungendo: malitia, fornicatio, auaritia, nequitia, &c. ¶ Et in veritate, inquit, non stetit. Quare, quia veritas in eo non est. Hic iam plerique longum funere texentes, querunt & hoc, quare veritas in eo non est? Nunquid enim (aiunt) veritas, nulla precedente diaboli causa, creaturam suam reliquit, & in illo esse noluit, atque idcirco ille in veritate stare non potuit? Absit. Repugnat valde textus & ordo literarum presentis. Primum enim dictum est: Ille homicida erat ab initio, ac deinde subiunctum est, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Itaque si quereras, quare in veritate non stetit? Respondemus, quia veritas in eo non est. Si quereras, quare veritas in eo non est? Dicimus quia ille homicida erat. Hoc etenim diabolo est in veritate non stetisse, eo quod in eo veritas non sit, quod est istis filiis eius Iudei non manere in sermone dicentis: Si vos maledicere in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos: non manere in qua in sermone eius, propter id quod postmodum improverat illis dicens: quia sermo meus non capit in vobis. Quae fuit autem ipse causam ab illis, cur sermo suus non capiat in eis, dicens? Quare loquelam meam non cognoscitis? Et protinus respondit: Quia non potestis audire sermonem meum, id est, prae immensitate homicidalis odii, grauis & intolerabilis loquela mea vobis est ad audiendum. Igitur & pater ipsorum diabolus idcirco in veritate non stetit, quia veritas in eo non est, id est, in eo non capit, & idcirco veritas in illo non est, quia homicida est ab initio, veritate quae est ipse dei filius, semper abhorrens ineffabili odio. ¶ Proinde patet exigit intentio dicentis, ut singulis, quod de patre illogum diabolo dicunt, singula de ipsis filiis eius hoc modo subaudita reddant. Ille pater vester homicida erat ab initio, & vos nunc haereditario me queritis interficere odio. Ille in veritate non stetit, & vos eadem superbiam permouit, non vultis manere in sermone meo, ut veritas vos liberet, & vere liberi sitis. In illo veritas non est, & in vobis sermo meus non capit, & vos loquela mea non cognoscitis. Sequitur. ¶ Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquif, quia mendax est, & pater eius. ¶ Praecedens clausula sic terminata est, quia veritas in eo non est. Constat autem, quia creatura rationalis, in quacumque veritas non est, mendacium loquitur. Nihil enim est medium. Et idcirco necesse est, ut in quocunque veritas non est, contrarium eius, id est, mendacium in illo sit. Non igitur opus erat, ut cum dixerit: quia veritas in eo non est, subiunxerit, in illo esse mendacium, vel eundem loqui mendacium, sed hoc solum dicit, & audiri res postulabat, unde audierit vel didicerit mendacium. Itaque recte postquam dixit: Veritas in eo non est, sic annexuit: Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. ¶ Cum loquitur inquit mendacium, id est, cum loquitur aliquid quod sine dubio est mendacium. Omne enim quod loquitur iste mendax homicida, mendacium est, etiam si sit aut eueniatur quippiam eorum, quod esse vel futura esse dixerit. Nihil enim corde simplici, nihil omnino loquitur absque intentione fallendi. Primum eius dictum, quod ex sanctis scripturis habemus, nec est, nec erit. scilicet: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Quis enim in nubibus & quabitur deo, aut quis similis erit deo inter filios dei? Secundum nihilominus quod dixit: Comedite, & eritis sicut deus, nec est, nec erit. Quis enim, inquit Psalmista, sicut dominus noster, qui in altis habitat? At vero quod eum dixisse legimus: Si filius dei es, mitte te de ore sum, scriptum est enim: Quia angelus suis mandauit de te, & in manibus tolleret te, ne vnum offendas ad lapidem pedem tuum, est quidem scriptum, sed cum intentione fallendi duplice corde hoc dixit, videlicet ut cor filii hominis, quem sanctum esse inuidet, in vanam gloriam efficeret. Igitur mendacium est, omne quod hic homicida loquitur. ¶ Sed unde mendacium accepit, vel didicit? Ex proprijs inquit loquitur, quia mendax est, & pater eius. Sic breui descriptione diabolus mendacem expressit, ut totius mali originem satis intellectum habetibus aperuerit, unde cœpta sit: Mendacium, inquit, diabolus ex proprijs loquif, id est, ex proprio corde configit, & ita mendax est, ut mendacij quoque pater sit. Ac si diceret: Idcirco dixi diabolus mendacem mendacium loqui ex proprijs, quia pater eius est, subaudis mendacij. Pater autem dico, id est, auctor & inuictor. Superbia namque tumes, maluit refugia fieri pater mendacij, quod apud altissimum patrem veritatis persistere inter filios dei. Et hoc modo pater mendacij illud sibi videbat adipisci, quod dicebat in corde suo: Similis ero altissimo, si cum ille veritate de seipso genuisset, ipse ex contrario mendacij per existeret. ¶ Quid ergo inquis? Nunquid quia diabolus pater dicit mendacij, mendacium econuerso dicendum est filius diaboli; sicut qui altissimus dicitur deus, & est pater veritatis, veritas econuerso dicitur, & est filius dei? Non. Nec

Roma.ii

Qui a veritate in eo non est,

Idem mos
res diaboli
& Iud.Esa.14
Psal. 88:
Gene.3:
Psal. 112:
Matth.4:
Psal. 90Esa.14
Mendacium
non debet dici filius dia
boli, sicut
veritas de
filius dei.

Nec enim mendaciū substantia est, ideoq; non & que vt veritati dei, quę proculdubio substā
tia est, hoc nomen qđ est filius illi substantialiter aptari p̄t. A līter altissimus pater veritatis
& aliter diabolus dī pater mēdaciū, aliterq; veritas altissimo, atq; aliter mēdaciū inest dia
bolo. Veritas quippe substantia est, & cōsubstantialiter de secreta altissimi substantia nata ē:
mendaciū vero, tanq; rubigo argēti, sic angelicæ creaturæ accidēs est. Diciturq; & est de
us pater veritatis, vt verē genitor cōsubstantialis sibi filij, p̄ quē oīa fecit. Dicit vero & est
diabolus pater mēdaciū, vt accidētis author & inuētor vitj, per quod nullā oīo substā
tiam, & ne muscā quidē, aut extremū vermiculum fecit, sed quādā eōe quę à deo facta
sunt, nequiter infecit. ¶ O stultū & ignominiosum patrē, dī digne illudēdum diuinæ pa
ternitatis assimilatōrē. Nonne tibi dī creatura petulca, satius erat de viro legitimo, i. crea
tore tuo veritatē, quę semē est eius, debito cū amore cōcipere, qđ sexus tui p̄sonas, i. coes
tentiales spūs p̄ phantasticos cōcubitus mēdaciū fluxu polluere. Cuncta em̄ rationalium
spirituū vniueritas, cuius tu adulter spūcissime partē magnam polluisti, vna mēte vnum
virū creatorē suum ambire, suamq; inopis naturā substātiā, tantæ substātiæ semine, qđ
est veritas, locupletare debuit. Vnde em̄ sunt oīs filij dei, nisi q̄a participauerunt verbo, p̄
quod & facti sunt, qđ est vnicus filius dei? At tu superbe & impure tanti patris amore de
spexisti, & eidem, bonum de corde suo verbū in subiectā quoq; creaturam eructuanti,
proprium qđ eructuando de corde tuo, similis esse affectasti. Sed tā aduersa & puersa mē
te qđ eructuare posses, nisi qđ illi verbo cōtrariū esset? Est aut illud verbū veritas. Quid
igitu nisi mendaciū ebullires? ¶ Itaq; quēadmodū fœia naturalē vsum in eū vsum, q̄ est Ignominia
contra naturam, cōmutans, nullam hoc modo gignit substātiā, sed tantūmodo sui & sa cōparatiq;
alienorū corporū pollutionē, sic tu, dum relicto deo proprium qđ de teip̄o generare vis, Roma. 10
mendacium qđ nulla substātiā est, adinuenisti, & p̄ illud tu quidē nil creasti, sed libidini
tūz consentientes spūs, tuos esse filios. i. vt tu mendax es, mendaces effecisti. Solus em̄ de
us, q̄ cunctis quę generant vim tribuit generandi substātiā de seip̄o generare absque
consorte potuit, p̄ quam & in principio cuncta fecit, & nūc v̄sq; quosdam ex hominibus
deos, ac dei filios efficis, beatis confimiles angelis.

¶ Finis Libri Octauī.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELI-

stam Commentariorum Liber Nonus.



Apiētissimus Salomon dicit: Sicut q̄ mel comedit multū, nō est ei Pro. 27
bonum, sic q̄ scrutator est maiestatis, opprimet ab ea. Scrutator Scrutatori
autē maiestatis ille est q̄ iudicioz̄ dei abyssum multā penetrare cō maiestatis
tendēs. Verbi grā, dum legit vel audit hoc, quod p̄senti loco de Psal. 35
diabolo dictū est: Ille homicida erat ab initio, & in veritate nō ste
tit q̄a veritas in eo nō est &c. inextricabilibus semetiōm q̄stūculis
nīmī temere & interdū pueriliter obuoluit, dicēs? Si cūcta fecit Gene. 1
deus bona valde vnde malum? Aut quō bona substātiā inesse vel
innasci potuit? Itē, cur inq; deus angelū illū fecit, quē adinuēto
rē mali fore p̄sciuit? Vel certe cur nō talē oīem rōnalem creaturā
cōdidit, quā oīo impossibile esset corrūpi, vel in vitium labi? Cur nō oīs & que vt semer
ip̄m p̄ naturam incōuertibiles esse fecit? ¶ His atq; hmōi quāstūculis nīmī scrutato
res semetiōs implicantes, q̄plurimi à gloria maiestatis oppressi sunt, & tanq; multo mel
le satiati semetiōs cōuomuerūt, vt, Verbi grā Manichæi. q̄ ab initio fuisse dixerūt gentē
tenebraz̄, quā nō fecerit, sed cū qua pugnauerit deus, & cū detrimēto sui supauerit, & inde
partē eius. s. dei, i. electoꝝ aīas in isto p̄sensis vitæ exilio captiuā detineri, & de eiusmodi
gēte tenebraꝝ istos genitos esse, qbus nūc veritas ait: Vos ex patre diabolo estis, & q̄cūq;
illis sunt similes. ¶ Igit altitudinē diuinitaḡ sapiꝝ & sciꝝ dei, incōprehēsibilia iudicia eius Roma. 11
& inuestigabiles vias eius, cū Ap̄lo venerantes, hoc solū iuxta p̄dictum sapientē dicimus,
q̄a oīa propter semetiōm fecit deus, impiū quoq; ad diē malū. i. illū quoq;, quē p̄sciuit Prouer. 16
mali proprio vitio futuz̄, fecit propter semetiōm, sciens & hoc v̄tiq;, q̄ malitia eius vti
posset ipse in bonum. ¶ Nunc demū descripto iam patre seminis nequā, filiorumq; scelē
ratoꝝ, qđ de semetiōs filius dicat, audiamus. Sequit. L Ego autē, quia veritatē dico vo
bis, non creditis mihi. Illius (inquit) qui homicida erat ab initio, & in veritate non stetit dæorum p
guia veritatis in eo non est, vos desideria facere vultis, mihi autem non saltē creditis, non ueritas,

CLXXXVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. VIII.

aliam ob causam, nisi quia veritatē dico vobis: Quid isto puerius? qd tali oculo nequius?
**Roma 1
Esa. 5** Quid magis obliquū aut transuersum, qd nō credere cuiquā eo q veritatē dicat, cū ecōtra
 rīo magis illi credendū fuerit, eo q veritatē dicat: Sed ne mireris, isti etem de patre diabo
 lo sunt. Generatiōis aūt diabolicae propriū, hoc est, vt sit mēdax, & cōmutet veritatē dei
 in mendaciū, dicendo. s. bonū malum, & malum bonū, ponēdo dulce in amarū, & amarū
 in dulce, vocando lucē tenebras, & tenebras lucē. Isti igit, qm̄ veritas ē, & falli nō pōt ipe,
 qui dixerat eis: Vos ex patre diabolo estis, necesse erat, vt maxime propter hanc causam
 nō crederēt illi, qd veritatē dicebat eis, & idcirco lucē tenebras vocarēt, qd lumē suū fun-
 debat inuitis. Sed hoc impudēti contētione astruētes, cito causa cadūr, nullius em̄ habent
 rōnis patrocinū. Vnde & subdit: L Quis ex vobis arguet me de pētō? Si veritatē dico,
 quare vos nō creditis mihi. Magna plane mansuetudo filij dei, qua p̄cūndari dignat, qd
 eu de pētō arguere velit aut possit, cū ipe ad relaxanda pētā venerit, magna nihilominus
 iustitia, cuius consciā talem apud maleulos auditores propositionē facit, magna itidē &
 tuta veritas dicētis: Si veritatē dico, quare vos nō creditis mihi. ¶ Recete ergo propheti
 co testimonio Psalmista, cū dixisset: Intende prospere procede & regna. Statim subiun-
 xit: Propter veritatē & mansuetudinē & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.
Psal. 44 Quo aūt illū sua in p̄sentia dextera deducit: Vsq; ad victoriam iudicij, ad cōfutandas
 rebelles consciās inimicōrē regis. Eo nanq; tēdit, vt agnoscāt, qd in die iudicij nullā inde-
 fint excusationē habituri, qd nō crediderūt illi, p̄fertim cū nec eodē sic proponētē possint
 obīscere: Fecisti aut facis hoc vel illud. Proinde nec poterant in eu iactare illud, qd iam
 vulgo dī, cuius vita despiciēt, restat vt & p̄dicatio eius contēnat. ¶ Sic & cōstanter humi-
 les, & humiliter cōstantes suos quoq; discipulos esse cupit in authoritate p̄dicationis, cum
 dicit: Et quicūq; nō receperit vos, exeentes foras de domo vel ciuitate, excutere puluerē,
 de pleibus vestris, in testimoniu eoꝝ. Quid em̄ est p̄dicatori, puluerē quoq; q de ciuita-
 tibus reproboꝝ pedibus eius adhāsit, excutere in testimoniu eoꝝ, nisi leuia quoq; pēta,
 sine qbus humana nō pōt oīno vita transfigi, publice plangere, & quotidianis hāc emun-
 dando remedijs, de cātero vestimenta sua. 1. mēbra totius corporis, ab omni luto vita car-
 nalis impolluta custodire. ¶ Qui ergo discipulis hoc p̄cipiebat, vt vestimenta sua sic excute-
 rent, vt iuxta q Salomon ait: Omni tpe vestimenta tua sint candida, & oleū de capite tuo
 nō deficiat, sancte viuēdo pacē euangelizare, digne prior ipse vestimentum suū mundū,
 & nulla excussiō indigēs ostēdebat istis, dices: Quis ex vobis arguet me de pētō? Dicit aūt
Ecc. 9
Matth. 10
Luc. 10 de cōfēitoribus eorundē excusōꝝ: Amē dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomōꝝ
 & Gomorrhāꝝ in die iudicij, q ciuitati illi. Quanto magis isti inexcusabiles erunt, qui
 hunc de nullo q̄uis exiguo pētō arguere valētes nō recipiūt: Igit cū dixisset: qd ex vobis
 arguet me de peccato, cōtinuo subiunxit: Si veritatē dico, quare vos nō creditis mihi,
 vt ita conuēti consciās suas interrogēt, quā excusationē habere possint in die iudicij & p-
 tinus addit: Qui ex deo ē, verba dei audit, propterea vos nō auditis, qd ex deo nō estis. ¶ Tāq; diceret: Quid aduersum me resultatis, dicētes Vnū patrē habemus deū? Omnis qui
 ex deo est, dinoscit hoc signo euidēti, qd habet aures audiēdi, & audit verba dei. Vos aūt
 non auditis, sed estis sine auribus ad omne qd deus loquit, & hoc palam oībus est, ex eo
 maxime, qd me quāritis interficere, sicut paulo supra dixi, qd sermo meus nō capit in vo-
 bis, igit ex deo nō estis, & propterea nō auditis. Quid deinde restat, nisi sic esse vt dixi, qd
 vos ex patre diabolo estis. Itaq; breui cōclusione terminata est tota cōfutatio istoꝝ, qd pa-
 trem suū Abrahā esse iactitantes, vnū quoq; patrē deū se habere mētiti sunt, ex quo vanā
 defensionē suam adorti, dixerunt: Semen Abrahā sumus, & nemini seruivimus vnquā.
**Qui verba
dei audit,
ex deo est.** ¶ Verunth diligentius considerandū est, qd sit, qd dictum est: qui ex deo est, verba dei au-
 dit, propterea vos nō auditis, quia ex deo nō estis. Quid em̄ est esse ex deo, & idcirco ver-
 ba dei audire, vel ecōtra ex deo nō esse, & propterea nō audire? Nulla plane esset quaſtio
 si ita dictū fuisset: qui verba dei audit, ex deo est, propterea vos ex deo nō estis, quia nō au-
 ditis. Cōstat em̄ & vulgo quoq; notū est, qd ex quo verbū fidei suscipit, & in Ch̄o ren-
 scit homo ex deo est, & ad deū pertinet, Iohanne hoc idē tāstante, quia oīis spūs, qui cōfi-
 tet Ch̄m in carne venisse, ex deo est, & ex eo quālibet ex deo nō esse cognoscim̄us, qd ver-
 ba dei nō audit, vt in regenerationē dei transferat. Sed propterea (inquit) vos non audi-
 tis, quia ex deo non estis. ¶ Igit quid sit ex deo esse, vel non esse, & propterea verba dei
 audire vel non audire, cū authoritate sacræ scripturæ, quārētes primo ad memoriā re-
 uocemus causam, cur hēc dicta sint, ne vllā vobis nebula iam aspergat hārefis Manicheo-
 rum, qui de his dñi verbis dicere soliti sunt. Ecce quia duā naturā sunt, vna bona, & alte-
 ra mala, dñs dicit: Propterea vos non auditis, quia ex deo nō estis. Dicta sunt vtiq; hāc pro-
 pter elatam nimis ludacriꝝ superbiam, quia (vt dictum est) se solos ex deo esse pr̄sumeban-
 t, videlicet secundum I saac, quem ex deo Sara steriliſ & longea, ex deo inquam, i-

per

1. Iohan. 4

Quid ē, hic
ex deo esse.

Gene. 17

per dei reprobationem, & non per carnis accepit consuetudinem, quod Agar Ismaelem, q[uod] profecto (sicut iam superius dictum est) naturale est, vt de viro quis veterano iuuencu Libr. la concipiatur, qualis erat Agar, vt autem unus, praeferuntur sterilis (qualis erat Sara, qualis erat Elisabeth) concipiatur, dei donum est. Hoc scientes, se solos (vt dictum est) ex deo esse, se solos pre Luce, sumebant esse filios Abrah[ae]. ¶ Aduersus h[ab]m[us] estimationem veritas praesens: Qui est ex deo (inquit) verba dei audit, propterea vos non audit, q[uia] ex deo non estis. Quod est dicere: Qui non in illa multiplici superfluitate naturae est, de qua deus post peccatum primi hominis dixit ad Euam, matrem cunctorum viventium: Multiplicabo etrumnas tuas, & cōceptus tuos, sed ex illa benedictione, qua in paradiſo ante peccatum benedixit eis, dicet: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicitate eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus coeli, & universis animantibus quae mouentur super terram, de qua potissimum benedictione, ille pater noster Isaac exitit, de cuius nobili ortu vos secundum carnem plurimum gloriamini, hic verba dei audit. Constat quippe quod omnes sancti & electi qui nunc Roma, per Christi gratiam vocantur, iustificantur, meritisque diuersis magnificantur, omnes (inquam) & finis eadem praerogativa meritorum, eadem tamen prouidentia dei, qua & Isaac, praesciti & prae destinati generantur, & omnes ex illa benedictione sunt, qua primos homines ante predictum (ut predictum est) benedixit deus. ¶ Illud quoque certum est, q[uia] nisi peccatum admissum fuisset, illi tantummodo nascerentur, quia nunc per Christi gratiam liberantur. Illi autem omnes qui nunc in perditione relinquuntur, ex illa maledictione sunt, qua dictum est ad mulierem: Multiplicabo etrumnas tuas, & conceptus tuos, quia nisi peccatum (ut iam dictum est) praecessisset, nullatenus ista sylva (qua ad nihil aliud est, nisi ut excidatur, & in ignem mittatur) de radice carnis nostrae succreuerit. Igis qui est ex deo (inquit) id est, ex benedictione illa, qua deus omnes ad vitam pertinentes nasci iussit, hic verba dei audit, i.e. praevente gratiae dei aspiratione obaudit, ad eandem vitam, quam intercipiente pruaricatione perdiderat reuocanti. Et propterea vos non audit, quia non (vixi vos putatis) & que ut Isaac pater vester secundum carnem, ex illa benedictione, sed ex maledictione, quae peccatum consecuta est, multipliciter & superflue pullulastis, testante propheta: Quia de aquis Iuda existis, i.e. non ex fide patrem, sed ex sola carne traducti existis. Sequitur: Respondent ergo Iudei, & dixerunt eis: Nonne bene dicimus nos, q[uia] Samaritanus es tu, & demonium habes? Causa superiori terminata, congrue satis Evangelista sequenter orditur, dicendo: Respondent igitur. Nam haec tenus ab eo loco, quo dictum est: Semen Abrah[ae] sumus, & nemini seruimus inquam. In hoc Iudei steterunt, ut seipso ex antiqua carnis nobilitate ad deum pertinere, tantumque Iudeorum, & non etiam gentium, deum esse confirmaret. Sed confutati sunt, & ita obstructum est os eorum, ut ramos oleastri, q[uia] contra naturam inserti sunt in bonam oliuam, iam curandum non sit, quod naturales rami non fuerint. i.e. nobis qui cōuersi ex gentibus in fide patriarcharum stamus, curae esse non debeat, quod secundum carnem filii Abrah[ae] non sumus. Igis q[uia] causa ceciderunt, & ratione superati sunt, furiose ad coniunctionia proruunt, quod si athletam fortissimum victus, & solo deiectus aduersarius, quia ferire non potest armis, petat spumosis dentibus: Nonne (inquit) bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Ecce duo quasi peccatoris argumenta. Dixerat enim: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritate dico, quare vos non creditis mihi? Ergo ne intactus abiret, impingunt duo haec, quod & Samaritanus esset, & demonium haberet. ¶ Sed aperte metita est iniquitas sibi, q[uia] profecto haec verba non sunt demonium habentes, sicut & turbæ quodam loco testantur, dicentibus pharisæis: Demonium habet, & insanit. Quid enim eum audit? Igitur iuxta quod & quidam sapiens dicit: A facie verbi parturit factus, sicut gemitus partus infantis, cito per furiosum stultitiam suam partum, verum esse testati sunt, quod dixerat veritas, q[uia] ex patre diabolo essent, qui ex proprijs loquuntur mendacij. Non enim cum paruo amaritudinis suam formam blasphemiam hanc enixi sunt, quam de patre suo, patre mendaci conceperunt filii mendaces, animæ adulteræ & fatuæ a facie verbi, ab increpatione veritatis mendacium parturiætes. ¶ Porro, ubi vel quoniam dixerunt, quod demonium haberet, & in hoc Evangelista superius, & in ceteris similiter inuenimus. Nam & supra dixerunt: Demonium habes, quod te querit interficere? & ipsum quoniam Belzebub vocauerunt, dicente ipso apud Matthæum: Si patrem familiæ Belzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Verum ubi vel quoniam Samaritanum illum vocauerunt, vel unde huiuscemodum occasionem nasci sunt, apud neminem Evangelistarum inuenimus, nisi forte pro eo quod apud Samaritanos, quibus utique Iudei non contrebantur, biduo manuit & docuit, ut idem hic Evangelista refert longe superius. Respondit eis Iesus: Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos in honore mei. Hoc loco cum dicit: Ego demonium non habeo, nusquam a magna mansuetudine sua recedit, qua (ut superius iam dictum est) neminem refellere consuevit, Aliud namque est, cum interrogatus quis negat, Mansuetus atque do Christi,

Nati sub
maledictis
ne ex deo
non sunt

Matth.,

Esa. 48

Stulta ludu
orum blas
phemia
Psal. 26.
Iohann. 10
Ecclesi. 19

Iohann. 7
Matth. 10

Iohann. 4

Mansuetus
do Christi,
atque

atq; aliud, cum id qd; alius affirmauerit, ipse ex opposito consistes, alius denegat. Hoc plane interrogando dixerant: Nonne bene dicimus nos, qa Samaritanus es tu, & dæmoniu habes? Cæteri & supra dixerunt cū affirmatiōe, dæmoniū habes, qst te querit interficere, & paulo post dicturi sunt nihilominus affirmantes: Nunc cognouimus, qa dæmoniū habes. Igit & in hoc mirabilē seruat mansuetudinis atq; veritatis suā tenore, q vnu idemq; opprobiū & hic interrogatus negat, & alibi tacita patiētia dissimulat. ¶ Porro, quantūcunq; ob causam dicant illū Samaritanū, quē vtq; non ignorabat genere esse ludæū & à loco Galilæum, de quo & supra dixerunt: Scrutare & vide, qa propheta à Galilæa non surget, illud mirū est de paruulis istis, quos inuidia occidit, qnō cōtra semetipos suām dixerunt, ita vt iuxta Psalmistā recte de hoc etiam dici possit: Quia sagittæ paruulorū factæ sunt plaga eorū, & infirmatae sunt contra eos lingua eorū. Si em̄ pro causa qualibet extrinsecus accidenti, quam tñ nulla significatione exprimunt de hoie naturaliter ludæotā cito facere volebant Samaritanum, qnō ipsi querentes interficere hoiem, q veritatem lo quebat eis, qd; Abraham non fecit, dicebant: Semen Abrahæ sumus, pater noster Abrahæ est, & vnum patrē habemus deum, & irascebant sibi non esse concessum? Sed iam ipsum

Qnō Chrs attendamus veritatis & sapientiae responsum: Ego (inquit) dæmonium non habeo. ¶ Notan-
est Samari- dum quod nō ait: Ego Samaritanus non sum: Profecto dum de hac parte inecti oppro-
tanus. brij silentio suo satis indicat, q a genere vel communione, quam ludæi cum Sama-
ritanis non habebant, esse Samaritanū vel Iudæum, aut certe Græcū nontanti est, vt qsq; animū aduertere, aut vllam operam dare debeat ad eluendū vel remouēdum à se huiusc

[†] denomi- nationis [†] dominationis opprobriū. Alias aut & vere iuxta mysticū sensum, quē tamē Iudæi non attredabant, Samaritanus est dñs noster Iesus Chrus, sicut ab ipsis nominis interpretatiōe palam oībus intelligi daf, Samaritanus etem interpretat̄ custos. Quis aut nisi ipse verus & puigil, nō dormitans, neq; dormiens humani generis est custos? ¶ Quapropter in il-

Luc. 10 la insigni parabola, quam sic inchoat: Homo qdam descēdebat ab Hierlm in Hiericho, & incidit in lairones, pulchrum seiōm Samaritani illius nomine & ope commēdat, q facies iter venit secus eundē hominē, & alligauit vulnera eius, infundē oleum & visum. Prospiciens etem iste custos noster de excelsō sancto suo, de cœlo in terram aspiciēs, vidit genū humanū à latronibus despoliatū, & plagiis impositis semiuiuū relictū. i. à diabolo deceptore dignitate suā conditiōis exutū, & creatoris sui non quidē imagine, sed sola similitudine nudatū, qd; erat semiuiuū esse relictū. Rationē secundū quam ad imaginem dei factus est, homo nō perdiderat, sed imitationē bonitatis eius, secundum quam ad dei filiu dinem factus erat, amiserat. Vidiit (inquam) genus humanū sic semiuiuū, & appropiauit, proximns em̄ noster factus est & absq; peccato nostri p omnia similis, & omnem curam, quam eadē parabola prosequit, adhibuit. Igit de hoc nomine qd; est Samaritanus, recte custos hominū dñs noster tacuit, & tacendo satis laudauit. Hoc autē quod nullius boni

Honorare notam retinet, interrogatus non bene dictum esse respondit, dicens: Ego dæmoniū non deum & in habeo. Sed qd; Honorifico (inqt) patrē meum. ¶ Hæc ergo cōtrario modo opposita esse honorare si constat, dæmoniū habere, & patrē deū honorificare (iō authore) q aduersariā proposi lium dei cōtioni qua dictum est: Et dæmoniū habes, respondes sic opponit: Non, sed honorifico pa traria sunt. trē meum. Amplius honorificare deū, & inhonorare dei filiu, opposita sunt: q a non folium sensu, sed & voce contraria sunt. Proinde dæmoniū habere, & deū inhonorare, voce quidē diuersa, sensu autē paria sunt. Igit dum sic respondet mansuetus & verax: Ego dæmoniū non habeo, sed honorifico patrē meū, & vos inhonorastis me, opprobriū inimi coꝝ retorquet in caput ipsoꝝ, vocis qdem deuitans horrisonam, turpitudinē, ne dicaret: vos potius dæmoniū habetis, rei autē retinēs veritatē, q a nisi reuera dæmoniū haberet dei filiu non inhonoraret. Quo dicto statim pueris illoꝝ cogitationibus occurrit, dicens:

Psal. 49 L^{uc. 16} Ego autē gloriā meā non quāro, est q querat & iudicet. Existimabant em̄ iniqui, q ille esset sui similis. i. q vanā querēs gloriā de seiō testimoniu phiberet, & ea mēte diceret. Quis ex vobis arguet me de pctō: & his similia, qua & illi, qbus recte dicebat: Vos etis q iustificatis vos corā hoībus, deus autē nouit corda vestra, & hmōi q plurima. Talem quippe illū haberi cupiētes, superius dixerūt: Tu de seiō testimoniu perhibes, testimoniu tuū non est verum. ¶ At ille instantū nulli vñquā adulatus est, vt in ciuitate illoꝝ magna, & ampla, vel vnius noctis hospitium habuerit, sed semper foris, & in Bethania maxime hospitatus fit. Non em̄ quēadmodū homines, mundi huius amatores gloriā suā querentes, & in domibus regum esse festinantes, oībus adulant, & idcirco recte mollibus vestiti dicunt, nō (inquam) ita & ipse fauorē illoꝝ optabat, vt sibi ab eis quantocius regiē salutēes acclamarenf, & diceret. Viat rex Chrus, & sic ab hoībus vel p hoīessup soliū Dauidū sublimaref. Quod si quippiam talem expectaret ab eis, non vtq; sic argueret eos in veritate, vt & pauloante non tacuerit, dicens: Vos ex patre diabolo estis. Verissimē ergo ait: Ego

Ego gloriam meā non quero. Et protinus adiungit: Est q̄ querat, & iudicet. Tuti ergo valde animi verba sunt hæc. Quō em̄ gloriam Christi sui, gloriam regni, gloriam sacerdotij eius non quereret & iudicaret? Quō hanc eius confidentiam non agnoscebant? Iurauit em̄ dñs Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam sup sedē tuā: Hoc de gloria regni eius dixit sp̄us propheticus. Item de gloria sacerdotij eius: Iurauit dñs & non p̄cnebit eum, tu es sacerdos in æternū secundum Melchisedech. Erant ergo inimici veritatis, & cum patre suo, patre mendaciū diabolo confilium insipiens inebiant, quō quasificationabiliter confilium dei spernāt in semetipſis, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos, & hoc modo impleant scripturam dicentē: Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dñm & aduersus Christum eius. Nam reuera qui iurauit (vt supra dictum est) rite prouidebit sibi, ne iuramentum suū irritum sit. ¶ Quæret em̄ & iudicabit gloriam Christi sui, vt sitis vos inimici Iudei, quasi tē pestas transiens, ipse autem q̄si fundamentum sempiternū, videntibus cunctis & audientibus vniuersis, sententiamq̄ laudantibus, q̄a reos maiestatis gloria sui filij inuidos, dñs cœlog duplii contritione conterēdos iudicabit vos, ipso rege loquēte ad vos in furore suo, & in interitu vestro ridēte ac dicēte: Ego aut̄ cōstitutus sum rex ab eo sup Sion montem sanctum eius, prædicans præceptū eius: Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi ḡetes h̄ereditatē tuā, & possesstonē tuā terminos terræ. Sequit: Amen amen dico vobis, si qs sermonē meum seruauerit, mortē non videbit in æternū. In eo quo cœpit veritas sermone p̄seuerat, singulare vnde cūq̄ constantia totius exemplarū, primamq̄ propositionē lassatū aduersarijs eodē sensu, paucis tñ verbis demutatis, iterat. Supra nanq̄ sic proposuerat: Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos: Nunc vero inquit: Si qs sermonē meū seruauerit, mortē non videbit in æternū. Profecto manere in sermone, i.e. sermonem seruare, & mortē nō videre in æternū, ip̄a libertas est, de qua illuc dictū est: Et veritas liberauit vos. ¶ Hoc ergo in seipso prædocuit, vt cū maloꝝ pueritas crescit, non solū frangi prædicatio non debet, sed etiā augeri. Illud tñ p̄tereundū non est, q̄a cū prius ad secundā p̄sonā sermonē dirigēs dixerit: Si vos manseritis in sermone meo &c. tertia nunc vti p̄so namaluit, dicēs vniuersaliter: Si qs sermonē meū seruauerit. Nec em̄ decebat, vt eis, q̄bus iam dixerat: Vos ex patre diabolo estis, data iam sūta de p̄ditione illog, cōditionē: iteꝝ ingereret eisdem vitæ & salutis. Dixerunt ergo Iudei: Nunc cognouimus q̄a dæmoniū habes: Abraham mortuus est, & prophetæ & tu dicis: Si qs sermonē meum seruauerit, mortē non gustabit in æternū? Nungd tu maior es patre nostro Abraham, q̄ mortuus est? Et prophetæ mortui sunt. Quē te ipsum facis? V̄ere stultis, quales maximē isti sunt illud p̄ctū, cuius & serui sunt, ita vt cum studio contētionis aduersus dei sapiam dimicāt, quæ sint elementa exordij sermonis dei, nec dum se scire indicant. Vbi nā cor suum dereliquerunt, & aures suas deposuerunt, tam multa clamāte scripture, de morte peccatoꝝ pessima. Verbi gratia, dum dicit: Quia non infernus confitebit tibi, neq̄ mors laudabit te non expectabunt q̄ descendunt in lacū veritatē tuam, vel, q̄m non est in orbe q̄ memor sit tui, in inferno autem quis confitebit tibi? & his similia. Nempe de hac morte vera, de hac morte mala dicebat veritas: Si qs sermonem meum seruauerit, mortē non videbit in æternū. At illi qui iam æternā morti inhæserant, & eandem mortē cui inhæserant, non videbant, dum solam mortē carnis aspicerent, in veritatis sermone caligabant. Dixerunt ergo: Nunc cognouimus, q̄a dæmonium habes. Et vnde d̄ paruuli possessores stultiz̄, tantæ rei nacti estis notitiam? A maioribus (inquiunt) capimus argumentum, Abraham em̄ & prophetæ mortui sunt, q̄ & maiores q̄ tu fuerunt, & sermonem dei meliorem, magisq̄ tuo sermone authenticum seruauerunt. ¶ Quē ergo te ipsum facis? Quousq̄ tendis supra temetipsum, vel cuius ad mensuram magnificas te ipsum, cuius mēsuram nos om̄es nouimus, videlicet qđ sis homo Galilæus, fabri filius? Talis vtiq̄ percunctatio dicētum, Quē te ipsum facis, nimis iniuriosa est: Quis em̄ aliud se ipsum facit, q̄ est, nisi is, in quo veritas non est, mendax & mendaciū pater, & omnis hypocrita & nequam, q̄ vtiq̄ ex parte eius est? Ita ergo dente putrido sapiam commordentes, & pede falso veritati resistentes qualifint retusi responso audiamus & nos. Respondit Iesus: Si ego glorifico meipm, gloria mea nihil est. Est pater qui glorificat me. Ne hæc dicta ullam filij dei impotentiam sonare videant, tanquam minus patre deo filius dei gloriōsus sit, hoc primo sciēdum est, quod nemo, nisi alienæ raptor gloriae, se ipsum glorificare æstimandus sit. Qui enim se iacat & dilatat, confidēs in corde suo, exemplo illius, qui primus creatoris sui communione contempta, subim̄et in corde suo loquens: Sedebo (inquit) in monte testamenti, in latribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo: ille (inqua) q̄ ia stando, & dilatando se hunc imitatur, glorificare se ipsum dicēdus est, eiꝝ recte dicitur: Quem

Psal. 131

Psal. 109

Luc. 12

Psal. 2

Graue iudicium iudæ Prouerb. 10

Psal. 2

Non cessarū dum a prædicatiōe ppter malos

Mortē non gustabit in æternū Hebre. 9 Psal. 33. Esa. 38 Psalm. 4

Prouer. 28 Esa. 14

Prouer. 28

CXCII. RUPERTI IN IOHAN. CAP. VIII.

Philip. 2 Quem teipm facis, qd stultus ē, & iurgia cōcitat, dum supra semetipm se extendit, socialē
 comparū charitatē deserēs, inferiorumq; charitatē fastidiens. Ergo dei filius non seipm
 glorificat: nam ecōtra cum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est & quale esse se deo,
 sed semetipm exinanuit, formam servi accipiēs, in similitudinē homin factus, & habitu in-
 uentus vt homo, humiliauit semetipm, factus obediēs patri vscq; ad mortē, mortē autem
Aeclis glo- crucis. ¶ Igit non, vt Arrius impiē calūniatus est, impotētiam suam dei filius testat, cum
 ria patris, dicit: Si ego glorifico meipm, gloria mea nihil est, est pater meus q; glorificat me, sed cō-
 & filij cordē cum patre exprimit charitatē, qua se non solū nunq; à patre diuisit, sicut calumnia-
Iohan. 17 tur isti dicētes: Quē teipm facit? Sed potius paternae obediēs charitati, qd infra se erat, s.
Roma. 12 humanam naturam assumpsit. Dicat itaq;: Si ego glorifico meipm, gloria mea nihil est, i.
 quisq; supra semetipm tendit, sicut vos de me calumniamini dicētes: Quē teipm facis? glo-
 ria eius nihil est. Debemus em̄ concordem patris & filij charitatē nos imitari, qua & pa-
 ter filium, & filius patrē glorificat, ipso filio dicēte: Pater, clarifica filium tuum, vt & filius
 clarificet te, vt mutua charitate fiat in nobis qd scriptum est: Honore inuicē præuenien-
 tes, & tunc gloria nostra non nihil est. Ea quæ protinus addit, cordi prudenti & auri do-
 ctrinam quærēti humili satis de obiecta calumnia purgationē sonant filij dei, videlicet,
 q; non vanam quærēdo gloriā, sed certā ob causam de seipso dicat hæc, & cætera hm̄i.
 Cum em̄ dixisset: Est pater q; glorificat me, statim adiecit: L Quē vos dicitis, qd deus no-
 ster est, & non cognouistis eum. Ego autē noui eum. Et si dixero, qd non noui eum, ero
 similis vobis mēdax. Sed scio eum, & sermonē eius seruo. ¶ Quid igitur? Vt qd dixit:
 Et si dixero, qd non noui eum, ero similis vobis mēdax, & cōtra subaudiēdum est, qd si vos
 cognoveritis eum quē dicitis, qd deus noster est, eritis similes mei veraces. Quid nūc po-
 tius eligēdum est? Quid nisi insipiēs consilium dare, audeat veritati & sapiē dei, vt vanz
 gloriā suspitiones vitando, neget se scire deum, vel ipm esse patrē suum, & sic fiat veritas
 mēdacibus similis mēdax? ¶ Nonne multo melius & incomparabiliter dignus est, ferre
 ad tēpus suspitiones & criminaciones falsas, & intrea quod vedit & audiuit, hoc testari,
 donec aliquos eoꝝ, qui dicunt se habere patrē deum, & non cognoverunt eum, atq; ideo
 mēdaces sunt, faciat sibi similes veraces. s. deum confitētes pariter & cognoscētes. I mōsi
 isti scire nolunt, nonne & sic expectare satius est, donec omnis mundus sciat gloriā eius
 qm̄ est qui quærat & iudicet? Frustra nanq; veritas in hunc t̄ modum venisset, si seipsum
 negando mēdacibus satisficeret. Bene ergo quod mallet eligēs: Sed scio (ingt) eum, & ser-
 monem eius seruo. Hic em̄ sermo eius est, & hoc mandatum ille mihi dedit, vt non solū
 vscq; ad opprobria, sed & vscq; ad mortē, testimonium veritati prædicando, q; ipse me mi-
 serit ad hoc, q; quisquis sermonē meum seruauerit, mortē nō videat in æternū. Sequit:
 L Abrahā pater vester exultauit, vt videret diē meū, & vedit & gauisus ē. ¶ Refutato vanz
 gloriā conuictio, quo denotauerant eum aduersari dicētes: Quē teipm facis? Nunc demū
 ad illud respondet, qd cum indignatione non parua interrogauerant, dicētes: Nunquid
 tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus es? Abraham (inquit) pater vester exulta-
 uit, vt videret diē meum. Magna & mira sūnia, qua & magnum patris Abrahā meritum
 & longe maius sūz magnitudinis prædicat testimoniu. ¶ Quid em̄ est, qd ait: Exultauit
Gene. 17 vt videret diem meum, nisi illud, qd & nos in eodē patre fidei nostræ recte miramur, qd
 primus ad præceptum dei longam & laboriosam sustinuit peregrinationē, sic non quasi
 tristitiam aut necessitatē, sed vt veræ magnæ lætitiae expectationē. Promiserat em̄ illi de-
 us nullum habēti hæredē, imo (& qd maius est) sterile habēti vxorē, q; in semine eius be-
 nedicerent omnes gentes. Nec statim accepit filium, p quē illud semē benedictionis quod
 est Christus, sperare posset, sed prius exiit, nesciēs quo iret, & in terra aliena in casulis ha-
 bitando, demoratus est, non habēs hic manētem ciuitatem, sed futuram inquirēs. Hoc er-
 go magnum quidē est patris Abrahā meritum, qd hanc eius obediētiam dei filius appel-
 lat exultationē, sed longe maius est suū ipsius testimonium, q; diem suum fuisse testat, eius
Gene. 12 & **Hebre. 13** dem exultationis præmium, dicēdo: Exultauit vt videret diē meum. ¶ Et vedit (inquit) &
 vīsus est. Tunc quippe diē dñl Abraham vedit, cum in figura summæ trinitatis angelos
Gene. 18 hospitio suscepit. Quibus profecto susceptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia & si in p-
 sonis numerus trinitatis, in natura vnitas diuinitatis ē. V idit ergo & gauisus est. Qui autē
 pensare pōt illud beati senis gaudium, qn̄ accepit diutinæ exultationis sūz præmium, s. fi-
 lium, veracis dei testimonium, posteritatis initium, generis fundamētum, salutis argumē-
**Adæ & A& tuū, nascituri Christi seminariū? Quis (inquam) nisi quē eadē fides animauit p̄sentisce-
 brahā com- re potest gaudium amici dei, quo dilatabat anima eius, cum staret familiariter cū illo sub-
 paratio. arbore, à cuius facie timide abscondit se reus Adam sub arbore, & cibis suis illum pasce-
 ret, quē ille p cibi rapinā offenderat, suamq; radicē vetus oliva reuirescere cōspiceret ad
 proferendum fructū, qui tandem veriti ligni morsus expiaret. Re cte igitur hic filius
 Abrahā**

Abrahæ maior q̄ Abraham, Abraham, inquit, pater vester exultauit, vt videret diem meū & vidit & gauisus est. At illi carnales filii Abrahæ, suos à carne oculos nō subleuātes, & in eo solā carnis ætatem pensantes, verba hæc intelligere nollebāt. Verba em̄ oris eius, inquit Psalmista, verba inquā iniusti huius Iudaici populi, iniquitas & dolus, & noluit intelligere, vt bene ageret. ¶ Dixerūt ergo Iudæi: Quinquaginta annos nondū habes, & Abraham vidiisti. ¶ Nō ignorabat veritas quicqđ respōdisset, vertendum esse in calumniam. Sic em̄ insuebant aduersarij, q̄o luctatores improbi, q̄ virḡ fortissimū, quia virtute deñcere nō possebant, fraude, vt in foue à ruere faciant, circuueniunt. Sic em̄ isti infidiosi vrgebāt, vt verbum elicerent, quod pro blasphemia condēnare possebant. Attamē respondendū illis erat, vt totus mūdis, illis nō audientibus, audiret: nō neglecta scripture, quæ dicit: ne effundas sermonem, vbi nō est auditus: cum nō tam propter illos q̄ persequebātur, q̄ propter nos qui credituri eramus, idein sermo funderetur. ¶ Dixit ergo Iesus: Amen a. n̄ dico vobis, ante q̄ Abraham fieret, ego sum. ¶ Inusitata quidē, sed propria secundū rem dictio est, ante Abraham ego sum. ¶ Ante em̄ præteriti tēporis est, sum præsentis. Et q̄a præteritum & futurū tempus diuinitas non habet, sed præsens semper habet, non ait, ante Abraham ego sum, sed ante Abraham ego sum. Vnde & ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum, & dices filijs Israel, qui est, misit me ad vos. Ante ergo vel post Abraham habuit, q̄ & accedere potuit per exhibitionē præsentie, & recedere p̄ cursum vitæ. Veritas vero semper esse habuit, q̄a ei quicquam, nec priori tēpore incipit, nec subsequēti terminabitur. Sed sustinere ista æternitatis verba mētes infidelium non valuerunt, imo noluerunt, sicut de hoc maxime iniusto & insipienti populo scriptū est, & iam supra dictū est, q̄a noluit intelligere vt bene ageret. ¶ Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Iesus aut̄ abscondit se, & exiuit de tēplo. ¶ Finis atq; principium certaminis huius idem est. Principium quippe est locus ille vbi sic scriptū est: Dixit ergo eis iterum Iesus: Ego vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Sic namq; ante hæc Euangelista superiora terminauerat: Et nemo apprehendit eum, q̄a nondū venerat hora eius. Est ergo principiū aliud quod se quitur: dixit ergo eis iterum Iesus &c. At vero illic ait dñs Iesus: Si ergo non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Dixerūt ergo Iudæi: Tu quis es? Respondit Iesus: Princiū qui & loquor vobis. Nūc vero ait: Amen amen dico vobis, ante quam Abraham fieret, ego sum. Igitur finis initio cōueniens redditus est. Nō enim discrepant, sed alterutrum confirmant hæc, principiū ego sum: & ante quam Abraham fieret, ego sum. ¶ Item quod illic verbis cōminatus est, dices: quæretis me, & quo ego vado, vos non potestis venire, si enim nō credideritis q̄a ego sum, moriemini in peccatis vestris, hoc ipsum factis hic expressit, dum tollētibus illis lapides, vt iaceret in eum, pro eo q̄a dixerat, ante quam Abraham fieret, ego sum, abscondit se, & exiuit de tēplo. Quid enim est, q̄ Iudæi nunc vsq; longe sunt à salute, nisi q̄a Iesus, id est saluator, ab illis abscondit se? Et quid est, q̄ ciuitas & tēplum super oculos, imo & super cadauera illorum cecidit, exterminatiib; Romanis, & quæcunq; illuc deo patrum suo & offerre vel celebrare consueuerant, holocausta arietū, & adeps pinguium, & sanguis vitulorum & agnorum & hircorum, neomeniæ & sabbata, & alia festiuitates eorum, quasi stercus sup vultus illorum projectæ sunt, deo protestante ac dicente, iniqui sunt cœtus vestri, Calēdas vestras & solēnitates vestras odiuit aia mea, facta sunt mihi molesta. Quid, inquam, hoc est, nisi q̄a Iesus absconditus exiuit de tēplo, dicens: Ecce relinquetur domus vestra deserta: vel iuxta prophetam quoq; dices: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatē meam, facta est habitatio mea, quasi spelunca Hyænæ. Igitur dominus & magister, qui in hac eadē causa dixerat, si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, recte prior iste (vt dignū est) in eodē sermone suo certo gradu inconcussus permanet: vnum idemq; tam fortiter q̄ suauiter, à principio vsq; in fine, inter occursantes aduersarios retinēs, & sicut Apostolus ait: q̄a quod infirmum est dei, fortius est hominibus: in eo quoq; quod quasi infirmus se abscondit & exiuit, victoriæ totius pfectiōne expressit: quia non tam à lapidibus, quām à lapideis Iudæorum cordibus fugit. Nunc ab istis absconditus, & (vt prædictum est, de tēplo egressus, quid deinde fecerit, quomodo rerum, quas nunc luce clarius conspicimus, præfigurationē prosecutus sit, attēdamus. Sequitur: Et præteriēs, vedit hominē cæcum à natuuite. ¶ Lux vera Christus, qui & hoc superius dixit, ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, lux vera, inquam, quæ illuminat omnē hominē veniente in hunc mundum, q̄ à Iudæis oculos suos claudētibus ad gētes transferit, easq; illuminaverit, manifestum ē. ¶ Earum vtiq; scilicet gētiū cæcitatē originalem, homo iste à natuuite cæcus significat. Nēpe eti omne genus humanum à natuuite cæcum, id est, à primis patētibus per originale peccatum diuinitatis visione fraudatum est, maxime tamen gentium populus, qui iuxta prophetam ambulabat in tenebris cæcus erat, quia videlicet, non vt Iudæis, ita & gentibus, patriarchæ prophetarūq; lucernas, lux mundi Christus ante se præ-

Psal. 38

Ecc. 32

In diuinitate
te semp̄ est
p̄sens nun
quā p̄teris
cum aut sit
tūrum.
Exodi. 3
Psal. 38

Iesus abscondit se & exiuit de tem
plo.

Esa. 1
Matth. 23
Hiere. 12

1. Cor. 10
CAP. IX.

Esaia. 19
Iohan. 9

CXIII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. IX.

miserat. Vnde & statim post finē lectionis huius, qd abscondēdo se vel de templo extēdo intenderit, exprimit̄ in iudiciū ego, inquit, veni in hunc mundum, vt & qui nō vidēt, videant̄ & qui vident, cæci fiant. Ergo cæcū quidē erat ante huius lucis aduentū totū genus humānū, absq; distinctione Iudæi & Græci, testāte Apostolo, q dicit: eramus & nos natura si līcē sicut & cæteri; verūtamen in comparatione gentiū, quæ neq; legis, neq; prophetar; illustrationē acceperant, neq; villam dei notitiā habebāt. Iudæi sese vidētes esse putabāt, sicut item post finē lectionis huius dominus dicēt ibus pharisæis, nūquid & nos cæci sumus, si cæci esetis, inqt, non haberetis peccatum, nūc aut̄ quia dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet. ¶ Igitur quod à Iudæis se absconsurus, & oculos gentium esset illuminatur dominus noster, pulchro satis præsignauit mysterio, dū abscondēs se exiit de tēplo, & p̄teriens vedit hominē cæcum à natuuitate, & illuminauit. Proinde quacūq; ex gēte quisquis Christi prædicationē recipit, & euangelio eius cunctas Iudæor; cærimonias postponit, & pro illo velut stercora arbitratur, sicut ait Apostolus: ille est qui foris extra templū Iudeorum, à quib; lux mundi se abscondit, illuminatur: vt deū, cuius visionē in Adam perdidit, videre mereatur. Sed iam ipsum illuminationis ordinē mysticū prosequamur. Præteriens inquit, vedit hominē cæcum à natuuitate. Vere præteriens vedit, nā illos q se videre iactabant prætergressus, & obstēto velamine sup corda eorū, ne videretur absconditus, venit ad nos, vt videremus eum qui cæci eramus. ¶ Et interrogauerūt eū discipuli sui: Rabbi, qs peccauit, hic aut parētes eius, q cæcus natus est? ¶ Nō otiose hoc interrogāt discipuli saluatoris, nā reuera parentū culpa vitiosi fœtus interdū solent procreari, verbi gratia: Per singulos mēses grauia atq; torpētia mulierum corpora, immūdi sanguinis effusione relevantur. Quo tēpore si vir coierit cum muliere, dicūtur concepti fœtus vitium seminis trahere, ita ut leprosi & elephantiaci ex hac cōceptione nascātur, & fœda in vitroq; sexu corpora, prauitate vel enormitate membroq; sanies corrupta degeneret. Vnde propheta Ezechiel in descriptione iusti viri, cum inter cætera dixisset, & vxorē proximi sui non violauerit, addidit (inquiēs) & ad mulierem menstruatam nō accesserit. ¶ Respondit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parētes eius, sed vt manifestetur opa dei in illo. ¶ Quantū ad literalem sensum suā dñs noster grauitate leuitatē nostrā cōpescit, ne quoties cū huīusmodi priuatione mēbroum q; aliqua diminutiōe siue deformitate natos aliquos cōspicimus, nostram in illis carnē despiciamus, temerariū iactantes iudiciū, quod vel propter suā, vel propter parētūm priorum culpā hoc euenerit: sed cūctos venerātes, ministremus illis, tanquam reuera membris Christi, q dicturus est nobis, quām diu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & redēdemur in talibus solere manifestari opera dei, per gratiā curationū, ad ædificationē ecclesiæ Christi. Quantū aut̄ ad mysticū intellectū, peccauerūt quidē primi parētes, vt cæcum nasceretur genus humanū, veq; vt Iudaico populo per iustitiā creatoris illustrato, in cæcitate ignorantiae gentilitas relinqueretur, nō peccauit ipsa gētilitas, neq; parētes eius. Si enī propter peccata sua, vel parentū suoq; gentilitatē in tenebris relicta dicat quis, cōsequit ut Iudaicū populū vel parētes eius dicat pro suis electos fuisse meritis. Sed cōtra dicit Paulus, his verbis loquens de patribus: Nō solū aut̄ illi, sed Rebecca ex vno cōcubitu habens Isac patris nostri. Cū em̄ nondū nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, vt secundū electionem, propositū dei maneret, nō ex operibus, sed ex vocāte dictum est ei, q major seruiet minori, sicut scriptū ē: Iacob dilexi, Esau aut̄ odio habui. Ad ipsos aut̄ filios dicit Moses in Deute. Scito igitur, q nō propter iusticias tuas dñs deus tuus dederit tibi terram hāc optimā in possessionem, cū durissimā ceruicis sis populus. Memēto, & ne obliuiscaris, qd ad iracundiā prouocaueris dñm deū tuū, &c. Igit neq; gētilū populus, plus peccavit, neq; parētes eius, vt cæcus nasceretur: sed cū oēs tam Iudæi, q gētiles essent ex vna puerationis massa, patres Iudæor; nullis præcedētibus meritis p̄ gratiam electi, patres gētilium, vel ipsi gentiles per iustitiā vscq; ad tempus suum fuere neglecti, vt in illis tēpore suo mirabilius manifestarentur opera dei. Et protinus subiungitur. ¶ Me oportet operari opa patris mei, donec dies est. Venit nox, in qua nemo potest operari. Quamdiu sum in mūndo, lux sum mundi. ¶ Ut sciatis (inquit) quæ nam propter opera dei in se manifestanda, homo iste cæcus natus sit, ecce dico vobis: Opera patris mei, id est, opera illa, propter quæ pater meus me misit, oportet me operari, donec dies est, id est, donec præsens seculum voluit, quo cōsummato, sequitur nox, in qua nemo potest operari. ¶ Vnde autem præsentis seculi tempus dies dicitur: videlicet ex eo quod & alibi dicit ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi. Et nunc ait: quām diu sum in mundo, lux sum mundi. Si enim Christus, quām diu in mundo est, lux mundi est: est autem in mundo vsque ad consummationem seculi, profecto vsque ad finem seculi dies, id est, aptum operari tempus est: Econtra quod consummationi seculi succedet, nox erit, id est, tempus nulli aptum operationi. Vnde Ecclesiastes dicit: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus,

Ephe. 2

Iesus Iudæ
is abscondi
tu; gentes
illuminavit.
Philip. 3

Ezechie. 18
¶ accedit ad
¶ Annal. mīstruatis
¶ p̄t̄z p̄t̄z
Nemo ius
dicādus p̄
pter vitiū
natuuitatis

Matth. 25

Roma. 9
Gene. 25
Malach. 1
Deut. 9

Matth. vlt.
Ecclis.

Eccles. 9.

opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos quo tu properas. Ergo quod ait, donec dies est. Venit nox, in qua nemo poterit operari, id est ac si dixisset, usque ad finem seculi, cui succedit tempus, in quo nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Hoc enim tempus operationis, illud receptionis est. Redder quippe tunc dominus vnicuique secundum opera eius. Quenam autem sunt opera quae toto die isto operatur filius dei? Illa utique quae intendes per viscera misericordiae suae deus noster visitauit nos oriens ex alto, scilicet illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedebant, saluos eos facere (ut ait Apostolus) per lauacrum regenerationis, & innovationis spiritus sancti. Illa inquam operatur dei filius, donec est dies & tam diu operando, quod diu est in mundo, lux est mundi. Operari namque non definit per illos ministerium, quos operis sui vicarios constituit, scilicet per Apostolos vel Apostolicos viros cunctosque predicatorum verbi dei, quibus & dicit: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Igitur venerabilis, & memoria dignissime ille quondam cecus, qui neque ipsum peccauit, neque parentes eius ut cecus nasceretur, sed idcirco per dei prouidentiam sic natus est, ut opera patris, quae oportebat filium dei per totum diem, id est, per totum tempus presentis seculi operari, in illo manifestarentur, id est, ut ex qualitate exterioris illuminationis eius, interior animarum nostrarum illuminatio nobis fidelius commedaretur. Non enim solo, quod facere poterat, imperio lux mundi cecum hunc illuminauit, Verbi gratia, ut diceret: Respice, fides tua te saluum fecit. Sed quid? Haec cum dixisset, expuens in terram, linuit super oculos eius, & dixit ei: Wade & laua in natatoria Syloe, quod interpretatur missus. Notandum in primis quod non, ut ille Barchimaeus, ita & iste cecus sedes secus viam, aut mendicans a domino inuenitur, neque hoc saepe dicta lux mundi expectauit, ut clamaret tale quid, ut ille dicens: Miserere mei domine fili David, sed ultra natura indigenti se accommodauit, & gratuito beneficio tacenti subuenit. Nam hoc etiam ad manifestanda opera dei pertinuit, quia videlicet non expectauit opifex nostrae illuminationis, donec notitia sua claritatem in nostris suspiraremus tenebris, qui tenebras ipsas lucem esse putabamus, imo nec ullam lucis & tenebrarum discretionem habebamus, sed ultra prospexit, gratuito vidit, gratis verbum suum puluerem naturae hominis uitium, nobis gentibus predicari voluit. Tunc quippe quasi saliuimus puluis admissus est, & unum duabus ex rebus lutum factum est, quando verbum vel sapientia, quae dicit: Ego ex ore altissimi prodiui, carnem nostram assumpsit, cui dictum est: Pulus est, & in puluerem reuenteris, & ei, quae omniu[m]i voto diaboli tanquam puluis efferebatur, & dispiegabatur, gratuita dignatione in virginis utero sese coniunxit, ut naturam leuem & instabilem super antiquae dignitatis statumque repararet. Quod magnus pietatis sacramentum cum genitibus predicatur, reuera ceci nati oculi suauissime linuntur, quia dociles mentes hoc quam maximie delectant, quod pro salute hominem tantum se humiliavit aeterna dei virtus & sapientia. Itaque suauissime ceci nati linuntur oculi luto, quod ex sputo domini fecit, quod ex excelsum quondam nostrae generationis oculi, & palpebre in alta subrecte, humilem suscipiunt fidem incarnationis filii dei, & tali humilitatis antidoto curatur superbia oculorum, quia dum inornatae aperiri vellent, dicentes diabolo: Eritis sicut diabolus, scientes bonum & malum, econtra magis obtenebrati sunt. Vere ubi cecis oculis hoc lutum illatum, id est, incarnationis filii dei predicata & credita est, non statim eodem, quamvis credulo auditu cecus illuminatus, & visione dei, quam in Adam perdidit, factus est dignus, nisi ad fontem lauaci cathecuminus accedens baptizetur in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Aliter quippe lumine oculorum, spiritum sanctum nemo nostrum accepisset in remissionem peccatorum. Bene ergo cecus ille in quo manifestabantur haec opera dei, non statim vidit, ubi dominus oculos eius linuit: Sed unde inquit & laua in natatoria Syloe, quod interpretatur missus. Non enim dictum est tantum: Qui crediderit saluus erit, sed: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Oportet quod filium tenebrarum quondam similitudine mortis & resurrectionis eius, in quem credidit alterari, & filium lucis fieri, quod agitur in baptismo Christi actu visibili, sed virtute inuisibili, testante Apostolo qui ait: Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti cum ipso per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vita ambulemus, &c. Recte igitur cecus illitus oculis non statim videt, sed ad natatorium iubetur ire ut lauet, quia videlicet ex eo quod a thecuminus, id est, auditor verbi dei quispiam est, regnum celorum intrare meretur, nisi ex aqua & spiritu sancto fuerit renatus. Sane quod interpretatur missus, non ipse dominus ad cecum loquendo, sed hic Euangelista de suo interposuit, certi causa mysterij, videlicet ut intelligas per haec natatoria non aliud quod baptismi aquam debere accipi, quae reuera natatoria est eius, quem patet misit, scilicet filium, vel certe spiritus sancti, quem cum ipse vera fit remissio

CXCVI. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. IX.

Iohan. 4. peccatorē eius utiq; gratia inuisibilis, tota est lauacri utilitas visibilis. Nā & ipse recte intel
Luc. 24 ligitur per nomē Syloe, quod est missus. Etem ipse quoq; missus est, iuxta illud: Paracletus
Syloa fons autem spūs sanctus, que mittet pater in nomine meo, & alibi: Quē ego inqt mittam vobis
in radicib; à patre. ¶ Est autē Syloa fons, in radicibus montis Sion prorumpes, qui alternatē qdē aqua-
Sion rum accessu in meridiē fluit, id est, nō iugibus aquis, sed incertis horis diebusq; ebullit, & p
 terragē cōcava & antra faxi durissimi cū magno sonitu venire cōfueuit. Cuius naturē oēs
Luc. 18 effectus si qs accipere velit mystice, profecto intelliget q; nō frustra magis p hunc fontem
Mysteriū dominus noster aquam baptismi significare voluerit. Abiit ergo & lauit, & venit vidēs. Ne vacare hanc putes coniunctionem cōpletuam sic positam: Abiit ergo, cæci huius fides
illuminatiōis subaudienda est: Vnde inquit dominus ad natatoriā Syloe, & laua. Habebat autē ille fidem,
 quæ ipsum saluum ficeret, sicut & ille, cui dominus idem lumen postulanti: Respice inquit,
 fides tua te saluum fecit. Abiit ergo & lauit, & venit vidēs. Hæc igitur illa est opērē dei ma-
 nifestatio, quam intendens figulus ipse naturæ nostræ opifex, cum neq; hic peccasset, neq;
 parentes eius, voluit tamē valde utiliter imperfectū educere vasculū, vt cæcus homo nasce-
 tur. ¶ Aestimari quippe nō valet, quantū pulchritudinis, quātumq; utilitatis habeat hæc
 talis huius illuminatio cæci, cum omnes nos secundum hanc imaginē exterioris illuminatio-
 nis intus sumus illuminati, speculemur ea quæ circa nos sunt acta opera dei, & q; in semet-
 ipfis comprehendere ea non possumus, per hanc similitudinē nobis manifestantur, quæ ille
 in nobis operatus fit. Itaq; vicini, & qui nouerant eū prius, q; mēdicus erat, dicebāt: Nō-
 ne hic est qui sedebat & mendicabat? Et ipsa hæc illuminatio cæci exterior, in qua (vt p-
 dictum est) quadam similitudine manifestant̄ opera dei, quæ filiū eius oportet operari, do-
 nec dies est ipsa inquam illuminatio, magnū & manifestatiōe dignū patris opus est. Itaq;
 volente ipso qui gloriā filij sui quærebatur, sicut idem filius pauloante testatus est: Ego inqui-
 ens gloriam meam non querō, est qui quærat & iudicet, vicini eius, & qui nouerant eum
 prius, claritatem huius miraculi ventilauerunt, tantamq; flammam excitauerūt, vt ad deuo-
 randoz zelantes eius hostes pharisæos perueniret. Non solum inquit vicini, sed & qui no-
 uerant eū prius. Multi quippe nouerunt eum. Vnde: Quia mendicus erat inqt: Duabus ex
 causis notus erat, mēdicus erat, q; videlicet & cæcus natus est, & publice mendicabat, & sic
Cæcus ille nota persona miraculum latere non sinebat. Et dicebāt inquit: Nonne hic est q; sedebat &
Chrō grā- mendicabat? L Alij autē dicebant, quia hic est, alij autē, nequaq; sed similis est eius. Ille vero dī
tus & pris- cebat, quia ego sum. Mente & corpore illuminatus, qualem potest illuminatori suo repē-
mus, q; pro- dit gratiā, eligēs magis inuidiā cū illo sustinere, q; ingrato silentio laudi & gloriæ dei dam-
pter eū pas- num inferre. Cuius dicta siue responsa merito hic, vt vere fidus notarius, primū mēre me-
fus est, mul- mori, deinde & calamo excipere curauit, q; videlicet primus omniū mortaliū pro Christo
ta. quæstionibus pulsatus, & persecutionē passus est, & sic ad omnia respondit, quomodo ma-
 gnus ille cæcus per totū orbē diffusus, hodieq; in concilijs & synagogis respondēs, illumi-
 natoris sui gratiam cōfitetur, fortis in laboribus, victor in persecutionibus, opportune vo-
 lentibus, importune nolētibus p̄dicans & cōtestans illud magnæ pietatis sacramentum, qd
 mystice sub istis cæci huius verbis cōtinetur, lutū fecit ex sputo dñs, & liniuit oculos meos,
 & abiit, & laui, & vidi, & credidi deo. Alij inquit dicebāt, q; hic est: alij autē, nequaquam, sed
 similis eius est. Sic poterat splendor tātæ gloriæ dei obscurari, & frigidior ad certā notitiā
 peruenire fama tāti miraculi. Sed huius veritatis arbiter, & suæ psonæ cōscius & testis, iste
 jam non cæcus, sed oculos habēs & vidēs, dubios esse nō finit, dicens: quia ego sum. L Dixi
 runt ergo ei: Quomodo ergo aperti sunt tibi oculi? Ac si dicerent: Ille qui sedebat & mē-
 dicabat, cæcus erat. Tu autem de illo cæco nobis quærētibus, dicens: quia ego sum. Quomo-
 do ergo aperti sunt oculi? L Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit ex sputo, &
 liniuit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatorium Syloe, & laua. Et abiit & laui, & vi-
video.
Cōfessio fi- di. Dicat nūc omnis mundus redēptus, mundus diu cæcus, tandemq; illuminatus aduer-
deliū sup- fatus mundū damnatū, & perseuerāter cæcū: dicat inquam: Lutum fecit ex sputo dñs, liniuit
hoc luto oculos meos, & abiit, & laui, & vidi, & credidi deo, & hoc tāto canore cōcrepet, vt cœlū su-
 pra, & tellus resultet infra. Et si pax ecclesiæ cantantes iuuat, pascatur chorus ille, & dele-
 ctetur gratiosis cantibus suis, & si bellum persecutionis inquietat, multo magis inter om-
 nium genera mortiū declamādo testat, hoc tā piū, tamq; iucundū illuminatoris sui benefi-
Matth. 10 cium. Sed contra hæc omnes, qui ex patre diabolo sunt, & propterea non possunt audire
Luc. 21. sermonem hūc, iniiciūt manus suas, & persequuntur omnē videntem & glorificantē deum,
1. Cor. 13 tradentes in concilijs & synagogis, trahētes ad reges & p̄fides propter Christū. De quali-
Psal. 41 bus & subdit: L Et dixerūt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eū ad pharisæos, q; cæcus
 fuerat. Hoc utiq; illuminati deplorāt oculi, q; quis per fidē videāt, nec dum tamē p spe-
 ciem vidēt illuminatore suū, & insulantibus sibi aduersarijs nequeāt videre vel ostendere
 præsentia Chri. Vnde & in Psalmo, vox illa cuiusq; fidelis animæ est: Fuerūt mihi lacry-
 ma

meæ panes die ac nocte, dū dicit mihi quotidie, vbi est deus tuus. Verū amē non om̄no nescimus vbi sit: scimus em̄ quia cœlos ascēdit: sed nescimus quō sit, vel quale habeat iudicium de nobisip̄is. Hæc eū dicentē adducunt (inquit) ad phariseos. Quid causæ inuenierant in homine isto, vt eū tam cito ad iudices vel ad synagogā traherent? In quo themate causæ huius litem cōstituere habebat? Sequitur: L Erat aut̄ sabbatū, quādo lutū fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Optata respiratiōne recreati sunt lassi venatores, capræ hynnulumq; cœrorum pertinaciter agētes, & eū quē pauloante dicentē: quis ex vobis arguet me de peccato, tanq; in excelsa rupe stantē, attingere nō poterāt, nūc se se assecutos esse putabāt, dictur: nos scimus, q̄a hic homo peccator est, & nō est hic à deo, q̄a sabbatū non custodit: quia videlicet sabbatū erat, quādo lutū fecit, & oculos cœci aperuit. Itē ergo interrogabant eū quomodo vidisset. Quoniā (inquiunt) lutum fecit Iesus, & liniuit oculos eius: erat autem sabbatū, quādo fecit hoc: ergo vt audirent turbæ, & scirent populi ex ore ipsius cœci, hunc hominē esse transgressorē legis, eo qđ sabbatū non custodisset, iterum interrogabāt eū qui cœcus fuerat quomodo vidisset, cū hoc ab eis qui illū adducebant, iam sibi indicatum fuisset. Ille aut̄ dixit eis, lutū posuit mihi super oculos, & laui & video. Approbatio facilis, & nullis *exorta questionibus, vna & simplici responsione perficitur: quam vt volūt, accipiāt aduersarij, nam hic testis, certus de innocentia illuminatoris sui, non erubescit id quod factum est confiteri. Etenim secretū quidem regis abscondere bonum est, opera aut̄ dei enarrare honorificū est. Dicebant ergo ex phariseis quidā: Non est hic homo à deo, q̄ sabbatum nō custodit. O serui peccati, ambulantes in equis superbiæ, liberosq; pedites, imo & liberatricē illog; veritatē, mēdaci atq; incōtinenti ore iudicantes, facitote vos in prima vel secunda sabbati opus huic simile, vt aperiātur cœcorū oculi. Vr̄g; hoc facere nō potestis, nec aliquis quicūq; vestri similis est seruus peccati. Igitur cœcorum oculos aperire opus seruile non est. Lex aut̄ scripta de sabbato, non qualcunq; opus, sed opus, inq; seruile non facietis in eo. Quid igitur o seruī peccati iudicare audetis opus libertatis? Nunq; ab inferioribus superiora fas est iudicari? Nunquid opus dei, & que vt opus seruile, dieg; vel hominū lege cōstringitur? Omne nāq; opus trifariam diuiditur: Aliud opus dei est, cuius fructus vita æterna: aliud opus peccati, cuius finis mors: aliud opus mercenarij, cuius retributio quotidianū stipendiu est. Opus peccati & opus mercenarij, recte vtrūq; seruile opus dicit. Vr̄g; altere eoz, id est, opus mercenarij die sacrato (quale tunc erat sabbatum, nūc aut̄ prima sabbati propter Christi resurrectionem) non licet fieri: altere, nunquam debet fieri, id est opus peccati. Huius aut̄ contrariū, id est, opus dei, nullo vnq; tpe vel die debet omitti: Beati enim, qui custodiūt iudiciū, & faciūt iustitiam in omni tempore. Quod à partibus vel instrumentis eiusdem operis probabile est: Operis nāq; dei instrumēta, sunt ipsius dona, scilicet sermo sapientiæ vel scientiæ, prophetia, genera lingua, gratia curationum, & his similia. Hæc aut̄ profecto nulli sunt legi subiecta: quippe q̄a nec in arbitrio sunt hominū, quo tēpore vel die desursum descendat à patre luminum. Proinde à seruili quidem opere peccati semper vacandum: ab opere autem dei nunquam vacandum est. Ab eo vero quod mediū est, id est, ab opere mercenarij, statutis diebus cessandum est, non tam propter aliquod magnum sacramentū, quam propter serui vel ancillæ refrigerium. Dicente deo per Moysen: Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, vt refrigeretur filius ancillæ tue & aduena. Cūq; ab hoc opere seruili cessatur, ab opere dei nullatenus vacare concedituri: quia videlicet, nec sabbato, si rite perspicias, ab opere suo vacavit deus. Sic enim scriptum est: Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat. Artabimus igitur Iudeos, qui de otio sabbati gloriantur, quod iam tunc in principio sabbatum dissolutū sit, dum deus operatur in sabbato, compleans opera sua in eo, & benedicens ipsi diei. Quid autem nisi completio est operis dei, quod hic homo cœcum à nativitate illuminauit? Impsectum quippe opus erat, dum nasceretur homo cœcus, videlicet subtracto sibi uno de qnq; sensibus corporis, quibus non solus homo, sed & cætera animalia naturaliter funguntur. Tibi igitur in multitudine virtutis tuæ mentiuntur inimici tui, Christe fili dei dicentes: non est hic homo à deo, qui sabbatum nō custodit: quia videlicet, dum in sabbato complexus imperfecti, id est, à nativitate cœci hominis: si quoq; testaris te à deo esse, & filium ei⁹ esse, qui sicut prædictum est, die septimo opus suum compleuit. Mentiuntur inquā, & vscq; hodie in mendacio perseverant, odientes te, id est, non ignorantes, sed scientes & inuidentes multitudini virtutis tuæ: nos autem gentes benedicimus te deum nostrum, dicentes cū propheticæ vocis firmitate: omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo altissime, quia videlicet omnis terra illuminata est ab ipsa, in qua mentiūtur tibi inimici tui, multitudine virtutis tuæ. Sequitur: Alij dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Quomodo, inquiunt, homo peccator, homo tātæ infelicitatis, vt recte de illo dici queat, q̄ à deo non sit, potest hæc signa facere, id est, opera

R 3 que

extorta

Tobit. 12

Illuminare
cœcū, nō ē
op⁹ seruile

Leuit. 23

Roma. 6

1 Cor. 9

Instruim̄ta
opus domino
Psal. 105

1 Cor. 12

Jacob. 4

Exodi. 23
Gene. 2

Psal. 65

Ibidem

CXCVIII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. IX.

quæ nō nisi deus fecit aut facere nouit, quō potest cōplere vel meliorare? Istis, pessimū non habētibus inuidiæ tormentū, vacabat vtcūq; verū librare iudiciū. Multo magis eñi, & incō parabiliter amplius sibi repugnāt, à deo nō esse, & illa quæ sine dubio deus incepit, opa p-
ficere: q̄ à deo esse, & in sabbato salutis opus facere. Quanquam omnino nō repugnet, sed reuera consequens sit: vt is qui à deo est, omni tēpore faciat opus dei. Nec vero ab re dictū est, & schisma erat inter eos: q̄a videlicet cum accusantium summa esset intentio, quatenus in vnā sententiā declinātes, vniuersi conclamarent, hunc hominē non esse à deo: nō parum moleste accipiebat, alios ecōtrario dicere: quomodo potest homo p̄ctōr h̄c signa facere.
**Schisma es
rat inter eos.**

**Peruersitas
Iudeos.**

Galat. 3

**Q̄o Iude
is respons
dendū est.
Apoc. 3**

Roma. 11

**Deute. 18
viderat**

**Cur voca
uerū parē
ees cæcis.**

**Aetate ha
bet ipse de
se loquat.
Deute. 24
Ezechie. 13**

L Dicū ergo cæco ite: Tu qd dicas de illo qui aperuit oculos tuos? L Hoc vtiq; nō quilibet, sed illi dicū, quoq; est illa vana demōstratio, nō est hic homo à deo. Nitebantur illum in cōsortium suæ trahere blasphemiae, & infirmitatē causæ suæ, linguae illius baculo sustētare, multū sibi illo schismate valere arbitrantes, ad detestationē eius quē oderant, si de illo nec ipse boni aliqd sentiret, q̄ tantū ab eo cōmodum perceperisset. ¶ Qua peruersitate suam hil hodieq; magis q̄ illuminatos per Christi fidē cordis nostri oculos rursus excēcare cu-
perēt, sicut & Galatas pene excēauerāt, qbus Apostolus dicit: O insensati Galatæ, qs vos fascinavit veritati nō credere? Sic stulti estis, vt cū spū cōperitis, nūc carne cōsummemini. Ita ergo cæci videbāt fascinare volētes, dicebāt: Tu quid dicas de illo q̄ aperuit oculos tuos? L Ille aut̄ dixit: q̄a propheta est. L Minus qdem dixit quam est: q̄a videlicet Ch̄s Iesus illu-
minator omniū gentiū, nō solū propheta: sed deus q̄q; & dñs prophetæ est. At ille rudis visor veritatis adhuc erat.. ¶ Veruntamē ad percūctationē taliū hominū, qui nō querāt vt videāt, sed vt vidētes videre prohibeāt, aduersus istos inquam (qui in synagoga satanæ sunt & Christū blasphemāt) Iudeos, sufficit nobis & cūctis qui illuminati sunt respōsio h̄c: q̄a propheta est. Nam quoniā nolūt audire vel scire, q̄a Chr̄s est, saltem hoc sciant & videar, quia propheta est. Non tamē vt aduersus naturales ramos gloriemur, insultādo quia fracti sunt, & nos excisi de oleastro cōtra naturam in bonā oliuam inserti sumus: sed hoc solo cōtentī, vt os illoq; obstruamus, dicentī: quia nō est hic homo à deo, dicamus q̄a falsum est. Etenim saltem in poena vestra satis vobis manifestū est, q̄a propheta est. Ergo à deo est, & in nomine dñi, veq; de vobis verbum locutus est, quo signo lex cognosci iubet prophetam in quo dominus locutus ē. L Non crediderunt ergo Iudei de illo, qd cæc⁹ fuisset, & vidisset donec vocauerūt parētes eius, q̄ cæcus *fuerat. L Ecce p̄ aliud foramen euadere contendūt vulpeculæ, ne gloriā filij dei cogātur videre. Primo, statim vt offensi sunt tanti claritate miraculi, eo confugerūt, vt diceret, non est hic homo à deo, q̄ sabbatū nō custodit: sed non fuit liber hic exitus, q̄a schisma factū est inter eos, alijs dicētibus: q̄uo potest homo peccator signa h̄c faceret: insup & ipso, q̄ illuminatus ē, ab illa blasphemia dissentiēt ac dicēt, quia propheta est. ¶ Ergo ad h̄c aliū resilierūt exitū, vt nō crederent, & nō credēdo quasi dubiū facerent, q̄ cæcus fuisset & vidisset. Fama quippe tantæ rei, & si nō penitus abscondi, tamen vtcūq; p̄ hanc dissimulationē posse videbāt obscurari. Nō crediderūt ergo, inqt, q̄ cæcus fuisset & vidisset: donec vocauerūt parētes eius, vt illis terrore sub tali quippiā retorquerent, qd iniquā illoq; iuuare possit intentionē. L Et interrogauerūt eos, dicētes: Hic est filius vester, quē vos dicitis, qd cæcus natus est? Q̄o ergo nunc vider? L Ecce propter filiū parētes obfessi sunt, vt aut mētirentur, dicētes: nō hic filius noster, sed similis est eius: siue filius noster nō cæcus natus est, vel certe alio quocūq; modo illuminatus est q̄ eo, quo dicitū est: aut certe, si id v̄g; est dicerēt, irā illoq; incurrerēt, & cū filio suo pariter extra synagogā fierēt. Sed sic obfessi tā facile euaserūt, quā vere cæci erāt, quietos propter odiū vidētis obfederāt. Nā segtur: L Responderūt eis parētes eius: Scimus q̄a hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Q̄o aut̄ nūc videat, nescimus, aut qs aperuit eius oculos nos nescim⁹, ipsum interrogate, ætatem habet, de se loquat. H̄c dixerūt parētes eius, quia timebant Iudeos. L Tuta fatis nulliq; calumniæ patēs respōsio. Scimus, inquiunt. Quid: Illud quod & vos. Tantū scimus & dicimus, quantū scitis & dicitis vos, videlicet, q̄a hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quod aut̄ nescitis vos, & quasi nescientes interrogatis, dicētes, q̄uo ergo nūc videt, nos nescimus. Hoc dixerūt, q̄a timebāt Iudeos. Quod etiū mēdacio vicinū est, tamē q̄a nō fallēdi intētione, sed periculi metu dixerūt, mēdaces dicendi nō sunt, vel ex patre diabolo eē, q̄ ex propriis loquīt mēdaciū, quēadmodū illi, quoq; metu sic locuti sunt. ¶ Quid vero iustius q̄ subiūxerūt: ætatem habet, ipse de se loquat? Hoc nēpe legitimū est, vt neq; filii pro parētibus, neq; parētes pro filiis occidātur, & prophetica q̄q; authoritate defenditur, qua dictū est, filius nō portabit iniquitatē patris, nec pater filij. Quātomagis i causa huiuscmodi parētes debebāt eē liberis? Tā ergo cōstanter q̄ sapiēter cæcis à videntibus & vidētis parētibus dictum est, ætatem habet, ipse de se loquatur. Causam metus illorum Euangelista subiungit. L Iam em̄ consiprauerant Iudei, vt si quis cum confiteret Christū,

extra

extra synagogā fieret. Propterea dixerūt parētes eius: Ipsum interrogate, etatē habet, ipse de se loquatur. Matth. 23 Cōspiratio hæc vetus erat, & flumē. Et vehemēs qdē ventus, & magnum flumen, qd tamē viri sapiētis domum fundatā supra petrā, mouere nō posset. Verūtamen eo tempore parētes cæci huius timuisse nō adeo mis̄ est, cū & Petrus nō solum timuerit, sed & Christū negādo totus pene submersus sit, nisi qd ille cito extēdit manum, & apprehēdit eum gallo cantante cōuersus, & respiciēs in eū. Matth. 26; Luce. 22 Cæteræ eadē cōspiratione sua ludæi oēm dei gratiā expirauerūt, & dum extra synagogam eos faciunt, qui cōfidentur Christum, separant seipso ab omni synagoga. i. antiqua ecclesia patriarchar̄ & prophetar̄, omniūq; iustor̄ siue elector̄, qui expectauerūt, & ipsa expectatione sua Christum cōfessi sunt, & ita Apoc. 3 ipsi potius extra synagogā dei facti, & intra synagogam Satanæ conclusi sunt. Notandum sane qd Euangelista, dicendo: Propterea dixerunt ipsum interrogate, etatem habet, ipse de se loquatur. Eam partem responsionis eorum reliquit, quæ nō omnino culpa vacat, qd nō omni caret sorde falsitatis, scilicet id quod dixerant: Quomodo aut̄ nunc videt, nescimus: aut quis aperuit eius oculos nos nescimus, & illud solum quod irreprehēsibile est repetiuit, velut attingendo dicens: Propterea dixerūt, ipsum interrogate, &c. Matth. 23 Vocaerūt ergo rurus hominē qui fuerat cæcus, & dixerūt ei: Da gloriā deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Psal. 63. Ecce fabricatores mendaciū quomodo circumneunt, vt hunc non proselythum aut hospitem, sed ciuem ac domesticū gratiæ dei, secum faciant filiū perditionis, cogentes eum vt in mendaciū commutet veritatem dei. Quid enim agitant, nisi vt istum suo faciant contestari mēdacio, & dicere secum: Quia non est hic homo à deo, vel opus suæ illuminationis mentiri, non diuina virtute, sed aliquo perpetratum esse magico carmine? Rursus ergo vocauerūt hominem. De homine qui cæcus fuerat, ad parētes eius, de parētibus ad ipsum recurrentes, scrutati sunt iniquitates, & defecerunt scrutantes scrutinio. Iosue. 7c Da inquiunt gloriam deo. In quo: vt idem scias, idem dicas quod & nos. Quid illud est? Nos scimus qd hic homo peccator est. Probe dictum: Sicut Iosue, putauerūt se gloriā dei quærere, cū cōtrario spiritu viri fortis oratione vñi sint. Ille nāq; corde & labijs deū honorās, cum Achar usurpasset de anathemate, & fors illum prodidisset: Fili mi inquit, da gloriā deo, & indica nobis quid feceris; Isti autem deum labijs honorantes, corde autem ab illo elongati. Da inquiunt gloriam deo, id est, nega qd accepisti. Sic os impiorum operit iniquitatē, & sic depravando vias suas, tamen illuminato & clare videnti manifesti sunt. Nam sequitur: Esa. 59 L Dicit ergo ille: Si peccator est nescio, vnam scio, quia cum cæcus essem, modo video. L Abscondebant odium mendacibus labijs, simulantes se quærere gloriam dei in eo vt dicerēt: Hic homo peccator est: at ille mente & corpore illuminatus & clare videns, de huiusmodi non gloria dei, sed blasphemia liberatus est: Si peccator est inq; nescio, id est, peccatorem non esse scio. Repugnat em̄ illud vnum quod scio, scilicet qd cæcus cū essem, modo video, quod efficere nō potuisset p̄ctōr homo. L Dixerūt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tuos oculos? Chrīs pul uerem no strū induit, Ecc. 24 Nōne tibi huiusmodi percūctationibus videtur dicere, aliud nobis cōminiscere: nam quod tibi factū est, quod iam semel & iter̄ dictū est, nolumus audire. Sed quē ista terrere: interrogatio magnifica ad obedientiū linguæ iniquæ, & obtēperandum labijs mēdaciis? Nunq; illum qd oculis illuminatis testes mēdaces perituros videbat. i. Cor. 1. Prouer. 19; Nēpe & illis qui tunc videbant hominem videntē non videre, & cæteris omnibus Iudæis siue hæreticis, qd̄q; aliud de Chīo audire volunt, qd̄ id qd̄ in illius illuminatione significatū est, scilicet qd ex illa quæ ex ore dei prodiuit sapiētia, puluerem nostrum induerit, & inde sim̄ illuminati, oibus inquā derisoribus, qbus hæc prēdicatio scādalū vel stultitia est, parata sunt iudicia, & corporibus eorū mallei pcutientes. Sequit̄ ergo. Sap. 6 L Respōdit eis: Dixi vobis iam & audistis. Quid ite vultis audire? Nunq; & vos vultis discipuli eius fieri? L Nō est hoc ex tadio respodēdi, sed ex iudicio rōnis, qd̄ sic stomachat & inuehit in illos dicens: Dixi vobis iam, & audistis, &c. Cur autē sic dixit: Nunq; & vos discipuli eius vultis fieri? Nunq; hoc de illis suspicari poterat, qd̄ sic lactauerāt eū dicētes: Da gloriā deo, & protinus viā nō bonā, quia illum abducere volebāt, aperuerūt subiungēdo: Nos scimus quia hic homo p̄ctōr est. Ergo interrogādo acutiores clausos infixit, negans eos velle discipulos eius fieri, & idcirco narratione iterata indignos iudicauit. Quod magis ac magis ab effectis liquet. Nā sequitur: Maledixerūt ei, & dixerūt ei: Tu discipulus eius sis, nos autem Moysi discipuli sum⁹. Scimus quia Moysi locutus est deus, hunc autem nescimus vnde sit. Vnde hæc interpretatione pro maledictione procedit: tu discipulus eis sis, manifestum est illic non paruum esse odium eius, de qd ille dixerat: Nūquid & vos discipuli eius vultis fieri? quomodo & ignem illuc subesse certū est, vnde sumū vel scintillas subuolare perspexeris. Vbi aut̄ odium veritatis inerat, Christi discipulatus admitti nō poterat, quia videlicet in maliuolam animā non introibit sapientia. Recte igitur hic non iam cæcus sed videns, admirans pariter & indigens, Nunq; (ait) & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt (inquit) ei, & dixerunt.

CC. RUPERTI IN IOHANNEM, CAP. IX.

Malach. 2. Tu discipulus eius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. ¶ Nihilominus & usque hodie suadet Christianus Iudeo, discipulu Christi fieri, Iudeus autem ecclorario maledicit Christum, & oem Christianum in synagogis suis. Sed hoc talis maledictio sit super nos. Talibus enim illorum maxime maledictionibus dominus benedicit, sicut econtra per Malachiā prophetā: Et maledicam (inquit) benedictionibus vestris. Nos autem inquit, Moysi discipuli sumus. Frustra nimis adulantur Moysi discipuli, bilingues, & aī dupli, defensores sabbati, desertores autē dilectionis dei & proximi, subdole honorantes dei famulum, ut fidutia eius in honore dei similiū. Frustra inquam. Recalcitrat enim Moyses, & dicit: Percutiat te dominus amētia & cōcitate, & furore mētis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcī in tenebris. Nam secundum hanc maledictionē nūc ipsi tenebras habēt palpantes, & in lubrico claudicantes: gētilis autem populus, qui pēr illum à Christo illuminatū significabatur, viam planā & splenditeram habet meridiem. ¶ Respondit ille homo & dixit eis: In hoc enim est mirabile, quod vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. ¶ Maledicta illorum futilia sapiētia cōtempsit, nec responsione digna iudicavit. Quod autem ultimū dixerant: Nos scimus quia Moysi locutus est deus, hūc autem nescimus unde sit, fortissime redarguit: Præ admiratione (inquit) responsionē ad interrogata non iteraui, sed hoc tantū dixi: Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? In hoc enim quod hic tatus es, ut oculos meos aperuit, & vos eū nescitis, id est, improbatis, neque enim scire vultis quod à deo sit, in hoc inquam mirabile est, mirabile scelus, misere sacrilegiū. ¶ Scimus enim quia deus peccatores non audit. ¶ Hoc videlicet scimus, testante scripturā:

Prouer. 28 Quia qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit. Itē: Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Ergo peccatores, quod diu peccatores sunt, maxime qualem vos hūc esse iudicatis, deus nō audit. ¶ Sed si quis cultor est dei, & voluntatem eius facit, hūc exaudit. ¶ Hac propositione data, quod reselli nō potest, protinus assumit. ¶ A seculo non est auditū, quod aperuit quis oculos cæci natī. ¶ Et hoc sine dubio, velint, nolint aduersari, oportet concedi, quod videlicet nihil tale reperitur in Moyse, aut in prophetis. Proinde continuo concludit sic. ¶ Nisi esset hic à deo, non poterat facere quicquam. ¶ Et notāda diligenter huiusce argumentationis colligatio: Scimus inquit, quod peccatores deus nō audit, sed si quis cultor dei est, & voluntatem eius facit, hūc exaudit. Non vtiq; quēuis sui cultorem, neque qualemq; facientē suā voluntatem deus ita exaudit. Nam à seculo multi cultores dei fuerūt, & multi voluntatem eius fecerūt, & tamen à seculo nō est auditum, quia qd aperuit oculos cæci natī. ¶ Magna qdēm audita facta sunt à Moyse & prophetis, sed cūctā quae servora teces, cit Moyses, extra hominē, id est, in elemētis mūdi fecit, pauca vero eoq; quae prophetē geserūt Moses serunt, qui vtiq; Euāgelicæ gratiæ, & tēpore, & prædicatione viciniores extiterūt, intra homines minē facta sunt, sicut resuscitatio mortui p̄ ofones Heliæ, iterūq; Helisæi. Cū ergo nō quaerat qd Chrs̄ lēscūq; sed præcipios vtiq; cultores suos deus sic exaudit, vt talia facere possint, vera profecto & constans conclusio est, nisi esset hic à deo, non poterat facere quicq; id est, nec ele-
mentis imperare, nec amissam mortuis vitam restituere, neque illud quod nunq; fuerat in homine cæco nato lumē infundere, qd à seculo nō est auditum, & si alia magna audita sint. Igitur accusatores & testes iniqui, non tam inquisitores quod derisores iudicij, in sua propositione, qua dixerāt: Nos scimus quia hic homo peccator est, fortis & nodosa per vnu oratione redaguti & cōclusi sunt. Vnde quod via rationis euadere nequeūt, more solito ad cōcūtia proruunt dicentes. ¶ In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerūt eum foras. ¶ Beati inquit eritis, cū maledixerint vobis, & exprobrauerint, & eiecerint nomē vestrum tanq; malum, lā istum maledixerūt, dicentes: Tu discipulus eius sis, & exprobrauerunt dicētes: In peccatis natus es totus, & eiecerūt extra synagogā, id est, anathematizauerūt eū. Ergo sic illuminatio gentium, sic & passiones sanctoꝝ iam in isto præsignatae sunt. Mentiuntur vtiq; de corde suo iudicantes, in peccatis natus es totus, id est propter peccata tua vel parentū tuorum natus es cæcus. Nā veritas de illo iam dixit: neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur, sed vt manifestarentur opera dei in illo. Fateamur tamen nos omnes, quod reuera toti in peccatis, id est, cæci natī sumus, sed etenim completa in nobis prophetia, quae dicitur: Et ducam cæcos in viam quam nesciunt, & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam, docendi autoritatem habemus, ut nos & mulētus, & fiat illud eis quod per Moysem ad ipsos dictū est: Ego ad emulacionē vos adducā in non gentem, in gentem insipientem, in irām vos mittam. ¶ Audiuit Iesus quia eiecerūt eum foras. Et cum inuenisset eum, dicit ei: Tu credis in filium dei? ¶ Leuiter quidē dictū videtur, audiuit Iesus, sed reuera grauissimum est, clamorem peccatorum tetigisse aures: Expectauit inquit vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. ¶ Neque hoc sine pondere dictum est: & cum inuenisset eum, inuenit enim Iesus quod mūdus perdit, inuenit salus quod perditio derelinquit. Inuenit autem de prope: Iuxta enim est dominus his quod tribulato sunt corde. Itē de viro fideli: Cum ipso sum inquit, in tribulatione. Quae sequuntur simpliciter, id est, absque necessaria similitudine de homine

Matth. 5.

Esa. 43.

Deute. 32.

Esa. 5.

Psal. 33.

Psal. 50.

homine illo ratio postulat intelligi. Non em̄ quomodo prius ille homo ad natatoriam Sylo missus lauit & vidit, & deinde dicitur eis: Tu credis in filium dei, sic quisq; nostrū prius baptizate lauandus est, & post an credat interrogādus. Ergo vnius hominis deuotio, q; tūc studiebatur pēsanda est, de quo & subditur. ¶ Respondit illi & dixit: Quis est dñe vt credā in eum? ¶ Hactenus nempe homo iste illud significabat quod nūc est. Significabat em̄ nos, q; catechizandi & baptizandi essemus, & nūc ipse catechuminus est. Nam antehac filiū dei nesciebat, in quē sibi esset credēdum, cum dicat: Quis est domine, & credam in eum? Catechizatur ergo, & illius fides sup oculos mētis eius ponitur, q; pauloante per lutū sup oculos corporis positū signabatur. Nam sequitur: Et dixit ei Iesus: Et vidisti eū, & qui loquit te cum, ipse est. ¶ Rem grande dicturus, scilicet & qui loquitur tecū, ipse est, opportune p̄m̄fit; & vidisti eū, videlicet vt per cōmemorationē magnae virtutis magniq; beneficj benevolū faceret animum auditoris. Quārenti em̄, quis est filius dei, quid est dicere, & vidisti eum, nisi ipse est qui aperuit oculos tuos, vt videre possis eum? Captata ergo benevolentia, cōfessim; & qui loquitur (inquit) tecum, ipse est, quod vtiq; gratiosius, & à iactantia suspitione longius est, q; si ita dixisset: Et ego ipse filius dei sum. Nec vero frustra semetipm̄ cre didit huic filius dei, vt diceret; & qui loquitur tecum, ipse est. Nam audi, audi inquā & vide, quid fuerit, & quid ipse esse nouerit in isto homine, de quo alio loco dictū est: Ipse em̄ sciebat quid esset in hoīe. ¶ At ille ait: Credo domine. Et procidēs adorauit eum. ¶ De hoc pri mitiū adoratore filij dei duo hāc notāda sunt, quae de nullo adorāte illū legis, q; videlicet & credo dixit, & procidit. Nam & leprosus quidē legitur adorasse, nō tamen dixisse, credo in te, neq; procidisse, sed tantum (vt Marcus testatur) genu flexisse: Hic vnuis inuenitur tam voce cōfessionis, quām̄ gestu corporis, necessariam perficiēs adorationē filij dei, & idcirco recte per singulos annos in exemplū proponitur sancta ecclesiæ catechumenis, instantē solennitate paschali, baptizādis in morte Christi, in qua & ille post hāc cōfessionē vel adorationē fine dubio lauari dignus fuit. Igitur postq; hāc acta sunt, audiamus subsequentia dicta saluatoris, & sic illū attendamus, tanquam exponētem, quid abscōdite exeundo de templo Iudæorū, & cæcum tali ordine illuminādo fecerit nobis, ac deinde iudicium proferentem de pastoribus illis, q; hanc ouem, id est, hominē illuminatum foras eiecerant. Sequitur: Et dixit ei Iesus: In iudiciū ego veni in hunc mundū, vt qui nō vidēt, videant: & q; vidēt, cæci fiant. ¶ Magna & iusta sentētia cōpetenter & in tēpore suo dicta est. Nam quia factū fuerat iudicium iniquum, & nō iudicium sed iniquitas, scilicet q; pharisæi s̄pē dictū hominem eiecerat foras, recte is cuius est omne iudicium, ad quē pertinet corrigerē, quecūq; per iniqua iudicia fiunt: In iudicium (inquit) ego veni in hunc mundū. Et q; non aliam ob causam illū eiecerat, nisi q; cæcus cum fuisset & nūc videret, illuminatorem suum blasphemare noluerat, recte p̄cēnam, quam illis repensurus est iudex, cæcitatem appellat: Vt qui non vident (inquit) videant: & qui vident, cæci fiant. De causa enim illuminati hominis, qui cæcus fuerat, quomodo eiecerant eum foras, congruum p̄cēnae vel vindictæ eorum vocabulū datum est. Nec solum dixit: Vt qui vident cæci fiant, sed etiā vt habeant quos p̄cēnāliter emulentes: & qui nō vident inquit, videant. Vbi ergo audimus iudiciū, dicēte iudice: In iudiciū ego veni in hunc mundū, ipsum expectemus iudicij ordinem, scilicet vt q; reos iudicaturus sit, iam nunc ipsorum dicat reatum, ipsumq; perpetrari reatus modum atq; vocabulum. ¶ Reatus est, q; non per ostium intrauerunt, sed aliuude descenderunt in ouile ouium: modulus, quia non solum furari, sed & mactare, & perdere venerūt, & ipsum pastorem bonum, cuius oves sunt, occidere querunt, quod & perfecturi sunt. Vocabulum reatus eiusdem legitima cum diffinitione positū hoc est, quia fures & latrones sunt. Fures, quia furant: latrones, quia quod furantur occidunt. Ac proinde his qui non videbant, videntibus excæcandi sunt, & sicut alibi verbis alijs, sed eodem sensu dictum est: Multis ab oriente & occidente venientibus & recumbentibus cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorū, enīcīdi sunt in tenebras exteriores, quod hoc ordine ingrediuntur. ¶ Et audierunt quidam ex pharisæi qui erant cum eo, & dixerunt eis: Nunquid & nos cæci sumus? ¶ Ex pharisæis qui (sicut supra dictum est) iam conspitauerant, vt si quis Christum confiteretur, extra synagogā fieret, quidam cum illo erant, non vtiq; sequentes, sed persequentes: non imitatores, sed infidatores. ¶ Sunt autem pharisæi clerici Iudæorū. Si ergo Iudæi videre sibi confidūt, quāto magis pharisæi duces eorū! In quo vero sibi videre Iudæi sibi confidūt: Si aut̄ (ingt Apo stolus) tu Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora legis, instructus per legem, confidis teipsum ducē esse cæcōrū, lumen eorū q; in tenebris sunt, &c. Igitur cum dixisset dominus: Et qui vident cæci fiant, cognoscentes q; de ipsis diceret. Nunquid (aiunt) & nos cæci sumus? Nunquid quia tu venisti, nos quoq; scientiæ nostræ lumē perdidimus? ¶ Dicit eis Iesus: Si cæci essetis, nō haberetis peccatū, Nunc autem dicitis, quia videtis, peccatū vestrū manet. ¶ Bene & laudabiliter mode-

Cæcus ille figura cas techumi & horum.

Iohan.
Match. 8
Marci. 14

Roma. 14

Iniquū iudicū Iude orum in eg cum.

Reatus Iudæorum.

Match. 8

Pharisæi vñ
luti clerici
Iudæorū.
Roma. 8

CCII. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. X.

moderatur sententiam suam, concedendo illis quod videtis fint, & hoc ipsum proficere cōprobando, ad cumulum damnationis, pœnaq; æternæ cætitatis. Nam vere cæci sunt pro odiū lucis & veritatis, & videtis per notitiam eiusdē veritatis, utpote per legē instructi. Vnde & per prophetā deus dicit: Educ foras populum cæcum, & oculos habentes, surdum & aures ei sunt. Suo ergo malo cōceditur eis quia videt, dicēdo: Si cæci essetis nō haberetis peccatum, nūc aut̄ dicitis quia videtis, peccatum vestrum manet. Quod peccatum? Illud utiq; quod protinus his verbis subinfertur: Amen amē dico vobis, quod non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascēdit aliunde, ille fur est & latro. Poterat dicere sic: Amē amē dico vobis, quoniam videtis, & vidēdo declinare ostiū, atq; aliunde in ouile ouium ascēdere scitis, fures & latrones estis, & hoc est peccatum vestrum, furtum scilicet & latrociniū. Sic inquā dicere poterat, sed ne aliquā amaritudinē, quasi prouocata sonaret veritas, maiori cū suauitate seuerissimi iudicij libram tenēs, peccati pondus vuiuersaliter enūtiat? Qui nō intrat, inquit, per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Fur videlicet, quod furatur quod alienū est: latro, quod occidit quod furatus est. Et nota quod congrua similitudine pro tempore & re v̄sus est. Illi nāq; scilicet pharisæi, quasi pastores, sed pastorali potestate vel authoritate abutentes, hominē illum qui illuminatus fuerat, tanq; ouem de ouili ouium, id est, synagoga foras eiecerant. Ergo congrue similitudinē sumit de ouili ouiu, & tā illis q; oībus, quod cū lupi fint, pastores videri volūt, & subditos suæq; potestati pmissos, neq; p ostiū admittūt, neq; p ostiū emittūt. i. nō secundū deum, sed secundū propriā voluntatē anathematizantes condemnant, vel assumētes iustificant, iuxta prophetam dicētem: Vicificabat animas quae non viuunt, & mortificabunt animas, quae nō moriūtur. Omnibus inquā edic̄it, quod hoc pacto nō per ostium in ouile ouium introierint, sed aliunde ascēderint, & proinde fures & latrones fint. Nunc de his maxime ad quos, vel cōtra quos sermo est, dicendum est: Amen amē dico vobis (inquit) qui nō intrat p ostium in ouile ouium, sed ascēdit aliunde ille fur est & latro. Hic iam illud subaudiēdū est, quod posterius dicit: Ego sum ostiū ouiu. ¶ Cōstat aut̄, quod pharisæi non solum per ipsum intrare recusabant, sed & ipsum agnoscere nolebant, dicētes: Hunc aut̄ nescimus vnde sit, & adhuc quod peius est, iam conspirauerant, quod si quis p ipsum intrare vellet, i. si quis cōfiteretur eum esse Christū, extra synagogam fieret. Et profecto idcirco hunc hominē de synagoga foras eiecerant, quia p ipsum intrare iam cōperat. Rectissime ergo dicitur eis hoc prouerbium, per quod significatur de ipsis, quod fures & latrones sunt, quod videlicet p ostium. i. per Christū, nec ipsi intrāt, nec alios intrare permittunt. ¶ Igitur si cæci essetis, inquit, id est, si nō cōsideretis in vobis metip̄sis, & si nō tulistis clauim scientiæ, nec ipsi introeuntes, nec alios intrare permittētes, peccatum nō habetis, illud scilicet, quod ostium. i. me, per quē intratur in ouile ouium, tātopere declinatis, & obstruere contēditis. Nunqd enim cæcus ostium declinare nouit, & non potius ignorans & errans ab eo diuertit. ¶ Itaq; iustum fiet iudiciū, vt qui non videt ostium, vocētur & ducātur ad ipsum, moxq; introducti videant: qui aut̄ videt ostium, & inuidētes ostio, vel vituperātes illud, aliunde ascendunt, ad hoc vt faciēdo desideria patris sui diaboli, mactēt & perdat ipsi continuo cæci fiant, videlicet sic foras expulsi, vt iam nec ostium inueniant, nec aliunde ascēdere præualeant. Seq̄tur: ¶ Qui aut̄ intrat per ostium, pastor est ouium. Hoc plane cōsequitur eum, qui intrat p ostium, vt sit pastor ouium, sicut econtra eum qui ascēdit aliunde consequēs est esse furem & latronem. ¶ Intrare autem per ostiū quid est, nisi imitari Christum, qui ipse sicut paulopost dicit, & pastor est, & ostium? Item quid est Christū, nisi non à seipso quēq; venire, sed cum subiectiōne obedientiæ, mittētis siue vocati sustinere imperium? Chrūs enim nō ipse sibi pastoris nomē, aut officiū, siue possessionem usurpauit ouiu, sed à patre iussus & missus, curam requiredæ ouis cētesimæ, quae perierat, obediēter suscepit, sicut ipse contestans: Neq; enim inquit à meipso veni, sed ille me misit. Quod & Apostolus verbis alijs comprobās: Nec quisquā (inquit) sumet sibi honorē, sed qui vocatus est à deo tanquam Aaron. Sic & Chrūs non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum dicens: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Qui ergo non à semetipso venit, neq; seipsum commendat, sed commendatorem deum expectat, vt pastor fiat, intrat utiq; per ostiū, quia sic imitatur principem pastorem Christum, multumq; dissimilis est illis, propter quos, vel contra quos hac maxime dicuntur, Annae & Caiphæ, & qui reuera aliunde ascenderant, & idcirco non mirum faciebant, quod furabantur, & mactabant, & perdebat, quia fures & latrones erant. Non enim vocati sunt à deo tanquam Aaron, sed contendendo irruentes alter super alterum, venale sacerdotium in partes annuas sciderunt. Sequitur: ¶ Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. ¶ Huic (inquit) qui intrat per ostium, id est, qui ordine legitimo propter deum pastoris fortit sacerdotium, ostiarius aperit, quia videlicet vt studium eius ouibus profit, auditorum corda per gratiam sancti sp̄s puenit.

¶ Quod

Esa. 43

CAP. X.

Fur & la-
tro.

Ezechi. 13.

Pharisæi fu-
res & latro-
nes.

Lucas. ii.

Iohan. 8.

Quid ē in-
trare per
ostiū.

Lucas. 15

Iohan. 5.
Hebr. 5.

Psal. 2

Psal. 109

1. Petri. 5

Quod legitimo pastori Paulo Apostolo siebat, cū diceret Corinthiis: Permanebo autem Ephesi vscq; ad pentecosten, ostium em̄ mihi apertū est magnū & euīdēs. Tale est illud qđ in Apocalypsi, angelo Philadelphiæ ecclesiæ promittitur: Hæc dicit sanctus & verus, q; ha-
ber clauim David, q; aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Scio opa tua: Ecce da-
bo coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere, &c. Tunc enim sanctus & verus
humanorum pectorum clavicularius angelo Philadelphiæ, quod interpretatur dilectionis
fraternæ, scilicet prædicatori cupienti saluti proximorum proficere, ostium magnum ape-
rit, sciens opera eius, quando perpendicularē intentionē cordis eius, intelligentiā sacri verbi pā-
dere illi dignatur, & labori eius, vt fructū faciat, præuentente pariter ac subsequentē gratia
sua, cooperatur. ¶ Et nūc quidem ostiarius est ipse qui hæc loquitur, q; anteq; per victoriam
mortis glorificare tur, humilius ianua videbatur: nūc (inquam) nō solum ostiū, sed & ostia-
rius est, ex quo ascendens in altū, & captiuam ducens captiuitatē, dedit dona hominibus.
Exinde nāq; ostiarius quoq; esse cōprobatur, quia ipse dedit quosdam quidem Apostolos,
alios autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores. Nec ve-
to cōfusionem facit, aut facere debet ullam, quod ipse idem & ostium, & ostiarius est. Nā
in ouili quidem brutarum ouium, aliud ostium, atq; aliud est ostiarius: at in grege rationa-
li, qđ ostium, hoc ostiarius est. Etenim quemadmodum unus identq; dominus noster Ie-
sus Christus, & via, & veritas, & vita est, sic nō solum ostium, sed & ostiarius, & adhuc ipsa
ouium est pascua. ¶ Est autem in ostio & ostiario nonnulla profectuum nostrorum distinc-
tio. Nā dum per fidem catholicam quisq; nostrum ad Christū accedit, Christus illi ostiū
est: quando autem accepto gratiam aliquam idem gratiarum distributor largitur, iā ostia-
rius est. Sic & summis post ipsum pastoribus Apostolis, ante passionem suam Christus tā-
tummodo ostium erat: ex quo autem resurgens à mortuis, potestate accepit, sicut ait ipse:
Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, iam & ostium, & ostiarius extitit, & vt ve-
ri ostiarius coeli, dona sancti spū illis largitus est. Igitur qui intrat per ostium (inquit) huic
ostiarius aperit. ¶ Quid deinde? Et oves inq; illum se quūt, hoc plane dignū est, & sic ip-
sis ouibus expedit. Christi quippe oves nō essent, si Apostolos Christi & omnes qbus hic
ostiarius aperuit nō sequerentur, & si vocem, i.e. doctrinam eorum nescirent, vel nō appro-
barēt. Nam talibus ipse dicit: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Qua fre-
tus autoritate Paulus: An inquit experimentū queritis eius qui in me loquitur Christus?
Itaq; cuicūq; ostiarius aperit, oves vocē eius sciunt, & sequuntur eum, & quicūq; sequuntur
oves sunt. Qui autem sequi cōtemnunt, ipsa rebellione sua testes sunt sibi, q; non oves, sed
hœdi sunt. Sequitur: Et proprias oves vocat nom: natim, & educit eas. ¶ O quām dissimili-
lis est iste quicūq; per ostium intravit, vel cui ostiarius aperuit, furibus & latronibus illis
qui declinantes ostium, aliunde ascenderūt. ¶ Illi nempe nequaq; oves vocant nominatim
sed ecōtra peruersis vtuntur nominibus, dum dicunt bonū malum, & malum bonū: dum
vocant tenebras lucem, & lucem tenebras, vt iustificant impium, pro munib; & iusti-
tiam iusti auferant ab eo, quēadmodū fures & latrones, propter quos, vel contra quos hæc
maxime dicuntur, quia hominem illum, qui cæcus fuerat & viderat, alieno nomine vocan-
tes, maledixerūt & exprobrauerūt, & eiecerūt tanquam malū. Nō ita iste, sed proprias (in-
quit) oves vocat nominatim. Proprias (inquit) videlicet, quia Christi oves dilectionis affe-
ctu suas fecit, vel q; pastor principi pastor ipse proprio labore, & curā nutritia illas q; non
erant, acquisiuit. ¶ Vocatq; illas nominatim, id est, cum sint oves non hœdos vocat, sed vt
sint oves blande ac familiariter appellat. Et si qñ hœdi fuerint, nō hoc maledico ore tyran-
nizando improperat illis, præsertim cum ipse princeps pastorum per Psalmistā dicat: Nec
memor ero nominum eorum per labia mea, nisi forte pro vtili cōmemoratione gratiæ pu-
rificantis, sicut Apostolus, cum vetera commemorasset nomina dicendo: Neq; fornicarij,
neq; idolis seruiētes, neq; auari, neq; molles, neq; masculotum cōcubitores, neq; fures, neq;
rapaces regnum dei possidebunt: cum inquam hæc vetustatis nomina cōtigisset, statim dei
gratiā cōmendando subiunxit: Et hæc quidem fuitis, sed abluti estis, sed sanctificati estis
sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spū dei nostri. Itaq; nomina
tim vocat illas, id est, eo nomine qđ super nos magnus pastor scripsit, oblitteratis priscis no-
minibus, nomen dei sui, & nomen suum nouū, nomen filiorum dei, quod est nomen Chri-
stianum, de quo & per prophetam: Vocabo inquit seruos meos nomine alio, in quo qui be-
nedictus est, benedicitur super terrā. ¶ Et sic vocando educit eas inquit. Vnde educit, vel q;
educit? Iam quidem quotq; oves Christi sumus, ex ipso qđ sumus oves, educiti sum⁹ de te-
nebris errore antiquorum, iamq; per manum pastorum suorum eripuit nos deus de præsentis
seculo nequa, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Veruntamen est adhuc, & plerūq;
euinit, vnde plerosque nostrum, qui iam sumus oves Christi, oporteat educi, imo & cla-
more grandi euocari, sicut per Lazarum quoq; significatum est, quem iam sōtentem, &
quatri-

1. Cor. 3.
Apoca. 2.Psal. 67.
1. Cor. 12.

Iohan. 14.

Matth. 6.

Lucæ. 10.
2. Cor. 13.Mal. pasto-
res.
Esa. 50.Quid ē vō
care nomi-
natim.
Psal. 15.

z. Cor. 6.

Esa. 15.

Galat. 4.

CCIII. R V PERTI IN IOHANNEM. CAP. IX.

Iohan. 2 quatriduanū legimus magno domini nostri Iesu Christi: clamore fuisse resuscitatū. Sordi-
 dantur quippe oves plerūq; etiā postq; torse & salubri fluui lotæ fuerint, & ipfis suorum
 vitioꝝ morbis delectatæ, in praua cōcluduntur consuetudine, aut etiam hæretico (qd gra-
 uis est) foedatur errore. Laborat hic pastor ouium, qui p. ostium intravit, cui ostianus a-
 peruit, & vocibus vtens, nūc qdē asperis, Verbi grā, cū dicit Aplus: Oino auditur inter vos
 fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gētes; nūc vero blandis, cū idē ipse ad eosdē
 Os nostrum (inquit) patet ad vos. o Corinthi, cor nostrum dilatum est, siue ad Galatas:
1. Cor. 5 Filioli mei, quos iteꝝ parturio, donec formetur Christus in vobis. Reuera vocat oves no-
 minatim, donec educat eas, id est, prauam in illis fornicationis consuetudinē expurget, vel
2. Cor. 6 fidei firmitatem reformat. Quod quia non sola voce prædicationis, sed operis quoq; ex-
Galat. 4 ple perficitur, protinus subiungitur. Et cū proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves
Plal. 94 illum sequuntur, quia sciunt vocē eius. Hoc népe illi expedit, vt cum emiserit illas p ver-
1. Cor. 9 bum exhortationis, vadat ante illas per exemplū boni operis, ne quando dicat illi deus pec-
Matth. 23 canti: Quare tu enarras iustias meas, & assumis testamentū meū per os tuū? Tu vero odi-
 sti disciplinā, & proiecisti sermones meos retrorsum, &c. Quod præcauēs Apostolus dice-
 bat: Sic curro, nō quasi in incerto: sic pugno, nō quasi aerem verberans, sed castigo corpus
 meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobis efficiar. Er-
 go cū proprias oves emiserit pastor legitimus, ante eas vadit, & oves illū sequuntur. Sequuntur inquam, & hoc nempe illis expedit ouibus. Si em̄ de hypocritis & simulatis pastorib;
Qui dicantur inquit quæ dixerint vobis seruate & facite, secundū opera vero eorū nolite facere,
hic as- dicūt em̄ & nō faciūt: quāto magis sequi oportet eos, qui dicūt & faciūt. Sequuntur ergo illū
lieni, blas- quia sciunt vocē eius, quia veram & sanā esse cognoscunt doctrinā eius. Alienum autem
phemī & non sequuntur, & fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Alienos nō qua-
hæretici tūr hic as- lescūq; hypocritas, sed eiusmodi fures atq; latrones hic accipi oportet, quales erāt isti, pro-
 pter quos hoc prouerbium dicitū est, quoꝝ erat vox aliena multū, vt pote ad blasphemia pro-
 uocans dicendo: Da gloriam deo, nos scimus quia hic homo peccator est, & non est hic à
 deo. Quam vtiꝝ vocem non agnoscēs, imo agnoscere nolēs, sāpe dictus homo qui cæcus
 fuerat & viderat, noluit sequi, sed fugit ab eis, vt vere alienis, & fugiēs mēte, corpore quoq;
 ab eis passus est se expelli. Tales prouerdubio sunt omnes hæretici, quicūq; integre nolunt
 audire mysteriū fidei, qd continetur sub illis eiusdē hominis verbis de seipso, illuminato-
 ri suo testimoniū perhibētis: Lutum fecit ex sputo, & liniuit sup oculos meos, & abñ, & la-
 ui, & vidi. Igitur quæcūq; veræ oves sunt, alienū nō sequuntur, sed fugiunt ab eo, qā nō nouerunt,
 vocē alienorum. Non nouerunt inquam, nescierūt neq; scire voluerūt, quēadmodū
 & scire nolebat ille, qui dicentibus sibi: Nos scimus quia hic homo peccator est: Si pecca-
 tor est (inqt) nescio, hoc vnum scio, quia cæcus cum essem, modo video. Quod est simili-
 ces oves, id est, fideles, & catholicos hoīes, q non cognoverūt altitudinē satanæ, dicere alien-
 is, scilicet Iudæis, & cūctis qui de incarnatione filij dei male sentiunt hæreticis. Scimus &
 scientiā habemus, dicitis: Nos aūt scimus, vtrum stulti an insipientes fitis, de quibus pariter
 scriptū est: Simul insipientes & stultus peribūt, hoc vnum scimus. Qui cæci, id est, iguorantes
 deum, cū essemus, nunc p. hoc ingressi ostiū fidei, qd est: In principio erat verbū, & verbū
 erat apud deū, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta
 sunt, & sine ipso factū est nihil, & hoc verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Per hoc
 inquam quasi lutum ex sputo, quod est sapientia, quæ ex ore altissimi produxit, & puluere
 nostro confectionum, semel sumus illuminati, gustauimus etiam donum cœlestis, & partici-
 pes facti sumus spiritus sancti, gustauimus nihilominus bonum dei verbum, virtute s. seculi
 venturi. Sequitur: Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Prouerbium est, quando verbum
 aliud pro alio verbo dicitur, videlicet vt vnu per aliud valētus commēdetur, & efficacius
 intelligatur. Quod genus dicēdi, siue ornatus dictionis in sacris scripturis vfitatum est, di-
 uinitusq; prouisum, tam ad delectandū diligētem auditorē, qd etiā ad edemandā labore su-
 perbia, & intellectū à fastidio renouādū, cui facile inuestigata plerūq; vilescūt. Et sic maxi-
 me hoc loco fieri decuit, vt cōuinceret illoꝝ supbia, q de claritate vel acumine intelligētis
 ac sciētis suā psumētes, paulo ante dixerāt: Nunqd & nos cæci sumus: Nā protinus subdit
 Et ipsi nō intellexerūt qd loqueret eis. Nonne ergo iam iudiciū fieri incipiebat de oculis eorū vt cæci fieret, q dixerant: Nunqd & nos cæci sumus: Nonne si reuera videret, & nō
 odio præsentis veritatis iam cæcutirēt, cognoscere potuissent hoc prouerbium, quod lo-
 quebatur eis saltem per visionem propheticā scripturā, qua Ezechiel dicit: Vt pastorib;
 Israel, qui pascebant semetipſos: Ac deinceps: Nonne, inquit, greges pascuntur à pastori-
 bus: Lac comedebatis, lanis operiebamini, & qd crassum erat occidebatis, gregē aūt meū
 non pascebatis. Et post pauca: Ecce ego ipse super pastores, & requiram gregē nostrū de
 manu eorū, & cessare faciā vt vltra nō pascant gregem meū, nec pascant amplius pastores
 semet-

semetipsos, & liberabo gregem meū de ore eorū, & non erit ultra eis in escam, &c. Itē in fine eiusdē capituli: Vos aut̄ inquit greges mei, greges pascuae meae, homines estis, ego dñs deus vester dicit dñs. Si ergo nō iam cæci fieri inciperent, quomodo non cognouissent de qualium ouili ouiu loqueretur eis? L Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis,

CAP. X.

quia ego sum ostiū ouiu. Quomodo cūq; siue nō valentes, siue non volentes cognoscere, non cognouerūt quid loqueret eis, ostiū ipsum qd clausum erat, se aperuit, vt iam velint nos int̄audiāt ipsi, audiāt & videāt, qui fuerant cæci, quod ostium, qd ouile dixerit: Ego sum

inquit ostiū, hic iā subaudiri necesse est, nec em̄ ignorari potest, qd de seipso dixerit suprat̄: Qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Proinde cū hac propositione qua dicit: Ego sum ostium, subaudita & assumpta sentētia, quam præmi

fit, recte cōcludit sic: Omnes quotquot venerūt, fures sunt & latrones. Nempe si ipse est ostium, imo quia ipse est ostium, omnis autē qui non intrat per ostium, fur est & latro, igit̄

quotquot venerūt, fures & latrones sunt. Nemo quippe illorū qui tunc venerant, & tunc in ouili tyrannizabant, intrauerant per ipsum, quia nō venerant prædicando, & seruando dei verbū, sed venerant negando & blasphemādo dei filium. Et de his qui tūc erant eū di-

Cur ait fu-
res sunt, &
nō fures lu-
erunt.

xisse manifestū est, quia præsentis temporis verbo fures sunt, & non præterito dixit, fures fuerunt. Verūtamen siue præsenti, siue præterito tempore, quotquot venerūt, fures fuerūt & fures sunt, qd̄a venerant a semetipsis, neq; à deo missi vel vocati sunt, qd̄ est nō intrasse per ostiū. Aliud nāq; est simpliciter & absolute venisse, aliud in nomine domini, vel à deo ve-

nisse, vnde prophetæ & sacerdotes sancti nō tantum venisse, sed in nomine domini venisse, vel in nomine dñi locuti esse dicendi sunt. Igitur quotquot venerūt, subaudit̄ quia missi vel

vocati nō sunt, neq; cū verbo dei venerūt, fures (inquit) sunt & latrones. Sed nō audierūt eos oues. Hoc iam & suprā dictū est, quia alienum nō sequuntur, sed fugiūt ab eo, qd̄ non

nouerūt vocem alienorū. Non inquam audierūt, neq; audituræ sunt eos, qd̄ diu fiet illud qd̄

præsignatū est per hominem illū, qui supradicto modo vel ordine illuminatus, maluit ejici foras, qd̄ audire furum aut latronū blasphemias. Iterum dicit: Ego sum ostium. Cur hoc

dicit iam vice altera, nisi quia nō vnu tantum, sed duo sunt ouilia: hoc etenim post aliqua di-

cturus est: Et alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili. Ut ergo sese vnum eundemq; si-

gnificaret, qui antiquos pastores, scilicet Moysen & prophetas dedit, & nūc electione sua non vos, scilicet Apostolos admittit, semel & iterū: ego sum ostium dixit. Et primo cum di-

xisset ostiū de præterito, subiunxit: Omnes quotquot yenerūt, fures sunt & latrones, sed nō audierūt oues. Secundo cū dicit, ego sum ostium, de futuro subiūxit: Per me si quis introierit

saluabitur, & ingrediet, & egredietur, & pascua inueniet. Ita distingueſ nō vni ouili, duo

ostia (qd̄ vulgo facile est fieri) sed qd̄ longe mirabilius est, vnu ostium duobus ouilibus attri-

buit, vt necessario consequatur: qd̄ dicturus est paulopost: & fiet vnu ouile, & vnu pastor. Et ingredietur (inquit) & egredietur, & pascua inneni et. Olim quicunq; ingrediebat, siue

indigena Israelites, siue aduena proselyth, pascua legis & prophetarum inueniebat, sed e-
grediens, qd̄ paradisus nondū reseratus erat, egredies inquā a præsenti vita, pascua non in-
ueniebat. Deinceps aut̄, si quis introierit (inquit) saluabit, & ingrediet, & egrediet, & pascua

inueniet, quia videlicet & per fidē ingressus præsentis ecclesiæ ouile, virecta carpet, tam le-
galis doctrinæ, qd̄ & euāgelicæ gratiæ, & egredies per morte carnis, statim delicijs perfruet

paradisi, cuius vñq; ad interiora iam peruum factū est hoc ostium, dñs Iesus per mysteriū
siue sacrosanctæ passionis. Sequtur. Fur nō venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Sin-
gula horū quæ dicta sunt, vt furetur, mactet, & perdat, significationes habent proprias, & p-

hac certa enumeratione partiū, cūcta nō qualiscūq; furis, sed eius qui (vt supra dictum est)
fur est & latro, præscripta est atrocitas, aliud nanq; est qd̄ furatur, aliud quod mactat, aliud
quod perdit. Quid em̄ furatur, nisi aurū & argentū aurum sapientiæ dei, & argentum elo-

qui mystici, vel vt magis in metaphora sermo persistat, quid furatur, nisi salubria ouiu pa-
bula, furtimq; corrūpit, quādo peruersis traditionibus sacram scripturam eo sensu defrau-
dat, quo illā spū sanctus scribendam vel legēdam tradidit. Vnde & Apostolus cū dixisset
Si autem tu Iudeus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti volūta-
tem eius, & probas vtiliora legis, instructus per legē, cōfidis teipsum ducim esse cæcoꝝ, lu-
men eoꝝ qui in tenebris sunt, statim intulit: Qui ergo aliū doces, teipsum nō doces: qd̄ præ-
dicas nō furandum, furaris: qui abominaris idola, sacrilegium facis: Digna profectio inue-
ctione, & magni vigoris argumēto vsus est. Nam quāto Barabbas latro, vel quilibet eius
similis, probroserior fuit homine illo, cuius à natuitate cæci (vt supra narratū est) dñs noster
oculos aperuit, tanto detestabilior est fur iste, qui in peruersione scripturaꝝ vel operꝝ Chri-
sti, huiusmodi sacrilegiū facit, homine gentili, quem ipse iudicat, eo quod ostium nō vidēs,
idolum surdum & mutum pro ostio ambiat: Hic igitur ad hoc venit, vt furetur. Ingresso
autem fure huiusmodi, necesse est oues vtrobiq; periclitari. Nā si furto veritatis cōsentire

Duo Chri-
ouilia.De antiq
ouili egre-
diētibus p
mortē non
erant pas-
cua vt nūc
in paradi-
so:Quid fura-
tur hic fur
Roma. z

Matth. 23. vel pabula corrupta cōtingere noluit iratus fur cōtinuo mactat, de qualibū dictū est: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribes, & ex eis occidetis, & crucifigetis, & flā gellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem. Quod quidem nec dum palam fecerant, nisi quod hominē s̄epe dictū, qui cæcus fuerat & viderat, suas blasphemias sequi nolentē, foras eiecerant, sed postmodum publica insania fecerūt, ab ipso qui hēc loquitur, summo pastore cruentū incipientes agere latrociniū. Si autem furto consentiant, fures q̄ sequātur, & audiant vocem alienorum, tum corpora quidē non mactat, sed animas perdit, iam quippe ipso consensu animæ perditæ sunt, & si corpora viuūt, illæ iam perierūt. Rectissime igitur dictū est: Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Furetur videlicet & adulteret vel corrūpat verum scripturæ sensum: mactet corpora sibi non cōsentientium: perdat animas contentientium. Cuius crudelitate oppositum est quod sequitur. **L**Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. **J**Poterat sic dici: Ego veni vita ho minum, vt abūdantius viuant, quod vtiq; plus esset, q̄ quod dictū est: Ego veni, vt vitam ha beant. Nam & omnis pastor ouium, qui intrat per ostium, ad hoc venit, ad hoc vocatur vt intromittitur, vt oves vitam habeant, v̄e nō ipse vita, sed tantū vitæ particeps, ac vitæ nūtius sive minister est. Hoc inquam dici poterat, sed aduersus fures & latrones, qui veniunt ut mortē inferant, ita cōgrue nec plūs, nec minus, q̄ opportune oppositū est, dicēdo: Ego veni vt vitam habeant. **Q**uantū vero est quod addidit: & abūdantius habeant? Vtiq; quantū differūt promissio & aquētus eius, tātū vltra mediocritatem antiquæ pascuæ, hoc est quod nūc dicitur, abūdantius. Nam q̄ multo minus habuerūt oves domini antiquitus, testat Apo stolus, qui enumeratis magnis & primis arietibus, sic ad vltimum de illis intulit: luxta fidē defuncti sunt oēs isti, non acceptis promissionibus, sed à longe aspicientes & salutantes eas, & confitentes quia aduenæ & peregrini sunt super terram. Certum est hoc, & nulli dubitare fas est, quia cūcti greges hactenus, qui aduentum eius præcesserant, foris excubabant extra paradisum, & longo balatu diuinæ visionis pascua desiderabant, donec veniret, vt supra dictum est, & suo sanguine romphæam, id est gladium flammeum extingueret iste, qui illis repromissus est. Bene ergo cum dixisset: Ego veni vt vitam habeant continuo subiuxit & abundantius habeant, quia videlicet vitam quam habebant in spe, dedit vt haberet in re. **V**nde supra cum dixisset: Per me si quis introierit, saluabitur, protinus adiecit: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Quia profecto post aduentum eius dignæ oves, & ouile præsentis ecclesiæ per fidem ingressæ, abundantius quām anteriores, dei notitia pascuntur, & per mortē carnis egressæ, visione summi pastoris perfruuntur. His dictis in iudicium vel condemnationē eorū, qui fures & latrones sunt, nūc omnibus curæ suæ vicarijs, q̄ digni pastores eē cupiunt, hoc modo semetipsum dat in exēplum. **L**Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus. **J**Dum cōtra illos sermonē dirigeret: Qui nō intrant per ostium, sed ascēdūt aliūde, & proinde fures & latrones sunt, semel & iterum dixit: Ego sum ostium, nūc ad eum sermonē intendēs: Qui intrat per ostium, & pastor est ouium, pro causa vel eruditione eiusdem, cui loquitur amplius accommodat vocem suam, dicens: Ego sum pastor bonus, atq; eiusdē bonitatis formam, quam pastor quisq; imitetur, adiungit dīcēs: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus. **Q**Poterat plane bonitatis huius formam sumere altius, q̄a cum eēt in forma dei dñs deus noster, propter nos populum suū, & oves pascuæ suæ, semetipsum exinanivit, formam serui accipiēs, & habitu inuētus vt homo: & iuxta parabolam cērūm ouium & ynius perditæ, cū haberet oves nonagintanouem, id est, omnē beatorum angelorum multitudinē, relictis illis, venit vnam, quā errauerat querere. Sic inquam poterat formam suæ bonitatis hic bonus pastor exponere, sed hoc exēplū nulli imitabile est. Nō enim infra se descēdere possunt, dum pastores hominū fiunt, sed ecōtra tanto supra semetipso eleuantur, vt principatibus & potestatibus cœlog; assimilētur. **B**ene ergo dum homines ad imitationē sui formare intēdit, illud omittit quod nullatenus pos sunt imitari, & hoc solū quod imitabile est hoc modo proponit. Bonus pastor animam suā dat pro ouibus, hoc etenim pastribus p̄ spiritū charitatis, imitabile est, imo & imitari dulce est. **V**nde vn' cōstantissimus, cū oves suas defensaret à furibus & latronibus. Ego autem (inquit) libēter impēdam, & superimpēdar ipse pro animabus vestris, licet plus diligēs mi nus diligar. Quantū putas pro ouibus semetipso impēderunt? Respersa sunt ouilia sanguine pastorū, maduerūt campi cædibus pastorū, cruētata sunt pascua vulneribus pastorū, sacra ta est terra corporibus pastorum, ditatum est cœlum animabus, quas pastores pro ouib⁹ suis posuerūt. Claret igitur imitabilem eē pastribus hanc suæ humilitatis formam, quā proposuit pastor bonus. **E**t tamen nemo p̄stor bonus, nisi hic vnus: quia nemo bonus, n̄i vn' deus, hoc etenim quodam loco dicenti sibi cuiquā: Magister bone, quid faciendo vitā eēt nam possidebo? Respōdit dicens: Quid me dicas bonū? Hæc enim est salutatio forensis, vñata ambitioni scribarū & pharisæorū. Nisi me cōfitearis dñi, cōsequēs est vt nec dicas bonū

Itaq;

Itaq; quomodo pastor & magister voce quidē diuersa, sed sensu idē sunt: vnde em̄ pastor
vniū dicitur pro similitudine, inde magister hom̄ est in rei veritate: sicut magister bonus,
nō nisi quia deus est, sic pastor bonus, nō aliunde, nisi q̄a deus est, pastor inquā, bonus, & non
ex accidēti dono, sed eentialiter bon⁹. Igit̄ cæteri qdē pastores digni sive idonei dicātur: hic
aut̄ solus pastor bonus, qui solus ita animā suam posuit pro ouibus, vt in sacramēto nostro
corpus suū & sanguinē verteret, & oues suas redemeat, suæ carnis alimēto satiaret. Quid
ille qui hoc exēplū boni pastoris imitari renuit? Quali nomine vel potius denotatiōe cēsen-
dus erit, ait: L Mercenarius & q̄ nō est pastor, cuius nō sunt oues propriæ vidit lupū veniē-
tem, & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit & dispergit oues. Quatuor hoc loco reposi-
ta sunt: scilicet bonus pastor q̄ dicit: ego sum pastor bonus, & is q̄ formā boni pastoris imi-
tatur, & mercenarius & lupus. Itē supra quatuor posita fuerāt, ostiū & ostiarius, & pastor,
& q̄ aliunde ascēdit fur. Ibi vnū malū scilicet fur, hic duo mala, videlicet mercennarius & lu-
pus. Attamē lupus cū mercenario occultius ouili est damnosus: Nā fur dū mactat & perdit
dit, aperta corporibus & animabus tēpestate, pernitiosus est. ¶ Itaq; mercenarius qui non
ipse quidē mactat & perdit, sed fuga sua lupo perditori, raptori & dispersori, scilicet diabo
lo locū facit; nō quidem ipse fur est & latro, sed nec dicendus est pastor. Sic enim ait: Mer-
cenarius & q̄ nō est pastor. Quomodo ergo vel qua intravit? Nāq; inter ostiū & ascēsum
aliunde, nihil mediū superius positiū est. At is qui per ostiū intravit, pastor, inquit, est ouium
& qui ascendit aliunde, fur est & latro. Qua ergo intravit mercenarius, q̄ nō est pastor: nec
rursus mactat aut perdit, sicut fur: Non em̄ aperte, sicut Arrius vel alius quilibet haeresiar-
ches facit aut persequitur, vt occidat eoz corpora, quoꝝ nō potest animas suæ peruersita-
tis maculare cōsensu. Restat vtiq; vt si fur nō est, socius tamen furum sit, quia de talibus per
Prophetam dictū est: Principes tui socij furum, omnes diligunt munera, sequūtur retribu-
tionem. Socius aut̄ furum animo est: nam corpore cū pastoribus per ostium intrare visus
est. Itaq; diuisus ipse est. Quapropter de hīmōi alibi dictū est: Veniet dñs serui illius in die
qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eū, pātemq; eius ponet cū hypocritis, diui-
det inquit, id est, diuisum & duplēm fuisse redarguet: diuidet eum, id est, pastoralis gratiæ
donū ab illo auferet, & ipsum p̄cenis tradet. Ostensa igitur pastoribus de contemptu mor-
tis via quam sequātur, & apposita forma cui imprimatur recte ex opposito mercennarius
describitur, q̄ tametsi fur & latro nō esse videtur, sed potius per ostiū intrasse, pro eo q̄ ca-
tholicā fidē profitetur, nec aliud euāgelizat, q̄ id quod euāgelizatū est, à veris pastoribus,
tamē iuxta p̄scriptā prophetā sententiā, q̄ cū dixisset, principes tui socij furz, statim hoc
ipsum ratione cōprobās, omnes, inquit, diligunt munera, sequūtur retributiones, ipse vtiq;
socius fur est. Nā & pro eo q̄ munera diligit, & temporalē sequitur retributionē, merce-
narius est. Cuius descriptio diligenter cōsideranda est. Mercenarius, inquit, & qui non est
pastor. Rem solerter animo auditoris impressit, sic dicēdo: & qui non est pastor, scilicet vt
dācorde eius vulgarē extirpet opinionē, quā putatur vel dicitur esse pastor. Vere em̄ non
est pastor: pastor nā dicit, eo q̄ gregem pascat. At ille nō gregem, sed seipsum pascit. Vnde
propheta. Væ, inqt, pastoribus Israēl, q̄ pascebāt semetipsos, &c. Igitur dicitur quidem,
sed nō est pastor. ¶ Cuius nō sunt oues propriæ. Et hoc vtiq; cū grandi pondere dictū est.
Nō sunt, inquit, eius oues propriæ, q̄a videlicet nō in eius pectore, gratia mater parturiuit,
quo in illo, cuius hæc vox est, filioli mei quos iterz parturio, donec formetur Chrūs in vo-
bis. Nō possidet animā eius, spūs pastoris boni, & ideo nō miꝝ, q̄ nō & ipse in brachio suo
cōgregat agnos, & in sinu suo leuat, quod nō & ipse foetus portat. Sed qd: Videt, inqt, lupū
venientē, & dimittit oues & fugit. Non arguitur mercenarius, quod furatus sit, mactauerit
aut perdidierit: q̄a videlicet cū nō educat oues in saltus alios q̄ quos probauerūt pastores ma-
gini & probati, neq; pdat oues venenatis false doctrinæ pascuis, nō satis legitime fur dici po-
test: & proinde nec occasio est cur mactet. Nā interim oues non fugiūt ab eo, quippe quæ
nō habēt causam legitimā, cur nō audiant vocē, vel cur necessario deuīt̄ eius communio-
nem, cur illi lac suū ad edendū, suāq; lanā denegēt ad operiēdum. Sed vnde arguitur? Videt
inquit, lupum venientē, id est, diabolū animabus insidiantē, easq; ad mortē æternam p̄ di-
uersa scelera protrahentē. Videt, inquit, & fugit, id est, sub silentio se abscondit. Fugit, id est,
verbū exhortationis subtrahit, ne si lupo resistat, tēporale cōmodum (quod amat) amittat.
¶ Amant enim oues suam plerūq; perniciem, amant inquam, & suis exitijs delectātur, suis
periculis male blandis in præsenti demulcētur, nec recogitant dulcedine vitiorum fallente,
quantus eas interitus cōsequatur. Et nisi perire permittantur, eiusmodi oues sunt, vt neq; ad
multoram pastoris venire, neq; tonsorē eundem iam velit subire, insuper & ipsum pastore
tumultuando, quantum possunt, cornibūs & lateribus audent impingere. Fugit ergo mer-
cenarius taciturnus, ne puguando pro ouibus, temporalis lucri detrimentum patiatur. L Et
lupus rapit & dispergit oues. Mercennarius autem fugit, quia mercennarius est, & nō per-

CCVIII. RUPERTI IN IOHAN. CAP. X.

tinet ad eū de ouibus. Sola ergo causa fugiēdi est, qā mercenarius ē, qā mercedibus trāfīto
 rijs inhiat, & dū illis cōtentus est, lupus rapit & dispergit oues. Nec solūmodo lupo veniēte
 fugit, sed & qn iuxta Ezechiēlē, collidūtur arietes & hirci, dū lateribus & humeris impin-
Ezechi. 34. gūt, & cornibus suis vētilant omnia infirma pecora, donec disp̄gantur foras, fugit idē mer-
Matth. 10. cenarius abscondendo se, nō iudicās inter pecus & pecus, aut certe nequius quod crassum est
z. Cœg. II. assumit, & qd debile est, projicit; videlicet iustificas impiū pro muneribus, & iustitiam iusti
Matth. 22. auferēs ab eo. ¶ Sane cū alibi dicat: si vos p̄secuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: tunc
Philip. 4. irreprehēsibiliter pastor fugit, quādo aperta p̄secutiōe furis hæretici, siue lupi diaboli, per
 gentilē potestatē malitiā suam exerētis, pastor ipse quārit, vt oues eius p̄ficio destituantur. Quod Paulus Apostolus nō solū irreprehēsibiliter, verūtiā laudabiliter fecisse legi-
Prouer. 12. tur, quādo Damasci p̄posito gētis Arethā regis custodiēte ciuitatē, vt eū cōprehenderent,
Psal. 102. à fratribus p̄ murum summīsus est in sporta, & sic effugit manus eius. Non enim fugit, vt
 oues destitueret, sed vt ouium saluti seipm reseruaret. Cæterē omnes q̄ absq̄ eiusmodi cau-
 sa fugiunt, qui oues dimittūt, hic pastor & episcopus animaꝝ nostraꝝ merito excludit à nu-
 mero pastoꝝ. Quibus explosis iterum dicit: L Ego sum pastor bonus, ¶ Et notandū quod
 & superius bis, ego sum ostiū dixit, & nūc itidem bis, ego pastor bonus inqt. Ipse ostium &
 ipse pastor, ipse tā anterioris q̄ & posterioris ouilis vnum ostium, & vnum est pastor: Itē
 inquam dicit: Ego sum pastor bonus, atq; eiusdē bonitatis affectū, protinus adiūgit, dicens
 L & cognosco meas, & cognoscūt me meꝝ. ¶ Hanc & illam, quam supra dixerat rationem
 pastor bonus qui animā suā dat pro ouibus, vnam & eandē esse constat, ex eo qd protinus
 adiungit. L Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrē, & animam meā pono pro ouibus
 meis. ¶ Duobus p̄ceptis charitatis à semetipso cōpletis, sine qbus pastor idoneus nemo vnu-
 quam fuit, nec esse poterit: nunquam enim verus aut dignus erit discipulus huius boni pa-
 storis, nisi q̄(vt Aplus ait) germane diligat gregē Christi, duobus, inquam p̄ceptis charita-
 tis, bonitatē suam examinatam ostēdit in vno laudabili experimēto, qd est, & animam meā
 pono pro ouibus meis. Primum & maximū est mandatū, dilectio dei, p̄ intelligit in eo qd
 ait: sicut nouit me pater, & ego agnosco patrē. Secūdum autē simile est huic: Diliges prox-
 imum tuū sicut teipm, hoc nihilominus intelligendū est, in eo qd ait, & cognosco meas. Id
 circo autē p̄postere, prius secundum & post signarū est primum: quia videlicet p̄ dilectionē
 proximi ascēditur ad dilectionē dei. Qui enim nō diligit fratrem suum quem videt, deum
 quem non videt quomodo potest diligere? Formam ergo suā bonitatis, qua suos imitato-
 res informare cupit, ordinate exprimēs, incipit à dilectiōe proximi, cum dicit, & cognosco
 meas. Cognosco enim, id est diligo. Imo & magnificentius charitatem suam exprimit dī-
 cendo cognosco, q̄ si dixisset diligo. Hoc enim verbū cū significatiōe dilectiōis simul sonat
Danie. 9. affectū cōpassionis, iuxta quod Salomon ait: Nouit sapiēs animas iumētorum suorum, vis-
 cera autē impiꝝ crudelia. Itaq; sicut in psalmo: Quoniam ipse cognouit signētū nostrū,
 sic & nūc dum dicit, & cognosco meas, simul dilectiōis & operose misericordiæ signati aſſe-
 ctum. Et cognosco, inquit meas, & cognoscūt me meꝝ. Suaue dīctū, sed terribile iudicium
 Respōdetur enim hoc ad illud, qd supra dixerūt negatores eius: Scimus quia Moysi loquu-
 tus est deus, hūc autem nest̄ ius vnde sit. Igitur ad illoꝝ distinctionem, qui sui nō sunt, qā
 negauerunt eum, secūdum quod & Daniel ait: Et nō erit eius populus qui negaturus est eū,
 ad distinctionem, inquam illorum, cognosco inquit meas, & cognoscunt me meꝝ. Aequa
 vtiq; vicissitudine negatores suos negat ipse, ac si apte dicat: Cognosco meas, & nō vos alie-
 nos, cognoscunt me mei, si vos alieni nō cognoscetis me. Item, & hoc dixerunt: Nō est hic
 homo à deo. Repugnat quod dicit: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrē. Nouit me
 patet, hoc est diligēt, agnosco ego, hoc est diligo patrem. Ita vt prædictum est, pastor boni
 bonitatem suam in duobus p̄ceptis charitatis ostendit; scilicet dilectiōe dei patris, & di-
 lectione proximoꝝ, id est earum de quibus nunc loquitur, ouium suaꝝ, quibus assumptione
 carnis, & magnitudine beneficij p̄ximus factus est, & hoc tam ex his, quām ex cæ-
 teris eius sermonibus altius cōmendatur, quod tota ouium domini cura geminā sit dilectiō-
 nis opus, quam quisquis nō habet, nō pastor est, sed mercenarius. Sequitur. L Et alias oues
 habeo, quā non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, &
 fiet vnum ouile & vnum pastor. ¶ Ecce quantum bono pastori stultæ oues obsfuerunt, in eo
 quod cum malitiosis vulpibus, id est malignis spiritibus consilium ineuntes, iam conspi-
 rauerant, vt si qua ouium pastorem suum illum esse agnosceret, protinus humeris & late-
 ribus cæterarum impacta, extra ouile fieret. Nunquid conspiratio hæc gratiam pastoris
 euacuaret, aut nomen eius siue facultatem diminueret? Absit. Nam & alias oues (inquit) ha-
 beo quā non sunt ex hoc ouili, quia non de carne patriarcharum ac prophetarum pro-
 genitæ sunt, qui magni arietes, & aliqui etiā pastores vt David, vel Moyses, & Aaron, hu-
 ius ouilis p̄es extiterūt. Nō sunt, inquā, ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Quare
 Vide

Videlicet quia istae oves prædicta cōspiratione sua inuicē afflatæ, dira pestilentia cōtabuerunt, & semetipsas corruperūt, idcirco his abiectis oportet ex alijs ouibus præfinitum ante secula, ouium supplere numerum: Me inquit oportet illas adducere. Nūquid ipse pastor qui hæc loq̄tur, per semetipsum ad nos oves alienigenas venit? Nōne à furibus & latronib⁹ in medio huius ouilis cōprehensus animā suam posuit, & deinde ascendēs in cœlū, nunquā visus à nobis, suos tantum vicarios ad nos direxit? Ita plane, sed nec eodem mō nos minus quid ab illo magno grege habemus, quem de Aegypto adduxit idem pastor, idē deus. Nū quid enim nō per homines deus, per homines inquam, Moysen & Aaron, qbus apparuerat, illas oves adduxit? Vtiq; nō magis illis q̄ nobis, nō nobis minus q̄ illis adducēdis affuit præsentia visibili. Vn⁹ illoꝝ pastor tunc deum audiuit in rubo, nostri pastores viderūt illū in crucis ligno, de quo ait quidam tam doctus q̄ fidelis: Tristes purgantur sanguine culpæ, Quem cōtorta rubus densis cruciatibus ædit. Et illi quidē duo signa dedit dicens: Si nō cre diderint verbo signi prioris, credent vel verbo signi sequentis: sed & nostris item pastori bus duo signa dedit dicens: Si nō viderunt gloriam signi prioris, videbunt saltem virtutem signi sequentis. ¶ Etenim si nō vidimus nos, q̄ virga in colubrum conuersa sit, & deuoratis Magoꝝ Aegyptioꝝ colubris, iterum virga qđ fuerat effecta sit, id est, qđ Christus rex ipse & paterna diuinitatis virga regia in mortem deuenerit, quæ per colubrum in hunc mundum subintrauit, & cōsumptis peccatis nostris, iterum in veram & æternam vitam regnaturus surrexit, at saltem videmus, q̄ de sinu manus extracta leprosa tota effecta sit, id est, q̄ totum illud antiquum ouile pestilentia perfidiq; cōtabuerit, q̄ à gratia dei synagoga exciderit, imo & iuxta qđ ille prædixit: Ceciderint in ore gladij, & captiui ducti in omnes gētes, lepram suam toto orbi spectandam iam dudum circūtulerint, cōgemiscente Propheta ac dicente: Vsquequo auertes manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem. Etenim circa finem seculi iterum in pristinum finum gratiæ mittetur, & mundabit. ¶ Igit Psal. 23 cum per legatos suos, in quibus ipse proculdubio loquitur, nos alias oves suas vocavit, non minus q̄ prioris ouilis oves, per semetipm adduxit. Ait itaq;: Et illas oportet me adducere. re. Quo aut adducere? Nō ad vestrā synagogā o putidi hirci, q̄ & secundū animā in inferiora terrę introibitis, & secundū corpus trademini in manus gladij, partesq; vulpiū eritis, sed ad fidem patriarcharum & prophetarum, cum quibus balare vel cantitare audetis, dicentes: Nos autem populus eius, & oves pascuæ eius, cum sitis tauri pingues, & lascivi vituli, Cæthoreꝝ & Amorræoꝝ saltibus innati vel educati. Ad illoꝝ inquam fidē me alias oves, vobis abiectis, oportet adducere, & vocē meā audiēt, quā vos (vt superius dixi) propterea nō auditis, quia ex deo nō estis. ¶ Et fiet inquit vnū ouile, & vnus pastor. Nō dixit, & fiet vnus pastor, & vnū ouile, iam etiam vnus pastor est, sed fiet vnum ouile, quod nōdum factū est, & vnus pastor permanebit, qui nunc & semper est. Fiet inquam vnum ouile, nulla distinctione habita peregrinæ & indigenæ ovis, id est Iudæi & Græci, & ille vnus pastor omniū erit, de q̄ per prophetam dictū est: Et fuscitabo super eas pastorem vnū, qui pascat eas, seruum meū David, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus eoz ero eis in deū, & seruus meus David princeps in medio eoz, His dictis adhuc persistit in commendatione charitatis, qua & ille animam suam pro ouibus suis posuit, dicens: ¶ Propterea me pater diligit, quia ego pono animā meā, & iterum sumo eam. ¶ Tanq; diceret. Hoc opus magnæ dilectionis, qđ est bonum pastorem esse, & animam dare pro ouibus, pater diligit, & de q̄cūq; pastore hoc opus acceperit, illū amore suo dignū dicit. Poterat quippe sic dicere: Propterea me p̄ diligit, q̄a sicut docuit me, hæc loqr, & à meipso facio nihil: vel, q̄a per me in principio cūcta fecit, & sine me factum est nihil. Ver⁹ hoc loco pastorem legitimū instituere, vel erudire intēdit, & illud notū facere, quod lucro animalium charius deo nihil sit. Hoc igit opportune secundum rem dixit: Propterea me pater diligit, quia ego ponō animā meā, subauditur pro ouibus meis, videlicet vt sciant pastores animaꝝ, quāti meritissit, mori pro salute eoz. Sed nō gaudeat fur, nō lætetur latro, nō exultet lupus, q̄ animā suam ponit pastor bonus, q̄ occiditur ouium defensor & dñs, q̄ mori pōt hic fœtaꝝ gestator, & agnōꝝ nutritius. Nō (inquam) lætetur paruuli isti hircorū pulli, quos inuidia occidit, inuidendo morientes, & moriendo inuidētes, qui iam timere cōperāt, q̄ in dispersionē gentium iturus esset, & doctiurus gentes, & sic adducturus alias oves. Nō enim hoc solū dixit: Ego pono animam meam, sed cōfestim addidit; & iterum sumo eam. Nec istud semel dixisse contentus est, sed adhuc super inimicos suos confortatur & dicit: ¶ Nemo tollet eā à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterū sumendi eam. ¶ Sciunt iam dudum cūcta oves, optime de huius pastoris sui fortitudine sentientes, sciunt (inquit) quia fures & latrones frustra cum laternis & facibus & armis ad comprehendendū illū misissent, nisi ipse à seipso ponere voluissent animā suā. Nā quō semel abieciū retrorsum, & ceciderūt, dicete illo: Ego sum, sic fieri iugiter potuisset, v'l certe vno casu

Exod. 3

Exod. 4

Lucæ. 25

Psal. 23

Psal. 94

Ezech. 16,

Iohan. 8

Colosi. 3

Ezech. 34.

Iohan. 7

Iohan. 18

Luc. 25

sempiternum illorum cōsummari exitium. Nō ergo animam eius tulit quis, q̄o iure tollitur ab vno quoq; nostrum, quos in semetipso primus parens immortalitate exhæredavit. Sed ego inquit à meipso, scilicet sp̄otanea morte moriendo, pono eam in manu patris, dicens: Parer in manus tuas cōmendo spiritū meū, videlicet antea præfinita cōditione hac vt si ego talētū hoc, id est animā meam pro sanctificatiōe antiqua præuaricatiōis persoluā & ipsam & cūctas ouīu meāq; animas, patre annuente recipiē. Itaq; propter morti nihil debet ētē innoċētiā, potestatē habeo ponēdi vel nō ponēdi animā, q̄ si posuero eam, cōsequenter propter interposita cōditionis iustitiā, potestatem habeo sumendi eam, scilicet vt resurgam, & omnes mihi cōresurgere faciam. Forte dicitis: Quare ergo ponis pro ouibus animā tuā, cū potestatem habeas etiā non ponendi eā? Ad hæc ille: Hoc mandatū accepi à patre meo. Quod est hoc mandatū, nisi charitas? Mandatū em̄ inquit nouū do vobis, vt diligatis inuicē. Hoc ergo mandatū charitas est, qua (vt superius dicitū est) cognoscitur, id est diligūtur oves, cognoscitur, id est diligitur pater. Sed hic inquit mādatū accepi à patre meo. Igitur nō vt cæteri quicūq; dicūtur pastores boni, sic & iste pastor bonus accidēt aliter bonus est, sed à patre suo accepit, id est ab ea natura, qua deus illi pater est, bonus eē habet, tantq; naturaliter est charitatis, vt animā suā ponat pro ouibus suis. Sequit. L Dissensio iten facta est inter Iudæos propter sermones hos. Ite (inquit Euāgelista) dissensio facta ē propter sermones hos, nā semel facta iam fuerat propter opus illud, q̄ in sabbatho cæci nati oculos aperuerat. ¶ Alij aut̄ dicebāt: Dæmoniū habet, & insanit, qd eū auditis. O malū stultiloquii dicentū, dæmoniū habere, & cōmuni sensu carere dei filiū. Et superius dixerat Dæmoniū habes, nūc furore in cōtinenti cū dixissent: Dæmoniū habet, addiderūt, & insanit, qd eū auditis. Hoccine erat qd dixit paterfamilias de malis illis, & merito male perden- dis agricultoris verebūtur filiū meū. Quē em̄ seruog; illius, q̄s anteā miserat, tā nequiter inho- norauerūt, tātisq; cōtumelijs affecerūt. Qūo infelix terra tam putidos canes sustinuit! Qūo infaustus aer taliū viperāq; linguis venenatis nō contabuit! Dæmonium inquiunt habet, & insanit, qd eū auditis. L Alij dicebāt: Hæc verba nō sunt dæmoniū habentis. Nunq; potest dæmonium cæcorum oculos aperire. Eadē ratione duce dissentientes superius dixerat: Nūquid potest homo peccator hæc signa facere? Aduersantur etenim inuicem sibi repugnant, peccatorem esse, vel à deo nō esse, & hæc signa facere. Amplius aut̄ repugnatiā sunt, dæmoniacum eē vel insanire, & cū operatiōe signorum eiusmodi verba proferre. Vtq; si cæci nō essent, scire poterant, q̄ hæc nō insaniae, sed verē sunt verba sapientiæ, & q̄ ad ape- riendos cæcorū oculos nō dæmoniaca insania, sed virtute diuina opus est.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHAN. EVAN-
gelistam Commentariorū liber decimus.

Psal. 91



I. Mach. 4

Ropheta cum dixisset in psalmo: Quām magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitatiōes tuæ, continuo subiunxit: Vir insipiens nō cognoscet, & stultus nō intelligit hæc. Quis aut̄ magis insipiens, vel magis stultus Iudaico populo, qui & magnifica domini opera nō cognoscit, Verbi gratia, dū dicit superius: Nō hic homo à deo, q̄ sabbathū nō custodit, & verba eius nō intelligit, dū dicit: Dæmoniū habet & insanit, qd eū auditis. Atamen magnificāda erāt opera tua dñe in oculis eius, & reuelādæ co-
gitatiōes tuæ in auribus eius, vt ostēfa illis nō videremus, & dicta illi-
nos intelligeremus, quatenus eodē igne humiliū oculi illuminaren-
tur, cuius fumo illoq; superbia excæcaret. ¶ Igitur & hæc tenus corā insidiatoribus suis tuta
processit doctrina veritatis, & deinceps magis ac magis interrogatiōibus pulsata, semp au-
gescēs, dictis & factis in aurib⁹ & oculis eorū recto tenore procedit, Euāgelista si prosequē-
te ordinē narratiōis. L Facta sunt aut̄ encænia in Hierosolymis, & hyems erat. Encænia
festiuitas erat dedicatiōis tépli, tractūq; est hoc nomē à Græco ηερον, quod latine dicit no-
num. Et quandocunq; nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur. Sed & si quis no-
ua induatur tunica, recte encæniare dicitur. Encænia ergo, id est, solennia dedicationis té-
pli agebantur, cum ea quæ sequuntur, interrogantibus Iudæis locutus est dominus: Et hy-
ems (inquit) erat. Iuxta literam tempus anni demonstratur, quo agebatur eiusdem dedica-
tionis festiuitas à tempore Machabœorū, qui destructo altari, quia cōtaminauerunt illud gé-
tes, ædificauerūt altare nouū, secundum illud quod prius fuit, & quinta & vicefima mensis

Casleu

Casleu dedicauerūt illud. Et statuit Iudas & fratres ei^o, & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annū, per dies octo, à quinta & vice-sima mēsis Casleu. Menfis aut Casleu, ipse est qui apud Romanos December dicitur, & est à Martio quidē, à q̄ antiquitus Romani annū inchoant, decimus. Ab Aprili autē, qui apud Hebræos secūdum legem principiū mensium, & primus est in mensibus anni, existit non^o. Igitur iuxta literā (vt dictū est) indicatur natura t̄pis, sed mystice, quod magis ad rem attinet, frigida Iudeor̄ significatur impietas, quia mentes illorum à diuino igne auerfas, dia-bolus tanq̄ glatalis Boreas afflauerat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomo-nis. H̄c porticus Salomonis ipsa erat, de qua in libro Regum scribitur: In die illa sanctificauit rex Salomon medium atrij, quod erat ante domū dñi, fecitq; ibi holocaustum & sacrificium, & adipem pacificor̄. Cū ergo ambularet in hmōi porticu dominus noster, vtiq; in templo ambulabat, quia porticus illa æque vt templum à Salomone sanctificata fuerat. Circūdederūt eum ergo Iudei, & dicebant: Quousq; animā nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. V̄gilantissimi animæ suar̄ custodes, & de sua salute solliciti, mul-tum dolebat, quoties aduersus dominū cōuenissent schismata inter se fieri, suasq; animas p dissensiones periclitari, vt nūc nouissime, quando dicentibus: Dēmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant: H̄c verba nō sunt dēmonium habentis, &: Nunquid pōt dēmoniū cæcor̄ oculos aperire? Et in hmōi dissensionibus illorum animas perire dicebat qui ab intentione sua dissentiendo saluti magis appropinquabant. Et tunc quidem propter dissensionem, quę cæco illuminato semel & iterum facta est inter nos, solutum est inefficax eorum cōuenticulum. Nunc autem vbi ad solemnitatem dedicationis veniens, ambulabat (vt prædictum est) in templo, vt in porticu Salomonis, nocti sibi vide bantur opportunitatem aucupandi cōtra eum aliquid, ynde posset accusari. Circūdederūt ergo eum, tanquam vituli multi, & tauri pingues obsederūt eum. Et dicebant: Quousq; animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. O perditæ animæ, cū hic vobis palā dixerit, q̄ Christus ipse sit, ergo ne illa eius opinio cessabit, quam vos ægrefertes, vestram perditionem esse caluminiamini, dicēdo: Quousq; animam nostram tollis? Quid enim ex ore ipsius hoc audire desideratis, nisi vt apud potestatem Romani imperij aduersus illū accusationē ineuf-tablem inuenire possitis? Nēpe cū Christus orbis terraq; debeat esse rex, quis hoc terrenis regnis nihil nociturnum sit, robusti tamen accusatores eritis, ita vt iudicem quoq; premere possitis, dicendo: Si hūc dimittis, nō es amicus Cæsarī. Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Ergone inquam nūc quidem animam vestram tollit, sed tūc nō tollet, cū hoc non perfeceritis? Absit à vobis h̄c beatitudo, vt ipse animam vestram tollat, & possideat vos. Cōcedat nobis potius, quoniam sic vultis, vt sicut propheta gemebūdus prædixit: Auerāt iniquitates vestræ, & possideant vos absq; se. Aliæ sunt animæ quas tollet, cū vos illū pro accusatione regij nominis vincū Pilato tradideritis. Ligatis nāq; manibus suis, forte armatū fortior ipse alligabit, cōfixis manibus ac pēdibus atriū eius debellabit, & beatas oēs animas tollet, vasa enim eius diripiet. Vos autem nequaq; forti illi tollemini, sed possidebūt vos omnes nequitia eius, & erūt nouissima vestra peiora prioribus. Nūc audiemus qualiter circum vestrū soluerit, quo illū tam nocēdi intentione, q̄ turbæ vestræ stipatione circūdeditis, nō tantum regem, sed & deū se esse cōtestans cōsubstantiale patri, ait. Loquor vobis & nō creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimoniu perhibent de me. Sed nō creditis, quia nō estis ex ouibus meis. Superius ait hic ipse, qui nūc circūdatus est à Iudeis Chrūs lux mūdi: Et in lege vestra scriptū est, quia duos hominū testimonium vege est. Statimq; intulit: Ego sum qui testimoniu perhibeo de meipso, & testimoniu perhibet de me qui misit me pater. Nūc in articulo præsentis interrogationis respōsurus illud, quod nō in sola porticu vel templo Salomonis, sed in toto mūdo debeat audiri, rationabiliter eadem testimonia præsentat, ad cōfirmandā veritatem suæ responsionis: Loqr(inq-ens)vobis, & opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimoniu perhibent de me, & virūq; testimoniu illos respuere, cōtra legem suā, in qua scriptū est: Quia duos hominū testimoniu vege est: vtrūq; inquā testimoniu illos cōtempfisse redarguit, ad singula subiungendo: & nō creditis. Nam & cū dixisset: Loquor vobis, cōtinuo addidit: & nō creditis, & cū subsecutus esset: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibet de me, statim adiecit, Sed vos nō creditis, quia nō estis ex ouibus meis, ac si dicat, iam nō docendi estis, q̄a Christus ego sum, sed arguendi de peccato,, quia nō iamdudum testimonij evidētibus credidistis, secundū legis edictum redargutiōis hic modus est, & h̄c sententia iudicii, vt iā nūc abnegēt vos, qđ & facio dicēst: Quia nō estis ex ouib⁹ meis. Frustra igit̄ hic captores hiauerūt, circūdātes eū, atq; dicētes, Si tu es Chrūs dic nobis palā. Non em̄ suadet illis vt se examinēt imperio Cæsarī, neq; arguit, q̄ nō iam se in regem sublimauerint, sed nō estis(inqt) ex ouib⁹ meis, permanēt in metaphora, iuxta quam supra dixerat: Ego sum

3. Reg. 18

Periculum
aiarū per
schismata.

Psal. 31

Iohan. 19

Esa. 16.

Matth. 12
Luc. 11Deut. 19
Iohan. 8Christus se
pastore po
tius dixit
q̄ regem

CCXII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. X.

pastor bonus, &c. Quare aut secundum nomen regium, de quod interrogabatur, dicere potueris: non estis ex ciuibus meis, dicere maluit secundum nomen pastoris: non estis ex ouibus meis. Videlicet quia satis quidem pro bonitate pastoris, sed parum pro maiestate eiusdem dictum est, in eo quod ait: Et animam meam pono pro ouibus meis. Proinde quod superest de maiestate vel potentia suae diuinitatis, hoc modo subiungit. Ques meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. In his & plus dictum est, quod fuerat interrogatum, quia cum de sola regia potestate quereretur, de diuinitatis quod maiestate respösum est, & in omnibus tamē, ne vnum quidem verbū sonuit, quod dijudicare possent ministri vel amici Cæsar. Hæc enim verba non inuasionem cōminantur Romani imperij, sed mysteriū cōtinent regni dei, suntque maxime apud gentiles iudices verba libri signati, quem si iuxta prophetam dederis nesciēti literas, & dixeris lege, respödebit: nescio literas. Sic enim & Paulo cōtigit, quod incipiente appearire os, dixit Gallio ad Iudeos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimus, o viri Iudei recte vos sustinere. Si vero quæstiones sunt de verbo & nominib⁹ legis vestræ, vos ipsi videritis: Iudeus ego homo nolo esse. Ita ergo & nunc ipse rex cœli, qui per eundem Apostolum præcipit dicens: Nemini dantes villam offensionem, non sic de regno suo respödit, ut ostendaret potestatē terreni imperij, sed verbis vel nominibus sacræ scripturæ vtens, de quibus Romanii iudices esse non curarent, inhiantem cōtra se Iudeos elusit impietatem. Ques meæ inquit, vocem meam audiūt. Quando istud timerent superbæ vires Romanorum militum, vbi quis qui accusaretur, non euersore vrbi, sed pastore se profiteretur? Népe facilius ridere quod time re homini causam potuerūt, ita ut cum illusione genuflexo, dicerent: Aue rex Iudeos. Sane quod nunc ait: Et ego cognosco eas, & sequuntur me, idem & supra dixerat: Et cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Vita quodque æterna de qua nunc ait: Et ego vitam æternam do eis, illa est pascua, de qua superius: Per me inquit si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Differt tamē modus dicendi, Et ego vitam æternam do eis, quod utique nemo nisi deus dicere vel facere possit. Notanda vero diligenter series huiusc dictionis. Audiuunt inquit vocem meam, & ego cognosco eas, sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. Horum quodque contraria de illis oportet subaudiri, quibus ait, quia non estis ex ouibus meis, videlicet quod eos non cognoscat, quod vita æterna defraudati sint, & in æternum perierint. Nam ad distinctionem talium hædorū dixit: Ques meæ vocem meam audiūt, &c. ¶ Quod aut addidit: Et non rapiet eas quisquam de manu mea, sine dubio multis iam dudu argumentis vniuerso orbi cōprobatum est. Quid enim fures & latrones intentatum reliquerunt, quid non egerunt, ut raperent oues, lupi vel omnes feræ syluarum? Et tamen de manu pastoris huius nullam omnino ex ouibus eius rapere potuerunt. Bene ergo pastor iste fortissimus dictus est David per prophetam, in quo haec (ut supra dictum est) loquitur deus: Et suscitabo super eas pastorem vnum qui pascat eas, seruum meum David, Ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego dominus ero eis in deum, & seruus meus David princeps in medio eorum. ¶ Ille namque & in custodia gregis, boni huius pastoris signum gessit: Pascebat inquit, seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, tollebatque aritem de medio gregis, & sequerbar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Et illi cōsurgebat aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos, &c. Grex ille, dei populus, qui dicit in psalmo: Nos autem populus eius, & oues pascuae eius: leo vel vrsus, diabolus: David ipse tam fortitudine quod nomine (interpretatur enim manu fortis) bonum præsignabat pastore Christum, qui cum de suis ouibus nullam omnino perdat: Et non rapiat eas quisquam, inquit, de manu mea. Diabolus namque suffocauit, & nos oues suas de ore eius liberavit, omnemque persecutorem (quales tunc erant Annas & Caiphas, ceterique scribæ & pharisæi, qui iam conspauerant, ut pastorem hunc nulla sequeretur ouis) casso labore deceptos, furti atque latrocinij redarguens, æterna damnatione puniuit. Unde autem tanta fortitudo in manibus eius? Ait. ¶ Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Illud inquit, quod dedit mihi pater meus. Videlicet in eo quod mihi pater est, id est, illud quod sum ego non secundum carnis naturam, quod ex hoīe sumpta est, sed secundum eam naturam, qua deus mihi pater est, maius omnibus est, fortius omnibus est, poterius omnibus est. Quod si omnibus maius, utique & raptore animarum diabolo, maius atque fortius est. Quid tandem illud est maius omnibus, quod dedit tibi pater tuus? Et nemo (inquit) poterit rapere de manu patris mei. Hoc utique maius omnibus est, quod de manu patris mei nemo rapere poterit. Nihil enim pater deum insuperabile est. Sed illud (inquit) quod dedit mihi pater, maius omnibus est. Quid igitur ille pater huic filio suo, nisi omnipotiam suam dedit: ut nemo rapiat de manu filii, sicut nemo poterit rapere de manu patris? ¶ Proinde cōtinuo recte subinfertur: Ego & pater vnum sumus. Nimirum hinc illud maxime pendet, quod iam dudum catholica fides inter Arrium & Sabellium, tanquam inter scyllam & charybdis

bdim nauigans, per suos fortissimos remiges vno ore cōclamare cōsuevit, neq; cōfundētes personas, neq; substantiam separantes: Alia enim est persona patris, alij filij, addēdo etiam, alia est spūs sancti: Vna est diuinitas, & qualis gloria, coæterna maiestas. Sabellius nāq; qui & Patrīpassianus personas cōfudit, dicēdo vnam eandemq; esse personam patris, & filij, & spūs sancti. Ecōtra Arrius, aliud inquit pater, aliud est filius. Pater increat^o, filius vero crea tura est. Vtrāq; fultitiam catholica fides detestatur, firmiter tenēs & pluralis numeri, ver bum, quod est sumus, & neutralē vnitatis dictionem: Vnum enim inquit, nō vnum. Sic etenim dixit dei filius: Ego & pater vnu sumus. Per hoc q; ait vnu, substantiæ vnitatem: per id q; dixit sumus, personarum expressit pluralitatem. Igitur cū dicit de seipso filius. Et non rapiet eas quisq; de manu mea: de patre vero: Et nemo potest rapere de manu patris mei, & continuo subiungit: Ego & pater vnum sumus, hoc proculdubio vult intelligi, q; patris & filij vna est diuinitas, vna eademq; omnipotentia, vna substantia, vna natura, quod Græce ἀρετής dicitur, quodq; cōfidentes nos, recte homousiani dicimur. Hoc vocabulum Ar triani fructu calumniati sunt, dicētes, secundum Apostolum deuitandas esse profanas no uitates vocum, & idcirco cōsequenter hoc nomen esse deuitandum, eo q; nō inueniatur in toto canone scripturarum. Nomina namq; vel verba, cum signa sint rerum, vtiq; rebus ip fiscuncta posteriora sunt, quia propter significandas res inuenta sunt. Oportet enim prius existere, & deinde signa rerum. Cōstat autem nec ante Euangelium, nec nisi per Euangeliū mundo innotuisse deum dei filium. Igitur vbi ipse, vel coæterna patri diuinitas ipsius per Euangelium innotuit, vt verbi gratia, per hoc q; nūc ait: Ego & pater vnum sumus, profecto re cōstante licuit, imo & oportuit, aduersantibus hæreticis, rei nomē producere. Licuit enim semperq; licebit, signatū præsente nota, producere nomen. Sed iam quid ad hæc Iudæi fecerint audiamus. Sequitur. L Sustulerūt lapides Iudæi, vt lapidaret eum. Respōdit eis eis Iesus: Multa opera bona ostēdi vobis ex patre meo: Propter qd eoꝝ opus me lapi datis. L Superius cum itidem vellēt eum lapidare, dicēte: Anteq; Abraham fieret, ego sum abscondit se, & exiuit de templo tanq; infirmus, & nō valens inimicos suos in ipsis suis alligare conatibus, nunc autem in medio turbæ furētis astat cōspicuus, loquiturq; tanq; iudex, aut defensor, seditionisq; causas cogniturus. ¶ Quid igitur est, nisi quia non solum in magnis & præcipuis, sed in quotidianis quoq; eius actibus, apud ipsum (sicut testatur Iob) est sapientia & fortitudo? Sapientiam nāq; speētat, q; tunc se abscondit, & exiuit de templo, & præteriens-hominis cæci à nativitate aperuit oculos, videlicet hoc modo (sicut in eodem iam loco dictum est) cōfiliū sapientiæ suæ significans, de quo & ipse postmodū: Vt & qui nō vidēt (inquit) videantur: & qui vident, cæci fiunt. Fortitudinis vero est, q; nunc in medio furētum perficit, scilicet hoc modo cōprobās, quod pauloante dixerat: Nemo tollet à me animam meam, sed ego à meipso pono eam. Nam ecce usq; ad tollendos lapides potuerūt currere, & lapidei sui cordis duritiam manibus armatis prodere, sed ultra nihil audētes, palam nobis faciunt, hunc illum esse, qui loquitur ad beatum Iob: Circūdedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: Hucusq; venies, & nō procēdes amplius, & hic cōfringes tur mentes fluctus tuos. Sic itaque iste princeps fortitudinis, & Iudaico furori terminum posuit, ne se lepidaret dicētem: Ego & pater vnum sumus, & eiusdem cōsubstantialitatis p securoribus hæreticis, ne homousianorum fidem perniciose laderent, omnipotentiæ suæ v tem opposuit. ¶ Multa inquit bona opera ostēdi vobis ex patre meo. O ingratii, propter quod eorum opus me lapi datis? Quid enim nō bonum? Quid nō diuinum? Quid non magnum & euidentis virtutis argumentum? L Responderunt ei Iudæi: De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia. L Ergo iniqui iudices, saltē vnum e duobus testimonijs probum ducitis, de quibus superius cū dixissem: & in lege vestra scriptum est, quia duoꝝ hominum testimoniū verum est, statim intulit: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Vnum inquam testimonium verum ē cōcessistis. Dixistis enim: De bono opere nō lapidamus te, aliud autem improbastis, dicēdo: Sed de blasphemia. Etenim quæ loquitur hic, dicēdo: Ego & pater vnum sumus, & his similia, de quibus alibi: Verba inquit quæ loquor vobis, à meipso nō loquor, testimoniuū ip fisi filij sunt, bona autem opera, quæ ostendit vobis ex patre suo, sicut itidem ait: Pater aut in me magens, ipse facit opera: opera inquam ipsa, testimonium patris sunt. Sed si homines estis, imo & iudices vos esse legitimos, aut legis peritos profitemini, quomodo vnu sine altero testimoniuū bonum ē iudicatis? Quomodo vni homini cum blasphemia bonum opus attribuitis? Nunquid deum blasphemando quis bonum simul faciat opus, præsertim qualia hic operatur? Plane scimus etenim, cum cæci natū fuerimus, modo p gratiam Christi videmus: scimus inquam, quia peccatores, & maxime blasphemantes, non audit deus. Igitur ex ore vestro iudicamini, quia sicut Magi quoque coram Pharaone testati sunt, nō spiritus blasphemie, sed digitus dei est hic, qui vobis opera hæc ostēdit. Quæ tandem illa blasphe-

Fides cat tholica.

I. Timoc. 4.

Iohan. 8.

Job. 2.

Iohan. 9.

Job. 32.

Iohan. 8.

Iohan. 14.

Ibidē.

Exo. 8.

CCXIII. IN EVANG. IOHAN. CAP. X.

blasphemia est, de qua illū lapidatis. Dixistis. Et quia tu homo cū sis, facis te ipsum deū. Iam quia gratulamur, nō solum aduersus Arrium, qui noluit intelligere, quod intellexisti vos in his verbis: Ego & pater vnu sumus, verum & aduersus Valentianum, siue Apellen qui verum esse hominē negauerūt dominum nostrum Iesum Christum, afferētes eum non verum habuisse corpus, sed phantasticum. Mirum nāq; est, eos, qui se dicūt Christianos, veram negare humanitatem Christi, cum vos aduersarij Christi, totam vim argumēti ad cōuincēdum, quod ille deus nō sit, ex eo sumpseritis, quia verus erat homo, in vera substantia carnis, quod ipsa quoq; passione mortis explorare potuistis. Verum quod ad rem attinet, de sanctuario pectoris humani, veram & rationabilē audiamus defensionem vnicā ac semipiternā diuinitatis. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: Quia ego dixi dī estis. Quid (inquit) velut à cōtrarijs vel repugnantibus argumentum ducitis, dicendo: Tu homo cum sis, facis te ipsum deum, videlicet tanq; deus & homo contraria vel repugnantia sint, & in vna eademq; persona simul esse non possint? Nonne homines authentica scriptura deos esse dixit? Nonne in lege vestra, id est in maximo legis vestræ propheta, in lege inquam, nō dico nostra, aliter quippe mea, atq; aliter est vestra, sed in lege vestra nōe scriptum est: quia ego dixi dī estis. Vtq; scriptum est, & sicut evidenter ipse psalmi textus indicat, hoc hominibus dictum est, & hoc interim à vobis concedi oportet, quoniam in lege vestra scriptum est, cōcedi inquam oportet, quia sine blasphemia dictū est. Dico ergo. LSi illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scriptura: vos dicitis q; blasphemias, q; dixi, filius dei sum. Consideretur diligēter hæc sapientiæ & veritatis valida & irrefragabilis, per minoris cōparationem facta argumētatio. Minus nāq; est, sermonem dei ad homines esse factum. Longe autem maius vnum, qui hæc loquitur, prius extitisse q; fieret mūdus, priusq; fuisse sanctū, q; pater illum mitteret in hūc mundū. Vtq; hæc scriptura quæ illos pro eo quod minus est, deos dixit: nō potest solui (inquit) videlicet vt dicat q; cōcedendum non esse, quod talis scriptura proponit vel astruit. Quomodo igitur propter illud quod maius est, scilicet q; pater me sanctificauit, & misit in mūdum, non cōceditis, vt dicam, quia filius dei sum, imo & hoc dicētem me, tanq; de blasphemia vultis lapidare. Hæc itaq; dum dicit, tantū inuidia desit, & ratio sponte cōsentit, suffragante quoq; firmamento secularis eloquitiæ, vt quod in re minori valet, valeat & in maiori. Sed quinam præcipue sunt illi, ad quos sermo dei factus est, vel quis ille dei sermo est, qui participatiōe sui, in deos prouexit homines. Vtq; dī isti præcipue patres illi sunt, ad quos sermo dei, id est, repromissio de incarnatione filij dei facta est, quoq; pater noster Abraham primus est, cui primū idem Christus re promissus est. Quapropter ab ipso sanctus Euangelista Matthæus generationem eius, nō sicut hominū, sed tanquam deorum contexuit genealogiam, dum non ad Mariam, de qua secundum carnē natus est Christus dominus, sed ad Ioseph generationis eius eiusdem deduxit lineam. Ioseph namq; de tribus vnum est, ad quos principaliter sermo dei de incarnatione filij sui factus est. Ternario quippe incremento ad tres istos principes Abraham, Dauid, & Ioseph, re promissio facta est. Quæ ad Abraham facta est, Christum fore hominem in vera carnis nostræ substantia testata est: In semine tuo (inquiens) benedictetur omnes gētes. Ad Dauid aut, non iam solum senten Abraham, aut iphius Dauid, sed rex quoq; fore prænunciatus est: Iurauit enim (inquit) dominus Dauid ad veritatem, & nō frustrabitur eum, de fructu vētris tui ponam super sedē tuam. Tandem ad Ioseph loquens angelus, nō iam tantummodo hominem & regem, sed & deum esse testatus est, eundem dñm nostrum Iesum Christum, dicēdo: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Saluos nāq; facere homines à peccatis suis, solius dei est. Et hæc tria dīs estis tam morosa tempore decursione paulatim demonstrata, miranda sancti spūs gratia, repente gentilibus inspirauit, quando primitiæ gentiū, scilicet Magi, qui ab oriente venerūt, Myrrha mortale hominem, Auro regem, Thure deum testantes, adorauerunt. Itaq; inter patres istos, quos in generatione Iesu Christi filij dei, diuinus Euangelista cōtexuit, tres isti eminent, vt predictum est, Abraham, Dauid, & Ioseph. Ecōtra alijs tres, Ochozias, Ioas, & Amasias, nullum, in hac gente deorum, locum vel nomen habere meruerūt, quia videlicet secūdum imp̄issimam Iezabel, quæ prophetas occiderat, per quos idem sermo dei fiebat, cuiusq; semi-ni Loram sese miscuerat, ipsi quoq; eiusdē sermonis dei baiulos ad se missos occidere prophetas. Ochozias nāq; male & impie egit in cōspectu domini, sicut dom⁹ Achab vel vxor eius, quæ (vt dictū est) prophetas occidit. Ioas quo Zachariam prophetam, filiū Ioiadæ pontificis interfecit. Amasias etiam cū misisset ad eū dominus prophetam, eo q; adorasset deos filiorum Seyr: quiesce ait ne interficiam te. Ita tres isti, quoniam prophetas occiderunt, per quos sermo dei ad ipsos factus est, nec saltem pœnitētiā egerūt, sicut Manasses, recte à sancto Euangelista de generatione deorū, ad q; sermo dei factus est, segregati sunt. Igitur patres, qui dominū dei filiū sibi re promissum prius fide, q; carne suscepérūt, dīs sunt, dīs inquam non

Psal. 18

Cur ait in
lege vestra
nō nostra.
dī domini

Argumen
tum plocū
cum a mi
norī.

Genealo
gia Christi
secundū re
promissio
nem.

Gen. 22
Psal. 134

Matth. 1

Matth. 2

3 Reg. 18
3 Reg. vlt.
2 Para. 24
2 Para. 25

2 Para. 33

non natura, sed adoptione, quoniam in synagoga stetit hic natura deus, id est, similis illis per carnem est effectus, & in medio, i.e. in publico, deos dijudicat sive discernit. Magna quippe sui articulo, ostendit differetiam, dum dicit: Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius dei sumus. Forte dicitis: Unde istud constat, quod pater te sanctificauerit, & in hunc mundum miserit. Ad hec inquam. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere; Si autem facio, & si verbis meis non vultis credere, operibus creditae, ut cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre. Quod est dicere. Vestrae quidem legis authoritas, prophetae in quo deus loquitur sit, pro testimonio sui satis esse debere indicat, si verbum quod loquitus est in nomine domini fiat, ita dicendo: Quod in nomine domini propheta predixerit, & non euenerit, hoc dominus non loquutus est, & ideo non timebis eum. Cosequitur enim, ut si euenerit verbum, quod loquitus est in nomine domini, timeri debeat, eo quod dominus in eo loquitus sit. Euenit autem verbum quodcumque loquitus sum vobis, ita ut interdum de vestris quoque cogitationibus verum vobis prophetare timerim dicens: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris, & his similia. Debuerat ergo vobis hoc pro testimonio satis esse, ut illud quoque crederetis, quod (sicut dixi) pater miserit me. Verum ego ad satisfaciendum vestram tarditatem, largior esse volui. Dico ergo: Si non facio opera patris mei, id est opera talia, quae hominum nemo possit facere, nisi cui deus pater naturaliter sit, cedo, nolite credere mihi: si autem facio, immo quia facio, & si verbis meis non vultis credere, operibus credite, id est, si unum testimonium verborum fidelium non vultis suscipere, saltet duo testimonia verborum pariter & operum suscipite, quia testimonium quoque hominum, quod testimonio dei minus est, in ore duorum hominum, verum esse iudicat lex vestra. Igitur ne contra dei & hominum leges peccare coincamini, credite ut cognoscatis: nisi enim credideritis, non intelligetis, credite inquam ut cognoscatis & credatis: cognoscendo namque firmius credetis. Quid cognoscatis, quid credatis? quia pater in me est, & ego in patre, quod non est aliud, quam illud quod dixi superius: quia ego & pater unus sumus. In eo namque ego & ipse unus sumus, quia pater in me est, & ego in patre. Quomodo autem pater in me est, & ego in patre? Num quid sicut vas minus in vase maiori? Nempe & si vas minus in vase maiori esse potest, at econuerso nequaquam maius in minori est vel esse potest. Sed ego sicut in patre sum, sic econuerso patre in me est. Igitur quicquid in patre naturaliter est, hoc ipsum, & non aliud in me filio naturaliter est, & econuerso: quicquid ego filius, hoc ipsum pater naturaliter est, & hoc est quod dixi, quia in me est pater, & ego in patre. Nam excepto quod ille proprius pater: & non filius est: & ego proprius sum filius & non pater: quicquid est ille, hoc & ego sum naturaliter, scilicet deus & dominus, omnipotens, immensus, aeternus, creator sive increatus, & quicquid in natura patris, hoc totum in filio est, & econuerso, quicquid in natura filii, hoc totum in patre est. Sic plane ego & pater unus sumus. Quarebat ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Ordo vel iunctura verborum est. Infidiose interrogauerunt, utrum ipse esset rex Christus. At ille responderat, quod non solum esset rex Christus, sed & deus & dominus Christus, dicendo: Ego & pater unus sumus, & in me est pater, & ego in patre. Quarebant ergo eum apprehendere. Sed quid? Et exiuit de manibus eorum. Dubium est hoc, quod de manibus Iudeorum hic deus & dominus exierit. Irritum neque est, quicquid homicida gens illa in cunctis suis agit ceremonias. Cum expanderitis, inquit, manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationes non exaudiem, manus enim vestrum plena sunt sanguine. Ergo de manibus Iudeorum id est de cunctis operibus illorum, dei filius, & qui in illo est deus pater exiuit, & totius synagogae eorum princeps satanas in sanguine, quo plena sunt manus eorum, sibi applaudit. Nihilominus & de manibus hereticorum, maxime illorum, qui cōsubstantialiter patris & filii, quae in hac principue lectione cōmendata est, negant vel impugnant: De manibus inquam hereticorum, ut puta Arrianorum, exiuit Iesus, quicquid enim illi cosecrant, deus execratur, & cuiuscumque manus imponunt, non sancti spiritus gratia, sed leprosae immundissimae illum plaga comitatur. Iterum abiret trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans primum, & mansit illic. Iterum inquit trans Iordanem abiit, nam & longe superioris semel hoc de illo dictum est. Post haec inquit venit Iesus in Iudeam terram, & ibi demorabatur cum discipulis suis, & baptizabat. Erat autem & Iohannes baptizans in Ennon iuxta Salim, &c. Iterum ergo exiens Iesus, abiit trans Iordanem, & tam primo quam secundo discipulu suo adueniens illuc, hoc in suis loquitur factis, quod relicta Iudeis ad unum & verum nouam ecclesiam baptisma transiturus sit, in quo quisque baptizatur, coeternum & consubstantiale deo patri deum filium confitetur. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Iohannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quaecumque dixit de hoc, vera erant. Et multi cediderunt in eum. Ordo verborum. Iohannes quidem signum fecit nullum, hic autem tanta signa faciebat, ut quaecumque Iohannes de illo dixerat, Verbi gratia, Illum oportet crescere, me autem minui, & his similia, vera eius fuisse dicta cōprobaret facta presentia. Ita vero atque probabili suā cōfiderat tabanc

Psal. 41

Deuter. 18

Matth. 2

Deuter. 17, 18

Ela. 7

Et, al.

Iohan. 3

Ibidem,

mabant argumēto, quia videlicet plus valent testes duo, q̄ vnuis in omni verbo. Erant autē in dño nostro Iesu duo testimonia, sermo scilicet & opera, potens nāq̄ erat in opere & sermone, vnde pauloante dixit: Et si verbis meis nō vultis credere, operibus credite. In Iohā ne aūt vnum erat testimoniu, videlicet sermo. Fidelis quidē, & omni dignus acceptance, ve

Luc. 14. runtamē absq̄ signoꝝ operatione. Recte igitur magnum quidem Iohannē fuisse, secundum hanc comparationem, maiorem illo dominum Iesum fatebātur apparere. Sequitur.

Cap. XI. L Erat Lazarus quidā languens à Bethania de castello Marchæ & Mariæ sororis eius. Maria autē erat, quæ vnxit dñm vngento, & extersit capillis suis pedes eius, cuius frater Lazarus infirmabatur. ¶ Qualia filius dei faciat opera patris sui, qui & pauloante dixit: Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi, si aūt facio, & si verbis meis nō vultis credere, operibus credite, qualia inquam faciat opera filius dei attendite o Iudei, aut certe si non vultis intelligere, attendant & videat, videant & intelligent lapides orbis terræ, quibus vos duiores, ecce iā semel atq; iteg tulistis lapides, vt lapidaretis eum. Quęnā sunt opera deo digniora, hominibus vtiliora, q̄ & resuscitare à peccatis suis peccatrices animas, & reuocare de sepulchrīs mortuoꝝ corpora? Ecce in oculis vestris ante portas maximæ vestræ ciuitatis (Bethania quippe nō plus q̄ stadijs quindecim distat ab Hierosolymis) in oculis inquam vestris, o scribæ & pharisæi, vtriusq; opifex resurrectionis, opera fecit patris sui. Primum scitis, quia Maria hæc, cuius frater Lazarus nunc infirmatur, paulopost moriturus, cū esset in monumētis mortuoꝝ, audiuit vocē filij dei, & quia audiuit, ecce nūc viuit. ¶ Nā post lachrymas illas, quibus lauit pedes eiusdē filij dei, post illā solutionem capilloꝝ suoꝝ, qua pedes eosdē exterfit, post oscula quæ infixit, & post effusionem vngenti quo illum vnxit, iam nec oculos ad cōcupiscendum aperit, nec vt amatoribus placeat capillum comit, nec os suū à freno pudicitiaꝝ soluit, nec odoribus aromaticis fœtorē luxuriæ pascit. Et quidē hæc vna mulier est, sed postmodū multaꝝ gentium plenitudine dilatata, ecclesia pari modo est suscitata, & nunc in oculis vestris iuste & pie viuendo testis verax est sui, quia ad vocē filij dei de monumētis vitiōꝝ idolatriæ, & fornicationū suarum exiuit. ¶ Deinde & postmodum in hoc fratre eius Lazaro, qui nūc infirmatur, habituri estis argumētu futuræ in voce eiusdem filij dei resurrectiōis corporoꝝ, sicut idem: Venit inqt hora qn̄ omnes, qui in monumētis sunt, audient vocem eius & procedēt, qui bona egerūt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Hæc inquam opera patris in filio dei, hæc præclara vtriusque argumenta resurrectionis in Maria & fratre eius Lazaro, de vicino habetis. Quid igit̄ superest ad testificandū nobis omnipotētiā filij dei, qui neq; verbis, neq; tālis operibus eius creditis? quid inquam superest, nisi vt resurgentibus mortuis, vos qui viuētes dicebāmini, moriamini in peccatis vestris. Sed iam in ordine lectionis, gloriam speculemur tanti miraculi. Erat aūt inquit quidā languens nomine Lazarus à Bethania, de castello Marchæ & Mariæ sororē eius. Bene personā sanctus Euangelista describit, imo ipse resurrectionis author bene personam notā elegit, in qua per opus tantæ virtutis pluribus manifestare tur gloria dei. Et ille quidē languens erat. ¶ Maria aūt soror eius iam à pessimo languore, imo ab ipsa morte animæ iam fœtens, per gratiam domini reuixerat atq; cōualuerat. Ipsa quippe Maria erat, quæ vnxit dominū vngento, & extersit capillis suis pedes eius. Vbi em̄ pedes eius lachrymis suis lauit, ibi proculdubio quæ fuerat mortua, iamq; mala cōsuetudine sepulta, reuixit, & de sepulchro suo processit. Quæ q̄ perfecte cōualuerit, ex alijs Euāge liorum locis habemus, vbi amor eius & deuotio magnis testimonijis commendatur. Verbi gratia, vt ex eo q̄ cum Martha soror eius dominū nostrū exceptisset in domum suam, & satageret circa frequēs ministerium, Maria sedēs circa pedes eius, audiebat verbū illius, dño illi testimonium perhibēte ac dicēte: Maria optimam partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. ¶ Miserunt ergo sorores eius ad eū dicentes: Domine ecce quē amas infirmatur. ¶ Ergo inquit q̄a fideles erāt, & propter auditū verbi illius, familiares eius esse cōperūt, fidutia liter miserūt ad eum. Nec rogauerūt, vt veniret & sanaret languidum, sed tātum: Domine inquiunt, ecce quē amas infirmatur. Amanti enim satis erat nuntiasse. ¶ Audiens aūt Iesu dixit eis: Infirmitas hæc nō est ad mortē, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei p̄ eā. Quid est hoc fili dei, potēs & verax, manifestator gloriæ dei? Quid est hoc qđ dixisti, nō est ad mortē? Nonne languentis huius infirmitas profectura est ad mortē? An quia mortuus tibi dormiuit, id est tam facile à te fuseitari potuit, q̄ facile hominē dormiente homo excitare cōsuevit? Attamen separatio corporis & animæ, mors quādam est, qua cum iste resoluturus esset, postmodū dixisti: Lazarus mortuus est. Quid ergo est? Infirmitas hæc nō est ad mortem; nisi quia finalis causa infirmitatis huius ea nō est, vt Lazarus moriatur? Tunc quippe infirmitas ad mortē est, quando propter mortem nihil quererit, & in ipsa morte finis constituitur. Hic autem per infirmitatē vel mortem, gloria dei quererit, scilicet vt p̄ eum qui infirmatus moritur, filius dei, resuscitando illum, glorificetur. Dei namque filius

Iohan. 5

Lucas. 7

Iohan. 5

¶ Deinde & postmodum in hoc fratre eius Lazaro, qui nūc infirmatur, habituri estis argumētu futuræ in voce eiusdem filij dei resurrectiōis corporoꝝ, sicut idem: Venit inqt hora qn̄ omnes, qui in monumētis sunt, audient vocem eius & procedēt, qui bona egerūt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Hæc inquam opera patris in filio dei, hæc præclara vtriusque argumenta resurrectionis in Maria & fratre eius Lazaro, de vicino habetis. Quid igit̄ superest ad testificandū nobis omnipotētiā filij dei, qui neq; verbis, neq; tālis operibus eius creditis? quid inquam superest, nisi vt resurgentibus mortuis, vos qui viuētes dicebāmini, moriamini in peccatis vestris. Sed iam in ordine lectionis, gloriam speculemur tanti miraculi. Erat aūt inquit quidā languens nomine Lazarus à Bethania, de castello Marchæ & Mariæ sororē eius. Bene personā sanctus Euangelista describit, imo ipse resurrectionis author bene personam notā elegit, in qua per opus tantæ virtutis pluribus manifestare tur gloria dei. Et ille quidē languens erat. ¶ Maria aūt soror eius iam à pessimo languore, imo ab ipsa morte animæ iam fœtens, per gratiam domini reuixerat atq; cōualuerat. Ipsa quippe Maria erat, quæ vnxit dominū vngento, & extersit capillis suis pedes eius. Vbi em̄ pedes eius lachrymis suis lauit, ibi proculdubio quæ fuerat mortua, iamq; mala cōsuetudine sepulta, reuixit, & de sepulchro suo processit. Quæ q̄ perfecte cōualuerit, ex alijs Euāge liorum locis habemus, vbi amor eius & deuotio magnis testimonijis commendatur. Verbi gratia, vt ex eo q̄ cum Martha soror eius dominū nostrū exceptisset in domum suam, & satageret circa frequēs ministerium, Maria sedēs circa pedes eius, audiebat verbū illius, dño illi testimonium perhibēte ac dicēte: Maria optimam partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. ¶ Miserunt ergo sorores eius ad eū dicentes: Domine ecce quē amas infirmatur. ¶ Ergo inquit q̄a fideles erāt, & propter auditū verbi illius, familiares eius esse cōperūt, fidutia liter miserūt ad eum. Nec rogauerūt, vt veniret & sanaret languidum, sed tātum: Domine inquiunt, ecce quē amas infirmatur. Amanti enim satis erat nuntiasse. ¶ Audiens aūt Iesu dixit eis: Infirmitas hæc nō est ad mortē, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei p̄ eā. Quid est hoc fili dei, potēs & verax, manifestator gloriæ dei? Quid est hoc qđ dixisti, nō est ad mortē? Nonne languentis huius infirmitas profectura est ad mortē? An quia mortuus tibi dormiuit, id est tam facile à te fuseitari potuit, q̄ facile hominē dormiente homo excitare cōsuevit? Attamen separatio corporis & animæ, mors quādam est, qua cum iste resoluturus esset, postmodū dixisti: Lazarus mortuus est. Quid ergo est? Infirmitas hæc nō est ad mortem; nisi quia finalis causa infirmitatis huius ea nō est, vt Lazarus moriatur?

als, eum.

Tunc quippe infirmitas ad mortē est, quando propter mortem nihil quererit, & in ipsa morte finis constituitur. Hic autem per infirmitatē vel mortem, gloria dei quererit, scilicet vt p̄ eum qui infirmatus moritur, filius dei, resuscitando illum, glorificetur. Dei namque filius

deus

deus est, & ideo cū dixisset, sed pro gloria dei, statim addidit, vt glorificet filius dei. ¶ Ve re igitur inquit, infirmitas hæc nō est ad mortē, sed pro gloria dei: pro gloria inquā dei, id est, pro testificā diuinitate filij dei. Exprobraſ nāq̄ filio dei, dicitq; verbi ḡfa, q̄ a dæmoniū habet & insanit, eo q̄ dixerit: Venit hora quādo omnes q̄ in monumētis sunt au dient vocem filij dei & procedēt. Vt ergo glorificetur, & insanīa nō arguatur filius dei, oportet illum in hoc vno, q̄ nunc infirmat, experimentū dare virtutis & veritatis suæ. i. ostendere in vno hoīe quid vel quomodo facturus sit in vniuerso hominū genere. ¶ Dili gebat aut̄ Iesus Martham & Mariam sororē eius & Lazarū. ¶ Vere diligebat, nisi em̄ di ligeret, non tantā in illis gloriam suā ostenderet, nō se ita per illos filius dei glorificaret. Quanta em̄ gloria dei est, qd̄ in Maria quidē resurrectionē animare, in Lazaro aut̄ ostendere dignatus est, q̄ vere, q̄ potēter vniuersalē (sicut iā dictū est) facturus sit resurrectionē corporum. ¶ In Martha quoq; & Maria præsignare voluit præsentis ecclesiæ statū, quādo iuxta alium Euangelistam: intravit ipse in quoddā castellum, & hæc ipsa Martha ex cepit illū in domū suam. Qua satagēte circa frequens ministeriū, Maria sedēs secus pedes eius, audiebat verbū illius, & cætera quæ nūc studio vitādæ prolixitatis p̄terimus. Dilige bat ergo eos sicut vasa gloriæ suæ, diligebat eos ita, vt in his primū dignaretur ostende re experimentū gratiæ & veritatis suæ: ¶ Vt ergo audivit, quia infirmareſ, tunc quidē mā fit in eodē loco duobus diebus. Quare māfit in eodē loco duobus diebus? Vt iq; idcirco, vt eo retardante moraretur, & sepelireſ languidus ille. Non em̄ volebat languidū sanare, nō mortuū adhuc in domo iacentē, sicut archisynagogi filiā, aut ad tumulū deportari incipientē sicut viduæ filiū resuscitare. Experimentū quippe (sicut iā dictū est) eius verbi pa rabatur qd̄ dixerat: omnes qui in monumētis sunt, audient vocē filij dei & procedēt. Vt ergo ad hoc peruenireſ tamdiu tardauit, donec mortuus terræ gremio recōderetur, vbi puluis in puluerē conuertit, & omnis caro in suā originē redigitur, vt inde clamore illius euocaretur, vnde in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei, illo ad iudiciū descendēte de celo oēs euocādi sumus. ¶ Deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæā ite. ¶ Deinde, inquit, id est, cū duobus diebus in eodē loco mansisset, post hæc q̄ superius à ludis pertulit, q̄ noluerunt eū lapidare, post hæc inquā (quod magnū & à metu mortis alie nū est) dixit discipulis suis: Eamus in Iudæā ite. ¶ Dicunt ei discipuli: Rabi, nūc quare bant te Iudæi lapidare, & ite vadis illuc? ¶ Videlicet, metuebāt ne occideret, nescientes q̄ nisi vellet nō moreret, & idcirco consiliū illi dabāt, ne ite pergeret in Iudæā. ¶ Respo dit Iesus: Nōne. xij. sunt horæ diei? ¶ Quid, inquit, mihi cōfiliū datis, cum nō vos me, sed ego vos. xij. elegerim, & sic beatatis sequi nutū magistri, sicut sequunt̄ duodecim horæ motū solis siue diei? Aliter: Nōne. xij. sunt horæ diei? Nōne, inqt, scriptū est, q̄ a sol cognouit occasum suū. Nunquid sol iste, de quo scriptū est, alicuius excutietur īcursu, & occidet anteq̄ veniat hora eius? Ego nēpe sum lux mūdi, ego ille sol, q̄ occasum suū cognouit. Igitur sicut iste sol, q̄ aer illustratus dies efficit, ab oriente usq; in occidente proficisci, & ne quaq̄ in hominis potestate est vt occidat, anteq̄ veniat. xij. hora eius: ita scitote, q̄ a nō me occidet Iudæi, anteq̄ veniat hora mea, in qua mori decreui. Quod si timetis, ne forte dū ego queror, vos periclitemini, ecce dico vobis. ¶ Si q̄s ambulauerit in die nō offendit, q̄ a lucē mundi huius videt. Si aut̄ ambulauerit in nocte offendit, quia lux nō est in eo. ¶ Scitis hoc, quia per diē ambulare tutū est, per noctē vero ambulare, ruinosum. Ego aut̄ dies vobis sum, etenim lux mundi ego sum, ego ille sol qui cognouit occasum suum. Igitur q̄diu vobiscū sum, nolite timere, q̄ vllum passuri sitis scandalū vel offendiculum, sed confide, & eamus in Iudæā ite. Nam sicut dū quis ambulat in die, nō offendit: q̄ a lucē mūdi huius videt: cum aut̄ ambulat in nocte, offendit: quia lux in eo non est: sic vos q̄diu vobiscū ero, nō offendetis, quia lucet vobis dies salutis, quando aut̄ peruenero ad eum quem ego cognoui occasum meū, quando comprehensus fuero & traditus ad occidendū, tunc vos oēs offendetis, tunc omnes vos quasi per noctē ambulantes, scandalū in me patiemini. ¶ Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus nō dormit, sed vado vt à somno excitē eū. ¶ Post hæc, inquit, quæ dixerat ad corroborandos animos eorū ne formidarent in Iudeam ire ite, causam dicit, propter quā etiā ire velint. Lazarus, inquiens, amicus noster dormit. Duplex nanq; est illis causa eundi, tū q̄ Lazarus amicus est q̄ dormit eo somno, à quo illū nemo excitare possit nisi solus Ch̄r̄s filius dei: tū quia excitatio eius magna est materia gloriæ eiusdē, filij dei domini & magistri sui. Versū cum hoc verbo quod est dormit, nō edixerat magister differentiā vel qualitatē dormitionis. ¶ Dixerunt ergo discipuli eius: Dñe, si dormit, saluus erit. Dixerat aut̄ Iesus de morte eius: illi aut̄ putauerūt q̄ de dormitiō somni diceret. ¶ Nondū tantū profecerāt discipuli dñi, vt sciret regulariter & proprie loqui secundū disciplinā fidei. Nā vbi de fide resurrectiōis agit, melius dormitio q̄mors de corpore depositione p̄dicatur, quāuis separatio animæ à deo, & separatio ani-

Sed est p̄r
gloria dei.
Iohan. §

Ecclesiæ sta
tus p̄figu
ratus i Mar
tha & Ma
ria.

Matth. 9
Luc. 7.
Iohan. §

1 Thess. 4

Psal. 103

Iohan. §

Matth. 26

me à corpore, recta & visitata & quiuocatione mors dicat. Nunc autem (ut iam dictum est) de resurrectione mortuorum agebat, & in testimonium verbi quod dixerat resurrectio & vita Christus dei filius, quia oes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei & procedent: Lazarus erat resuscitandus. Bene ergo nunc ut maluit verbo quo tam resolutio corporum & dormitio somni recte posit & quiuocari, qui tam facile & nunc Lazarus, & in nouissimo die oes qui in monumentis sunt, ipse suscitabit, quod facile tu comparē tuum profundo somno stertente, inter dum excitare non possis. At illi, ut dictum est, nondum intelligentes, dñe, inquit, si dormit, saluus erit. Ac si diceret dormitione languoris nihil est periculi, imo & spes est recuperanda sanitatis, atque ideo non est ratio, ut propter excitandum illum periculo te inseras, ut iterum lapideris. Cum enim, ut ait Euangelista, diceret de morte eius, illi putauerunt, quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Jesus manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, quia non eram ibi. Sed eamus ad eum. Ergo, inquit, quia putauerunt quod de dormitione somni diceret, tunc dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est. Hoc utique manifestum est. Sed quod est, quod ait, & gaudeo propter vos? Magna profectio, & non nisi rationabili pro causa sapienti, maxime autem filio dei, summa sapientia dei, gaudet dum est. Causam autem gaudi sui mox ipse subiunxit dicens, quia non eram ibi. Quid enim dñe si fuisses ibi? Si fuisses ibi, inquit, non tam daretur materia gloria dei; pribus quippe amantiis, & ploribus eorum uirgeret hoc facere, ut non moreret, aut certe ut mortuum suscitarē anteque sepeliret. Nunc magnificenter glorificabit filius dei, cum cadavere sepulto, iamque factente experimentū dabit, quod in hora nouissima vere oes, qui in monumentis sunt, procedent ad vocem eius. Præterea & hoc est potestia divinitatis, quod illum mortuum esse scio, qui non eram ibi. Hoc ego gaudeo, veruntamen non propter me, sed propter vos. Ego enim gloriā meam non quero, sed quod vos doceo, dicens: Luceat lux vestra corā hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in celis est, hoc ipse primus facio, plurima vobis ostendens opera patris mei, ut videntes credatis, & credentes salvi sitis. Tunc, inquam, non eram ibi, sed nunc eamus ad eum. Dicit autem Thomas qui dicit Didymus, ad cōdiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Grandis propositio timor discipulis erat, ne dum in unū magistrū consurgeret, cunctos pariter Iudaicā suorum tēpestas inuolueret. Sed postponentes (inquit Thomas) vitā nostrā voluntati vel imperio domini & magistri nostri, eamus & nos, & si sic fieri necesse est, moriamur cum illo. Ergo merito quidē collaudat eos, multa secundū pericula perpessos, dicens eis secundū Lucā, instantē hora passionis: vos autem estis qui permisistis mecum in temptationibus meis, verūtamen alter sentiebat possibilitatis eorum cognitor, cum paulo ante dixerat: Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucē mundi huius videtur: si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Nam quādiu quidē cum illis esset, hic verus dies, scandalū passuri non erant, & videbantur sibi posse mori cum illo: sed in illa tristitia nocte, id est, in passionis eius aduersitate, offendiri erant, ita ut mallent fugere omnes, eo relicto, quod mori cum illo. Venit itaque Jesus, & inuenit eum quatuor dies habentem in monumento. Est autem Bethania iuxta Hierosolymā quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Iudeis venerant ad Marthā & Mariam ut cōsolarentur eas de fratre suo. Cuncta hæc ad magnitudinem vel testimoniū virtutis proficiunt, quod inuenit eum iam quatuor dies in monumento habentem, quod locus Hierosolymæ vicinus erat, ne frigida scilicet ad scribas & phariseos fama de longinquō veniret, quod multi ex Iudeis aderant, ut miraculo multi testes non decesserent. Quid autem sibi vult, quatuor dies, vel cur diuinæ rationi complacuit aduentum suum protelare magis in quartum quam in quintū aut sextum diem? Videlicet quia in quarto tempore suo, resurrectio mortuorum perficienda est, cuius in testimonium, ut iam supra dictum est, Lazarus iste resuscitatus est. Primū tempus fuit ante legem, quo videlicet tempore, ita regnabat mors, ut nulla esset resurrectionis spes. Secundū sub lege, quo tempore resurrectio iam promissa, atque à lege & prophetis testificata. Tertiū sub gratia, quo Christo primogenito mortuorum resurgentem, multisque sanctorum corporibus illi conresurgentib; resurrectionis nostræ fides peracta, & dedicata est. Quartū tandem ipsum erit tempus futuri seculi, cuius diluculo, apparente domino, iussu eius omnes resurgent mortui. Bene ergo dominus noster, cum sibi nunciatum fuisset, quod Lazarus infirmaret, mansit duos dies, ut in tertio proficiscens, quarto illuc perveniret, quia tertio quidē tempore, scilicet ad dandam nobis resurrectionis gratiā descendit: quarto autem ad sepulchra nostra imperiosa eius maiestas perueniet. Martha ergo ut audiuit: quia Jesus venit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Non minus dilectionis, sed plus humilitatis in eo est, quod Martha domi occurrente, Maria domi sedebat. Constitutus namque ex alijs euangelicæ scripture locis, p duas sorores istas Martham & Mariam, duas significatas esse vitas, actiūam scilicet & contemplatiūam, p Martham actiūam, & per Mariam contemplatiūam. Bene ergo ad tantum Euangelistam pertinet, in tanto negotio illud non omittere: quia dominus Martha occurrente, Maria beneplacitū domini vocata.

Matth. 8

Lucas. 22

Quatuor
dies, quas
tuor ipsa
designant.Duplex vi
ta in Mars
tha & Ma
ria.
Luc. 10

vocantis expectans, humilis & quieta domi sedebat, iuxta quod in alio Euāgelistā, quodam tempore Martha saragente, Maria sedens secus pedes dñi, audiebat verbum illius. Vita nanc̄ contemplatiua quietior, actiua laboriosior est. Dixit ergo Martha ad Iesum: Dñe, si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus. Non ausa est cōqueri, cur nō fuisset hic, vel cur non venisset mox, ut ipse nunciatū est à dicentibus: Dñe, ecce quem amas infirmatur, sed reuereriam dño seruans, & dilectionem lādere cauens, tantū humili fide in confractione cordis omnipotentia confitetur amantis. Nā sequitur. Sed & nūc scio, quia quācunq̄ poposceris à deo, dabit tibi deus. Nō solū, inquit, illud scio, si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus, sed & illud scio, qā nunc etiā post q̄ mortuus est, quodcūq̄ poposceris à deo, siue de isto, siue de quolibet alio, dabit tibi deus. Quod vtiq̄ fas nō est, scire vel dicere de vlo hoie, nisi de solo vnigenito filio dei, cuius oia sunt quācunq̄ habet pater, cui nō tanq̄ seruo particulare aliquod grāe suae xenium dat, sed tanq̄ filio pater dat cūcta quā habet, vniuersa quācunq̄ thesaurizare potest. Dicit ei Iesus: Resurget frater tuus. Paꝝ anhelanti, & ad misericordia fontē in magna siti suspiranti, paꝝ, inquā, dictum est. Non em̄ manifeste dictum est, quod parabat, Hodie resurget frater tuus. Sed neq̄ dictū est: In nouissimo die resurget frater tuus, vt cōmunicis consolatio commemorari videreſt lugentibus, secundū illud quod ait Apostolus Thessalonicensibus scribēs: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt nō contristemini, sicut & cāteri, qui spem nō habēt. Ergo dubia soror, ad cognoscendā voluntatē miserantis festinans, & intendens proficiſcit. Nā sequit. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Fides catholica est quā confiteſt, vt per fortitudinem eius, magnum virtutis opus extorqueat ab illo, cui quodcūq̄ poposceris, inquit, dabit tibi deus. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita. Hoc vtiq̄ solū supererat ad perficiendā integritatē confessionis & fidei, vt confiteret de ipsa resurrectione in nouissimo die, cuius virtus, cuius opus sit. Proinde ploquitur tanq̄ catechizator animæ bene audientis, vt totā fidē eius respondentis audiatur, cui merito p̄ter vniuersalem resurrectionē nunc quoq̄ reducem vitam fratris indulgeat. Ego sum, inquit, resurrectio & vita. Resurrectio videlicet corpore, resurrectio antem simul & vita corpore, pariter & anima. Nam non nisi accipiendo me, nunc anima a peccatoꝝ suoꝝ morte reuiuiscent, neq; nisi iussu meo fieri in nouissimo die resurrectio corporis. De resurrectione animaꝝ adhuc subiungit. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me, non moriet in æternū. Duo dixit Qui viuit, si crediderit, non moriet: qui mortuus est, credendo reuiuescat. Quis mortuus est, nisi is maxime q̄ sine deo est? Econtra quis viuit, nisi beatus ille cuius dominus deus eius est? Scimus aut & cōfitemur, quia nos gentes sine deo fuimus, ecōtra vero notus erat in Iudea deus. Igif qui credit in me (inquit) etiā si mortuus fuerit, viuet: quia gentilis populus, q̄q̄ mortuus, id est, à deo alienus fit, credendo in me viuet, ea scilicet uita, quā deus est, & ecōtra Iudeus q̄ viuit ex eo, q̄ deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob deus eius est, qui non est deus mortuorum, sed viuorum, non moriet in æternū. Quid vero ille qui viuit & nō credit? Vtiq̄ moriet non credendo, sicut ecōtra, qui mortuus fuerat, reuiuscit credendo. Credis hoc? Ait illi: Vtiq̄ domine. Ego credidi quia tu es Chrs filius dei, qui in hunc mundū venisti. Sciebat ipse qui interrogabat, quia crederet hoc mulier ista, veruntamen quia fides mentis commendanda est testimonio vocis. Corde em̄ credit ad iustitiam, ore aut confessio fit ad salutē, confessio fidelis animaꝝ sonora digne exprimēda erat confessione. Et qd melius, quid dulcius resonat in auribus, & ore ecclesiæ catholicæ? Ego inquit credidi, quia tu es Chrs filius dei. Hæc apostolica beati Petri confessio est, addidit tamen hæc mulier dicens, Qui in hunc mundū venisti. Vere enim hic solus præcunctis filijs, hic vnigenitus dei, in hunc mundū venit, id est, non (sicut mentiti sunt hæretici, Cherinthius, & alij) de Maria existendi initium habuit, sed aliunde in hūc mundū, id est, de celo ad terrā, de corde patris in vteꝝ virginis venit. Merito ergo diligebat Iesus (vt supra dictū est) Martham & Mariam sororem eius, & Lazare. Fidem nanc̄ habebat, totius iustitiae summā, p̄ quam & Abrahā pater noster iustificatus, & amicus dei appellatus est, sine qua nulla anima dilectione dei digna est. Cū hęc dixisset, abiit & vocauit Mariā sororē suā silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. Silentio, inquit, vocat sororē suā. Quare silentio, nisi propter ludæos, qui multi (vt ante dictū est) venerant ad Marthā & Mariā, vt consolarent eas de fratre suo? Nō em̄ ignorabat, quia nuper eū lapidare voluerant. Ne ergo irreuerentes inimici magistrū solitis pulsarent iniuriis, vel ne currentes impedimento essent sibi cupientibus eius colloquio frui, silentio sororē suā vocauit. Illa aut̄ vt audiuīt, surgit cito, & venit ad eum. Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrit ei Martha. Iudei ergo qui erāt cū ea in domo, & cōsolabant eam, videntes Mariā, quia cito surrexit, & exiit, securi sunt eā, dicentes: Quia va-

Quodcūq̄
poposceris
a deo.
Iohan. 17

Thess. 4

Ego sum re
surrectio
& vita,

Matth. 22.

Roma. 10

Matth. 16
Qui in hūc
mundū
venisti.

dit ad monumentū, ut ploret ibi. ¶ Hæc idcirco ad Euangelistā narrare pertinuit, ut videamus quæ causa fecerit, ut plures ibi essent, quād Lazarus resuscitatus est, & tam gran-

Cur magis seduli erat Iudæi circa Mariā q̄ circa Marthā. de miraculū quadriduani mortui resurgētis testes plurimos inueniret. ¶ Interea præter-eundum non est, maiore circa Mariam, q̄ circa Martham consolantium esse diligentia. Nam quando Martha surrexit, ut dho occurreret, nō secuti sunt Iudæi; quād vero Ma-

ria exiuit, vocante Martha, non Marthā vocantē, sed Mariam solam sunt secuti dicētes; Quia vadit ad monumētū, ut ploret ibi: Cur hoc, nisi q̄a Maria tenero magis affectu fratre diligebat, & plus diligens amplius dolebat? Nō ergo mirū, q̄ accedente gratia spiri-tus sancti, & cū hac naturali pietate superno munere coniuncto, dñm Iesum tanto amo-re dilexit, quē & plorans ad monumentum, prima omnium mortalium videre, & aposto-lis æternā consolationem nunciare digna exitit. Sequitur. L Maria ergo cū venisset, vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Dñe, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. JEandem quā latius verbis Martha peroravit fidē Christi filij dei, Marciacius adorando expressit. Cecidit enim ad pedes eius, dolore fratris pariter & amore Christi saucia, breuiter q̄ locuta: Dñe si fuisses hic, frater meus non esset mortuus, lingua conticuit, cætera lachrymis uberioris peregit. LIesus ergo videns eā plorantē, & Iudæos qui venerāt cum ea plorātes, fremuit spū, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuisti eū? J

Fremitus filij dei, Turbatio filij hominis Quid sibi vult hic fremitus fortissimi filij dei? Hæc turbatio mortalis & infirmi eiusdē filij hominis? Etenim q̄ fremit, diuinæ fortitudinis, & fortissimæ diuinitatis est: quod autem eodē fremitu suo turbatus est, humanæ infirmitatis est. Turbavit inquit seipsum. Quis enī alias nisi ipse turbaret ipsum? Sed quare turbauit, aut quid intendēs fremuit, & sic seipm turbauit? Magna & cū timore consideranda res, hoc fremitu & ista turbatione p̄signata est. Respiciamus qđ post hoc, vel maxime post hoc miraculū factū sit, scilicet propter hoc, q̄ Lazarū resuscitauit. Deniq; propter hoc signū p̄tifices & pharisei intolerabili-ter cōsummata inuidia permoti, collegerūt conciliū, & ab illo die cogitauerūt, ut interficerent eum. In ipsa aut̄ eius interfectione, humana quidem infirmitas turbata est valde, sed diuina fortitudo cōminans morti sempiternæ, tanq; leo rugiens & fremēs ad prædā ascēdit, & infernū spoliauit. Igitur quia per occasionem huius miraculi illud futurū erat, fremuit spū, & turbauit seipsum Christus, dei virtus, & dei sapientia, cuius dicta quādā ope-ra, cuius quodāmodo verba facta sunt: Et vbi inquit posuisti eum? Nō vt sciat interro-gat, sed vt p̄fentes omnes ad expectationem gloriæ dei, vel glorificationis filij dei magis attentos faciat. LDicunt ei: Dñe veni, & vide. Et lachrymatus est Iesus. JVsq ad lachrymas quoq; vera dolentibus cōdescendit humanitas, & eidē, quē vt deus suscitatus erat pius vt homo, ante impēdit lachrymas: fortassis nō tam pro eo q̄ mortuus erat, q̄ pro eo q̄ propter ædificandā viuentium fidē reuocari illū oportebat, ad tolerandas ruris huius vitæ miseras. LDixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eū? Quidam aut̄ dixerunt ex ipfis: Nō potuit hic, q̄ aperuit oculos cæci nati, facere vt hic nō moreref? JQui potuit (inquiunt) quod maius est, nō potuit facere qđ minus est? Minus quippe fuisse languen-ē sanare, quod non nunq; factū est, q̄ cæci nati oculos aperire, quod à seculo nunquā audiū est. Illic reuocat sanitas, quæ quandam affuerat: hic lumen infundit, quod nunquam insulserat. LIesus ergo rursus fremēs in seipso, venit ad monumentum. JRursus (inquit) fremuit Iesus. Nā & paulo ante dixit: Quia fremuit spiritu. Veruntamen nō parua distantia est, q̄ iibi cum dixisset: Fremuit spiritu, protinus addidit: Et turbauit seipsum. Quis tam di- ligentem mysterioꝝ obseruationem pensare sufficiat? Etenim cū primo fremuit spiritu fortitudinis suæ dñs Iesus, id est, quando infernū debellaturus intravit, vera mortis pa-sione turbatus. Quando aut̄ fremet iterum, scilicet veniens ad iudicandum, nō turbabit, quia iā impassibilis est, & mors illi ultra non dominabit. Tunc vociferabitur & clamabit, & magno fremitu sup inimicos suos confortabitur. Illo, inquā, fremitu suo mouebit vir-tutes cœloꝝ, rumpet somnum mortuoꝝ, rapiet ad se in nubes agmina viroꝝ, quos vnu idemq; terror validæ tempestatis occidet, & eodem momento rursus excitans, vivere fa-ciet. Recte igitur iteꝝ fremuit in seipso, non tamen iteꝝ turbauit seipsum, & venit ad mo-numentū. LErat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidē. JFrementे Iesu, & terribiliter in illo suo secūdo aduentu, quādō veniet viuos & mortuos iudicaturus, nō egebūt mortui iacentes in sepulchris, ut monumēta sibi egressuris, viuen-tium hominū, siue angelōꝝ ministerio aperiantur: Nam eodem fremitu illius non solum sepulchra patet, sed & cœlum, & celi cœloꝝ contremescunt. Et quidem poterat iti-dem fremendo nunc terræ motū facere, quāuis adhuc mortalis Christus, sed oportebat, vt cū suauitate & mora fides præsentium ad spectaculum gloriæ dei aduocarent. Nec-dum enī sciebant quid facere vellet, quia nec eis dixerat manifeste, q̄ illū resuscitare in-fusseret lapidē. ¶ Præterea cū per homines lapis ille tolli posset, sine causa videretur actū, si di-

Gene. 49

1. Cor. 1.1.

Roma. 6.

Matth. 24.

Luc. 21

1. Thess. 4

Cur tolli
lapis

uina

vina virtute loco illū propelleret. Ut ergo nihil curiose fieret, simulq; sciens & prudens fides p̄sentium gloriam dei p̄curreret, tollite, inquit, lapidē. L Dicit ei Martha, soror eius q̄ mortuus fuerat: Dñe, iam f̄cet, quatriduanus eñ est. ¶ Quare non contentus est Euangelista dixisse: dicit ei Martha, sed addidit, soror eius qui mortuus fuerat? Videlicet vt oēs auditores huius gloriae dei, non dubium arbitrenf, q̄ mortuus iste quatriduanus fuerat. Dixit enim non quiuis, sed Martha, neq; alia mulier & quiuoca, sed Martha eadem, quæ iam sape nominata est soror eius qui mortuus fuerat, videlicet quæ vulnerata mente, & ideo vigilat nec dormitare valēte memoria, funereos fratris sui dies nescire non poterit. Dixit, inquā, hæc: domine, iam f̄cet, quatriduanus eñ est. Ac si diceret: Domine, cur lapidē tolli iubes? Vt videas amicū saltem mortuū, an vt miseris sororibus viuū reddas illum? Si illud intendis facere potes: sicut iā dixi, quia quæcūq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Si aut̄ tantummodo vt videas, dico tibi, iam f̄cet, quatriduanus eñ est, & idcirco visui iā idoneus nō est. L Dicit ei Iesus: Nōne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam dei? ¶ Quando, inquit, misisti ad me, dicens: dñe, ecce quem amas infirmat. Nōne dixi tibi, quia infirmitas hæc nō est ad mortē, sed pro gloria dei, vt glorificeſ filius dei per eam? Quā putas me promisſe gloriā dei, nisi inauditam hactenus resuscitationem quatriduanis? Tantummodo crede, & hanc videbis gloriam dei. L Tulerunt ergo lapidē. Ieſus aut̄ eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego aut̄ scieba, quia semper me audis. Sed propter populū qui circūstat, dixi, vt credant, quia tu me misisti. J Vos o Iudæi, quoniā huic spectaculo deesse, vel hoc opus abscondere nō potestis, totus orbis cōuenit. Dixisti de hoc hoīe, blasphemat, eo q̄ dixerit, filius dei sum. Nunquid blasphemia sive mendaciū suscitare solet mortuū quatriduanum, & nō potius viventes deducere in infernum? Dathan quippe & Abiron p̄ superbiam viui ad inferos descendedunt. Saul quoq; cum esset Christus dñi, superbiendo meruit dæmonio mācipari. Semper eñ deus superbis resistit. Ecce aut̄ hic, vt faciat opus, qđ nemo facere possit, nisi deus, patrē suū vocat dominum, confitetur se esse dei filium. Igitur, aut̄ nihil diuinū cum hac promissione hic efficet, aut̄ vos imp̄i estis veri filii dei negatores. Sed iā ipsa verba cōtemplēmur, quæ subsequēter mox opere cōfirmata sunt: Pater inquit. Diligēter perpende quod palam patrē dixerit, & hoc opus in nomine patris, id est, ad confirmandū, quod deus pater suus fit, facere velit. Gratias ago tibi, qm̄ audisti me. ¶ Quomodo, inquis, patri gratias agit, si nō gratia vel adoptione, sed natura filius est? Gratias nāq; agere gratui ti beneficij est memorē esse. Sed non exultet hæreticus. Sequitur eñ: Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populū qui circūstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Idcirco inquit, gratias ago, vt te testificante p̄ subsequens opus, me tibi gratū, & bene placitū esse, cognoscat & credat populus q̄ circumstat, quod non iniuriose, sed gratiōe dixerim superius, ego & pater vnum sumus. Nō ago gratias, q̄ tuus meruerim esse filius, sed quod hoc ipsum nescientibus notū fieri volueris hominibus, vt ipsi salui sint, iuxta qđ alibi: Cōfiteor tibi pater, q̄a abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea parvulis. Semper inquit audis me, id est, nō in tēpore vel hora, sicut participes meos, iustos homines, quoq; in nullo mansit spiritus gratiae, quoq; nullus sicut potestatem habens, sed sicut donū accipiens, operatur opus gloriae tuæ. Nulli eñ semper adest manifestatio spiritus ad utilitatē, nec semper se audiri vel semper sibi adesse sentit virtutē. Igitur singuliter sum ego, in eo, q̄ semper me audis. Hoc sciebam & nō propter me, sed propter populū qui circūstat, opus erat, vt hoc dicerē gratias agēs. L Hæc cū dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras. Et statim prodijt q̄ fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. ¶ Ecce nūc Iudæi, si verbis nō creditis, operib⁹ credite, vt cognoscatis, inqt, & credatis, q̄a in me est p̄ & ego in patre. Hoc dudū verbis dixit, & vos illū lapidare voluistis, nūc operibus astruit, & paulo post eū crucifigetis. ¶ Magna inqt, voce clamauit. Recte magna voce clamauit, vt Lazarus foras veniret: magna quippe cœlog; fragore, magna cœlestiū virtutum commotione, dormientes in sepulchris concutiet. Nā deus noster (inquit Psalmista) manifeste veniet, deus noster & nō silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tēpestas valida. Aduocabit cœlū deorsum, & terrā discernere populum suū. Magna ergo voce opportune in hac significatione usus est. ¶ Et prodijt, inquit, q̄ fuerat mortuus. Quali aut̄ prodijt habitu? Ligatus, ait, pedes & manus institis, & facies eius sudario erat ligata. Mira res! Sic eñ ligatus, nec pedibus ambulare, nec saltē manibus reptare, sed nec oculis, q̄ prodiret, potuit videre. Quid ergo nobis euāgelista hac prodeuntis descriptione innuit, nisi magnā fuisse fortitudinē vocis vel clamoris, q̄ mortuū ligatū ad viuos excusfit, & excutiendo de mortuo viuū fecit? Quod si magnū & incōprehēsibile est, quātū erit illud, cuius hoc p̄coniū est? Quomodo exiliēt mortui de sepulchris ad rugitū vel fremitū leonis immortaliter regnatis, si ita nūc

CCXXII. RUPERTI IN IOHAN. CAP. XI.

Iohan. §

exiliit iste ad balatū agni lanistā manibus & cultro appropinquantis. Ergo lapidibes tantū, non etiā filijs Abrahæ incredibile est quod dixit hic filius dei omnipotēs, quia omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius & procedent. ¶ Dicit eis Iesus: Soluite eum & finite abire. ¶ Sine dubio plus miraculi habet imperium vocantis, in eo q̄ ligatus pedes & manus institis, & facie sudario ligata prodijt, quā si solutis pedibus vel manibus atq; patentibus erepissset oculis. Notandum vero quod cū item, saltē postq; prodijt, imperio suo dñs noster pedum vel manū eius vincula rumpere, sudariumq; imo & lapidem, quē tolli iusserat, inuentū, potuisset excutere & tunc maluit dicere, tollite lapidem & nūc soluite eum, & finite abire. Cur em̄ in huiusmodi, verbū virtutis dei suum facere et miraculum, cū per p̄sentiū hominū possent fieri ministeriū? Procul à sapiente & natura eius omnipotētia omnis curiositas. Decet namq; vt in his tantū fortitudinē suā vtiliter exhibeat, in quibus operari humana nō valet infirmitas. Hoc seruis q̄q; eius prudenter & discrete obseruandū est, vt ibi tantū diuinā p̄stoletur potentiam, vbi humānā cōstat deficere in dūstriā. Alioquin contra illud facere videbunt p̄ceptū, non tentabis dominū deū tuū. ¶ Spectatis igit in hoc Lazaro & sorore eius Maria, duobus secundū geminā resurrectio nē filiū dei operibus; etenim illa in anima (vt iam dictū est) hic in corpore est suscitatus, nunc demū eorundem operę similitudinē mysticam breuiter attingamus. Huic mortuo quatriduano, qui iā fœtēsus citatus est, similis est peccatrix: nā anima vita sua (quæ deus est) miserabiliter defraudata, videlicet qualis fuerat quondā hæc ipsa, de qua iā dictū est, soror eiusdē Lazari Maria. Qualis em̄ illa fuerat? Vt iq; peccatrix, non occulta, sed male diffamata, & p̄ ipsam infamia suā iam fœtens, & quasi sepulchro malæ cōsuetudinis obruta. Etenim fœmina peccatrix, magis q̄ vir in eiusmodi peccato fœtere hominibus cōsuevit. Ergo peccator qui quis, iā pro mala cōsuetudine infamis, Lazaro comparat quatriduano iamq; fœtenti. Et quidē iuuenis quoq; qui efferebat per portam ciuitatis, puella etiam quam adhuc in domo iacentem idem dñs suscitauit, mortem significat anima peccatricis, sed in singulis diuersi figurantur peccatorē modi. ¶ Puella namq; mortua in domo iacentis, anima est quæ conscientia mali desiderij suffocata, nondū tamen p̄ operis consummationē publicata. ¶ Iuuenis autē, qui per portam ciuitatis efferebatur, peccator est, qui desiderio malo p̄uentus, vscq; ad exteriores quoq; peruenit iniquitatis effectus. ¶ At vero qui opera peccati iā in consuetudinē vertit, famamq; perdidit, Lazaro, vt iam dictū est, similis est quatriduano, iāq; fœtēti. ¶ Talis peccator cū in ecclesia fœtere cōperit, merito tota in lucū conuerit hospitialis domus Christi. Omnis ordo lamentatur, & pro talifatre orat Christū, sive illoꝝ qui actiuꝝ, sive illoꝝ qui contemplatiuꝝ vitæ dediti sunt. Hi qui in actiuꝝ vita positi, animaꝝ curā gerunt, prius solicitantur, post & ad eos quoq; qui in cōtemplatiuꝝ latent, cura hæc & fatigatio perfert. Bene ergo prius Martha, deinde p̄ fratre suo dñm, plorādo ambit Maria. Cū itaq; ad huiusmodi peccatorē gratia deirevertitur, mortuus pedes & manus ligatus inuenitur, quia funibus peccatorē suoꝝ circūdatus sub lapide clausus, id est, sub legē reus tenet. Clamat Iesus voce magna, veni foras, qā nō nisi magno terrore aspirantis dei, & de futuro iudicio cōminātis exterritus, male securus peccator ad cor suū reducit. Statim prodit, id est, reatū suū confitef, & quia iam viuit, solete illū, inquit Iesus. Dixit em̄: Quæ cūq; alligaueritis super terrā, erūt ligata & in cœlis, & quæ cūq; solueritis super terrā, soluta erūt & in cœlo. ¶ Cauendū autē est eis, quoꝝ hoc officiū, vel potestas est, ne hunc modū p̄ttereant, id est, ne ligent, nisi mortuū, neq; soluant, nisi voce cōfessionis significante rediuiuū eundē esse de sepulchro productū. Nam si pro arbitrio vel animo suo illū viuentē ligent, hunc autē mortuū soluant, videlicet cōdemnantes iustū, & iustificantes impiū ipsi illa non sua, sed Christi potestate se priuāt: & viue tem quidē ligando, sic mortificare nequeunt, mortuū autē soluendo, non solum non vivificant, verum etiam fœtorem, cunctoꝝ naribus ingerunt. Sequitur. ¶ Multi ergo ex Iudeis, qui venerāt ad Mariam, & viderāt quæ fecit Iesus, crediderunt in eū. Quidā autē ex ipsis abierunt ad phariseos, & dixerūt eis quæ fecit Iesus. ¶ Melius quidē illi fecerunt qui crediderūt, sed dilatādæ gloriæ dei delatores illi amplius profecerūt. Foras em̄ rem gestā illis testibus certā efferentibus. Zelus apprehendit populum ineruditū, eisq; ardentibus, & magno flatu inuidiæ suæ ventilantibus magnitudinē miraculi, latius gloriæ filiū dei flama reluxit. Nam propter hoc maxime signū, exierunt postmodū turbæ obuiam illi cum ramis palmarū, clamantes, osanna filio Dauid. Dixerunt (inquit) quæ fecit Iesus, & pro suō prioribus miraculis satis zelantibus rem nouam narrantes, quasi oleum camino adiecerunt. ¶ Collegerunt ergo pontifices & pharisei consiliū & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? ¶ Itud est consiliū vanitatis, cū quo Psalmista nō sedet, hec illa ecclesia malignantiū, ad quā neq; lex, neq; prophetæ quisq; introiuit. Si em̄ introiūsent, si ab illo consilio vel ecclesia maligna consulti fuissent, quid responderēt dicentibus illis

Mystica ex
positio hu-
ius mira-
culi.

Luc. 7
Matth. 9

Psal. 110

Cause vti
oporet po-
testate clas-
sium.

Matth. 21

Psal. 25

Concilium
malignan-
tium.

illis: Quid facimus, qd hic homo multa signa facit, qd (inquam) responderet senatoribus peccati, & iudicibus iniqtatis, nisi audite eum, credite in eum: Si em sup isto consulerent Moysem, ex ipso audiret: Si creditis mihi, credite & huic, sicut ipse dominus: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me em ille scriptit. At illi credere nolebat, & nequaquam consultando veritatem agnoscere, sed veritati resistere quarebant. Igit de voluntate scripturarum, sine quibus legitimū non est conciliū, oīno tacuerunt, & qd mallent significantes, ita protinus proposuerunt: L Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romanī, & tollent locum nostrū, & gentem. Quod est dicere? Consultantibus nobis, si hæc sententia placuerit, vt sic dimittamus hoīem talem, signa tam multa facientem, omnes credent in eum, credent esse Chrm, credent eum esse regem suū. Nos aut regem Cæsarem, habemus, & sub Romano imperio iam dudum tributarij facti, parua nimis huic Pontio Pilato p̄sidi delegata prouinciola sumus, ludæa nāq; non tam prouincia, q Syriæ prouincia quædam non magna pars est. Si ergo quisq; apud nos, p̄ter Cæsarem rex nominatus fuerit, vindices Romani venient, & tollent nostrum, & locū, & gentē. Quid igit facimus? Num vñ hoīem dimittimus, vt oīs pereamus? An certe qd satius est, vnum hoīem pdimus, vt noster locus, & tota gens conseruet? Quē putarent tali causa proposita posse ipso rum intentionem reprehendere, vel illum vnum hoīem auderet defendere? De communī salute gentis totius consultabat, de seruanda Romani imperij fidelitate concilium quarebat. Ergo hunc hoīem interficere apud tribunalia qdem Cæsarī videbat fore tutū, apud iudicem populi fingebat esse necessariū. Sic intenderunt arcum conuentus ille malignan tum, & multitudine operantium iniqtatem, sic (inquam) intenderunt arcū rem amaram, sic firmauerunt sibi sermonem nequam. Sub hac occasione timoris, vel fidelitatis Romani imperij absconderunt laqueos, & dixerūt: Quis videbit eos? Concedat eis pauor iste, qm dñs deus pauor siue terror illo ē non est: concedat (inquam) ipso dño deo nro pmitte te illis, dum p Hieremiam prophetam dicit: Pauent illi, & non paueam ego. Induc sup eos diem afflictionis, & duplice contritione contere eos dñe deus meus. Pauent (inqua) illi vnam contritionem. s. illam, ne forte veniant Romani, & tollant eos & locū, & gensem. & duplē contritionem incurvant, videlicet, vt & Romani venientes, tollant eos locū & gentē, & maligni spūs aduolantes, tollant animas, & corpora quoq; in gehennā semp vrentem. Prudentē vt sibi visum est deliberantiū propositionē audiūmus, nunc iam inuentionem utilitatis auscultemus. Sequit: L Vnus aut ex ipsis Caiphas noīe, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis qcquā, neq; cogitatis, qd expedit vobis, vt vnu mōriat homo pro populo, & non tota gens pereat. Oratiunculā magnæ veritatis significatiū, spūs mendaciū p̄ os huius Caiphā sibimet usurpauit, vt qd confiteret euangelica fides in veritate, hoc idem & quoce sonaret p̄ os nescientis, & contra oīm veritatē nitentis homicidæ. Quod Euangelista ipse admittans, continuo subiungit. Hoc aut à semetipso non dixit, sed cū esset pontifex anni illius, prophetauit, q̄ Iesus moriturus esset pro gente & non tm̄ pro gente, sed vt filios dei, q̄ erant dispersi, congregaret in vñ. Magnū spectaculum huius anni pontificis, q̄ redēpto pontificatu vnius anni, vere vt fur & latro in ouile ascendit, & nunc ipsum pastorem ouiū mactare intendit, vt fulta sua licentius agere possit. Hoc (inqr) à semetipso non dixit. Quid est à semetipso non dixit, nisi hoc verbum de corde suo non adinuenit? Nam reuera anteq; Caiphas fieret, factū est hoc verbū, vt Iesus moreret pro gente, & factū est vt iōq; ad sanctos prophetas, imo & erat anteq; fierent prophetæ, anteq; fieret & Abrahā, sed & anteq; formaret Adam. Erat q̄ pp̄e iā in bñplacito dei dicentis: Faciamus hoīem ad imaginem & similitudinem nostram. Iam tunc erat hoc verbū, vt Iesus moreret pro gente. Hoc ergo Caiphas à semetipso non dixit. Sed quid? Cū esset pontifex anni illius, prophetauit. Potest exēpli grā sic dici. Cū esset cymbalum magnū, clare tinnivit, qd videlicet virtutē loquelæ suæ non magis aduertit, q̄ tinnitū suū cymbalū sentit. Illud em oīno non sentit, qd sentimus nos hoīes, auditio hoc sonitu tinnabuli. s. q̄ vere expedierit, vt sic vnu & singularis homo, sanctus sancto, & solius, Iesus Ch̄sus moreret pro gente, & non tm̄ pro gente Abrahā, sed & pro cunctis p̄ destinatis ab origine mundi, filijs dei, foris extra paradisum originalem, in quatuor mundi partes dispersis, & iamiam de massa generis humani, vsq; ad ultimū electum recolligē dis. Igit mendacium qdem sensit, qd nihil est. s. q̄ i cīrco Iesum mori vtile esset, ne propter hoc ipsum nominatū regem Ch̄sm, iratis vindictam facientibus Romanis, gens illa periret, sed rei veritatē, quæ iam dicta est, nec sensit, nec à semetipso dixit, sed impellēte manu dei cor stultum, quo voluit clare & longe audibilem tinnitū reddidit. Itaq; quoniā ore illius, hoc à semetipso non dixit, sed vīo prophetauit, recte sanctus Euangelista, imo & tota Ch̄si ecclesia, verbū rapuit de ore illius mali prophetæ, & indigni pontificis: De ore (inquam) illius polluto, & mendacibus labijs rapuit hoc verbū veritatis, & dicit: Vos nescitis

Deute. 18
Iohan. 5Prætextus
sanæ cōsul
tationis

Psal. 63

Hiere. 7

Spūs men
daciū in Cai
pha,Gene. 1
Caiphas es
rat ut gran
de cymbalū
tinniensEcclesia r
puit verbū
veritatis als
ore illius.

CCXXIIII. R V PERTI IN IOHANNEM CAP. XI.

- Sap. 2 quicquam. Vos (inquam) impij homicidæ, insipientes & maligni thesaurizatores mortis quos malitia excœauit, nescitis sacrâ dei, neq; cogitatis, q; expedit vnum hoiem mori pro gente, & non tantum pro electa patriarcha vel prophetâ gente, sed & vt filios dei de cunctis gentibus, q; dispersi erant, & longe disieci, nomen dñi non audierant, congreget in vnum, in vnū populū, in vnam ecclesiam, in vnū corpus suū. Hoc nescitis, neq; cogitatis vos. ¶ Sed nec ipsæ vulpes, quæ in vobis foueas habeant, neq; volucres cœli, quæ in vobis nidificant, vulpes (inquā) & volucres. s. maligni spūs, quos in cordibus & conuenticulis vestris confouetis, neq; p astutiam, neq; p agilitatem suam comp̄hēdere potuerūt hoc magnum pietatis sacrâ m, qd p mortem suam filius dei frēs suos dispersos congregaturus eēt in vnum. Nescitis ergo istud, neq; cogitatis. Etenim istud consilium dei, sanctis patribus & pphetis revelatū, vos scire indignesistis. Seq̄t. L Ab illo ergo die cogitauerūt interficere eum. Ergo (inqt) q; a conspiratioem suam, quasi rōnabiliter authoritate cōcili confirmauerant, ab illo die p̄finito concilio cogitauerunt vt eum, quem antea lapidare voluerant p turbam & tumultum, nunc interficerent quasi p iudicij ordinem legitimū. L Iesus ergo non ambulabat palam apud Iudeos, sed abiit in regionem, iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicit Effrem, & ibi morabat cum discipulis suis. Non metu occasus sui verus iste sol in nube se abscondit, nō palam ambulando apud Iudeos, p̄fertim cum postmodum ad eundem occasum suum tam rutilo aspectu puenerit, vt claritatem gloriae eius inuidiorū ferre non possent oculi: sed hoc & iam factio & utilia fidelibus suis p̄mittit exempla, & diuina more suo signat mysteria. Hoc enim eius exemplo, licet eius discipulis humiliiter declinare instantiam psecutionis, & itidem mystice datur intelligi. q; Iudeos iam debeat domus sua deserta relinqui. Abeundo namq; in regionem iuxta desertum, & ibi morando cum discipulis suis, p desertum innuit desertionem Iudeorū, p ipsam regionē, quæ est iuxta desertum, electam habitationem gentium, apud quas mansurus erat, in ciuitate Effrem, i. in ecclesia faciente fructum multiplicem. Effrem quippe interptat frugifer siue crescens. L Proximum autem erat pascha Iudeorū, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, vt sanctificarent seipso. Iam non palam (inqt) ambulabat Iesus apud Iudeos, sed non diu delituit. Proximū em̄ erat pascha Iudeorū, qd tempus sum esse nouerat, quo pati cupiebat, qd desiderabat, sicut testaf ipse: Desiderio (inquiens) desiderauit hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Porro, Iudeorū hoc pascha fuit vltimū. Quicqd em̄ extunc Iudei sanctificant, pollutum est: quicqd benedicunt sacerdotes eoꝝ, maledictum est: Deus enim benedictionibus eoꝝ maledicit, sicut p Prophetam pdixit: Et extunc stercus solennitatum ipsorū sup vultus eoꝝ proiecit. Ut sanctificarent (inqt) seipso, ascenderunt ante pascha. Sanctificatio Iudeorū tota in cibis & in potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis, ante pascha solenniter agebat. i. ab initio mensis primi, cuius die decimaquarta ad vesperam facer agnus immolabat, & ex lege præceptum erat, vt immundus ex eo non vesceret. L Quærebant ergo Iesum, & colloquebant ad inuicem, in templo stantes: Quid putatis, q; non venit ad diem festum? Ecce crudelis hyæna, hæreditatis illius habitatrix, in qua deus quondam habitauit, q; sit, qmodo anhelat, & linguā ejicit, festinans & impatienter sitiens effundere sanguinem Christi Non dum venerat dies festus, & iam insidiantes in illa spelûca sua, in illa domo patris, quæ fecerant speluncā latronum, cum deberet esse domus ofonis, dicebant: Quid putatis q; non venit ad diem festum? Videlicet, q; primus non venerat, vel inter primos, q; (vt pdicūt est) ascendebant Hierosolymam, vt sanctificarent seipso, male solliciti, & propositū timēt Chrus ut agnus paschalisch, decimā die mēsi sis intravit. te pdere homicidium: Quid putatis (inquiunt) q; non venit ad diem festum? ¶ O impi, quid putaremus, nisi q; iste est agnus paschalisch, & decimus dies mēsi huius nondum aduenit? Non em̄ iubet lex, vt festo die neomeniæ cum clangore tubarū, sed vt decima die mensis tollat agnus, q; imoladus est in domo filiorū Israel. Iccirco ergo non iā venit ad diem festum, q; tempus expectat, & diem suum legitimū, vt legitima. i. decima die mēsi domū filiorū Israel. i. templum dei, paschalisch agnus introeat, & extunc circa illud salubria doctrinæ & celestis pabula, circa vel intra eiusdem templi vitidariū, suis auditoribus dividat, vobis nihil audentibus, neq; cultrū vestrū iniçere valentibus, donec quartadecima dies veniat, cuius ad vesperā se ipse immolatus est suis manibus, & tunc demū se à vobis & cruentī lanistæ trucidari p̄mittet. Tunc illū suscipietis, sicut leo paratus ad pdā, & fit cut catulus leonis habitans in abditis. Tam malā intētionē vestrā Euangeliista significans ita subiungit. L Dederant aut̄ pontifices & pharisæi mandatū, vt si qs cognoverit vbi sit, indicet, vt apphēdant eum. Non (inqt) bene quærebant eū, neq; pro bono festinabat videare venientē ad diem festū, sed q; pōtifices & pharisæi dederat mandatū, vt si qs cognoverit vbi sit, indicet, vt apphēdant eū. Soliciti erant, ne forte propter hoc ipsum non veniret ad diem festum. Ergo intentus q; erat, illoḡ habitutus grām, cum indicasset illum, quippe

quippe cum & p̄tium dare prompti essent, qđ & discipulo eius dederunt indicanti, quan- Matth. 26
do vel in quo loco sine turbis possent comp̄hēdere illū. Iesus ergo ante sex dies paschæ CAP. XII.
venit Bethaniā, vbi fuerat Lazarus mortuus, quē suscitauit. Ergo inq̄t, q̄ tale princi- Añ sex dies
pes & pharisaī mandatū dederant, Iesus non ante quatuordecim aut duodecim, sed tardi- paschæ. i.
us, i. ante sex dies paschæ, venit in viciniā Hierosolymæ. s. in Bethaniā, hoc exēplo præsi- nono die
gnans, ne q̄s p̄secutorib⁹ se ingerat, ante q̄ dinina illum grā vocet, cum ipse tempus illud
vel diem obseruare curauerit, qui p̄ scripturas olim p̄ordinatus est. Sextus nanc⁹ dies an- mensis
te quartamdecimam mēsis, cuius in vespere agnus immolandus erat, nonus dies eiusdem
mensis est. Cum ergo nono die mensis in Bethaniā venit, & sicut paulo post sequit, q̄ in
crastinū, qui profecto decimus dies mensis est, ciuitatem Hierosolymam ingredit, plane in hoc
quoq̄ legē, quæ de agno paschali scripta est, hic verus agnus dei sustinere probat: Venit
(inq̄t) Bethaniā, vbi fuerat Lazarus mortuus, quē suscitauit, videlicet in crastinū (vt di-
ctū est) sanctā ciuitatē ingressurus. Fecerūt aut̄ ei cœnā ibi, & Martha ministrabat, Laz-
arus vero vñus erat ex recumbentibus, Maria ergo accepit libram vnguenti nardi p̄fici, p̄
fici, & vñxit pedes Iesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. Cœnam hanc in domo Simonis quondam leprosi factā esse, ex Matthæo & Marco ma-
nifeste habemus. Secundum Lucam quoq; domus illa eiusdem Simonis est, in qua primū
hæc eadē Maria peccatrix, eadē (inquam) sicut à diligētoribus tractatoribus veraciter af- Matt. 26
fertum est, à dñō suscep̄ta, lachrymis lauit pedes eius, & multa illi peccata dimissa sunt, q̄a
dilexit multum. Vnde ergo est, q̄ tot viris p̄sentibus, in domo alterius, mulier Martha
ministrabat? Illud nempe non esset mirum, si in domo sua ministraret sicut tunc, qñ intra-
uit ipse Iesus in quoddam castellum, & hæc eadem mulier excepit illum in domū suam,
& satagebat circa frequens ministeriū. Vñz quacūq; necessitate Martha Simoni coniun- Lucæ. 10
cta fuerat, vt in domo eius ministraret, qm̄ scriptura tacet, nos iam in hac cœna diligent
us speculemur ea, quæ dñō nostro exhibita sunt, sancta & mystica magnæ pietatis mini-
steria. Fecerunt (inq̄t) ei cœnam ibi. Domus (vt p̄dictū est) Simonis est. Martha ministrat
Lazarus vñus est ex recubēntibus, Maria p̄tiosum lūp caput, & pedes dñi effudit vngērū.
Nam hoc loco hic quum Euangeliſta sup̄ pedes effusum vnguentum narrat, Matthæus &
Marcus sup̄ caput quoq; eius effusum esse non tacent. Vberius ergo nunc instantे pas-
sione domini, in hac cœna sanctæ ecclæsiæ obsequiū p̄esignatum est, quām tunc cum in
domo eiusdem Simonis hæc eadem Maria peccatrix, ab eodem dñō nostro suscep̄ta est.
Tunc em̄ sup̄ coniuantes illam pharisaī domū famosa peccatrix ingressa, & murmurā-
te illo dignam p̄ceniam offerendo iustificata, conuerzionem gentilitatis p̄figurabat. Hæc
gentilitas em̄ post ascensionem dñi, ad diuinitas Iudæorū, ex qbus salus est, veniens, & ad Iohan. 4
magnum coniugium scripturæ iniusta prorumpens, quæ fuerat meretrix, id est pluribus
dñs, quasi multis prostituta viris, retro secus pedes domini accubuit, q̄a videlicet eius, quē
secundum carnem non nouerat, vestigij adhæsit, flens & erroris pristini p̄ceniam agens,
murmurantibus eis, q̄ ex circuncisione erant, eo q̄ gentiles grā Chri indignos iudica-
rent. Nunc autem mulier eadem iam iustificata, simul cum Martha sorore sua vnam can-
dem Chri ecclæsiā significat, quæ diuersis vtriusq; actus. s. & contemplatiæ vitæ ob-
sequiū eidē dñō in Bethaniā, i. in domo obediētiae ministrat, Lazarus vero q̄ fuerat mor-
tuus, quē suscitauit Iesus, vñus est ex recubēntibus: q̄a profecto sine fide resurrectionis,
in nullo ordine ecclæsiæ Chro ministrat. Domus autem ipsa Simonis est leprosi, q̄a vi-
delicet Iudæorū (inq̄t Apostolus) adoptio est filiorū, & gloria, & testamentū, & legislatio,
& obsequiū, & promissa, & eorū patres, ex qbus Chrius scdm carnē. Nos aut̄. s. ecclæsia de- Acto. II
gētibus, eramus quondam sine Chro, alienati à conuerione Israel, hospites testamento, Quid delis
promissiōis spem non habētes, & sine deo in hoc mundo. Cū ergo admisi sumus, vt iam
nō simus hospites & aduenæ, sed simus ciues sanctorū & domestici dei, profecto in domo
pharisaica, gētiū ecclæsiæ Chro deseruit, licet inuidet synagoga, & detraherit p̄ceniam
agenti. Facta igit cœna, Martha ministrat, & Maria vngētum sup̄ dñm effudit, qđ iēm
quoq; quoddam nō leue ministeriū fuit. Differt aut̄ à ministerio Marthæ, q̄a videlicet Mar-
tha cibos corpis ministrat, Maria vero multū quidē est qđ obsequiū, verunt̄ tali eius ob-
sequio corpus non reficit. Mystice qđem capillis eius qbus dñi pedes extergit, superbam
diuitiū abundantiam exprimit, qua sic absq; penuria sui pauperi inopiam supplere, qñō ca-
pillos absq; dolore capitū deponere possunt: verunt̄ carnaliter, sicut iam dictū est, Maria
dñm per tale non pascit obsequiū. Igit̄ per Marthæ ministeriū, illoꝝ sedulitas exprimit,
qui in vita actiua Chro deseruiunt, p̄ Mariæ vero vngentū, cuius ex odore domus imple-
& hominibus odorem effundunt. Quorum perfectioni illud quoq; congruit qđ dictū Vngētū nar-
rit: Accepit libram vngēti nardi p̄fici p̄fici. Libram (inquam) vngēti, id est, bonam & di p̄ficiæ
perfe

CCXXVI. RUPERTI IN IOHANNEM CAP. XII.

perfectam mensuram piæ seruitutis. Pisticci autem vngenti. i. fidelis & sine adulteratione, vel probatissimi. ¶ Non enim Graece, Latine fides dicit, quæ cum humilitate coniuncta (quā nardus herba humili & aromaticæ designat, vngentum optimū efficit, quo non tam caput, sed & pedes dñi suauissime pungant. ¶ Non enim frustra hic Euangelista, cum Matthæus & Marcus aperte dixerint, hoc vngentū effudisse super caput ipsius recumbētis, scribit quod illi tacuerunt. s. qd pedes quoq; eius illo vnxit. Nam reuera quādo primū ad dñm accessit, tunc vngento, quod non propter ipsum dñm emerat, sed ob fragrantiam sui corporis vegetandam composuerat, solos vnxit pedes dñi, nec enim poterat peccatrix statim capite eius digna fieri: nunc vero iam iustificata & dilecta, vngento qd propter hoc ipsum emerat, tam caput qd pedes punxit. Ministrante ergo Martha cibos corporis, Maria spūlium ministeriorū exemplar, caput ac pedes saluatoris, vidētibus cunctis, & odorem mirantibus, vngento pretioso vngit, quia videlicet in auribus plebis domino seruientis, in sex operibus misericordiæ, quæ in euangelio Matthæi commemorant: Esuriui, & dedisti mihi mādū care: sitiui, & dedisti mihi potum &c. religiosi ministri Ch̄ri, & disp̄satores mysteriorū dei fideliter confitent & pdicant, qd in principio erat verbū, & verbū erat apud dñū, & deus erat verbū, & verbū caro factū est, & habitatuit in nobis. ¶ Caput nāq; vngere, est diuinitatem eius fideliter annūtiare: Pedes autem vngere, est veram humanitatē, veramq; passionem eiusdē dei & hoīs humiliiter credere, & constanter pdicare. Hoc agētes & non sicut plurimi verbū dei adulterantes: Ch̄ri (inquiūt) bonus odor sumus deo in omni loco, in his q saluifiōt, & in his q pereūt. Ergo domus impleta est ex odore vngēti. Vḡ hoc vnū idemq; ecclesiæ vngētum alijs est odor mortis in mortē, alijs odor vitæ in vitā. ¶ Dicit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qd erat eum traditurus: Quare hoc vngētum non vñnit trecentis denarijs, & datum est egenis. ¶ Huic infelici bonū opus mulieris odorē mortis attulit, hūc bonus vngēti p̄tiosi odor occidit. Imo qd vere iam mortuus erat, & inter viuos. i. electos Apostolos ambulans, iam in sepulchro malitiæ sua deo mortuus facebat, odorem vitæ ferre nō potuit, obsequium pietatis, vel honorem dignum magistro impensum fine tormento indignationis & inuidiæ videre nequit, venenum avaritiae (quo ebrius erat) continere nō valuit. ¶ Personam eius Euangelista descripsit, signāter dicēdo Iudas Iscariotes, quod vocabulū sumpfit à tribu Isachar, vel à vico, in q ortus ē, & addēdo, qui erat eum traditurus: qd videlicet et alius Apostolus huius nōis Iudas, qd & Thaddæus. Intentionem vero, qua hæc dixerit, subiungendo exponit. ¶ Dixit autem hoc, non qd de egenis p̄tinebat ad eum, sed qd fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebant, portabat. Teterimus (inqt) nebulo nequissimam inuidiam, quo de bono magistro male sentiebat, & profundam avaritiam, qua dñicis loculis non parcēs furtum inferebat, honesto nomine, i. egenorum palliavit cura. Quis non miretur, quod talem conscientiam tali hypocrisi cōtegebat, qd infidior misericordiæ, de necessaria pauperibus misericordia tractabat. ¶ Magnifice sanctus Euangelista huius homicidæ atrocitatem p̄cutit, dicēdo: Non qd de egenis p̄tinebat ad eum. Non (inqt) cura hæc p̄tinebat ad eum, eterni longe excederat animus eius, trucidator pietatis, ultra omnes terminos humanarū miseratinū, tamq; alieni p̄ctoris erat, vt ipsam posset ad mortē tradere misericordiam pauperum. Sed quare dixit? Quia fur erat inqt: O infelix, Iccirco maluisset hoc vngētum vñijsse trecentis denarijs, qd voluisset & potuisset furtum facere de ipsis trecentis denarijs. ¶ Quomodo potuisset? Vtique satis commode, qd loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Saccularius (inqt) erat dñs, & ea quæ à pīs hoībus pauperi dñno nostro mittebant, portabat. Eterni cū diues fuisset, pauper pro nobis factus fuerat, & cum terra, & maris, omniumq; quæ in eis sunt, vel ex ipsis nascuntur, creator & dominus esset, tamen ex eleemosynis hominum sustentari, & euangelium annuntians, de euangelio viuere volebat. Ea (inquam) quæ ab auditoribus euangelij domino mittebant, ipse portabat, & ministerio nequiter abutens, exportabat fur & sacrilegus. Non qualiscūq; fur, fur loculorum, sed dominicorum loculorum, sed sacrorum. Talis erat miser iste Iudas, & tamē cum sanctis vndecim discipulis intrabat, & exibat, imo & eleemosynis, vnde illi & ipse dñs viuerent, præpositus erat. ¶ Quare (inquis) dñs noster omnia sciens, cum talem illum sciret, non solum Apostolum, sed & prouisorum vel saccularium fecit Apostolorum? Ad hæc inquam: Quare vsq; hodie multos in ecclesia sua idem dñs permittit esse præpositos similes eius? Qui enim aliqd de ecclesia furat, Iudæ pdito comparat. Quantū autem putas de ecclesia furant, abutentes ministerio, quo permittente Ch̄ro, funguntur? Quantū rem pauperum non pauperibus tribuendo, furtum faciunt, & nō qualiscūq; furtum, sed sacrilegium? Si crimina discernunt in foro qualiscūq; furti & peculatus: Peculatus enim dicitur furtum de re publica & si non sic iudicatur furtum rei priuatæ quomodo publicæ, quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qd aulus fuit non vndecim, sed de ecclesia tollere? Igit cum hodieq; multi sunt Iudas similes, & cur

Matth. 25
1. Cor. 4

Quid evn-
gēre caput
& qd pedes
z. Cor. 2

Iudas nebu-
lo regerrim⁹

Null⁹ in eo
misericordiæ
affectus.

2. Cor. 3

Multi ecclæ-
siae prælati
Iudæ similes.

ad ministerium ecclesiasticum puenire potuerint, interrogati certum quod respondere nequeamus, nisi quod multa permittit fieri deus, quem non vult, de illo uno non temere iudicium dei discutiamus, praesertim cum ignoremus, utrum dominus electione sua loculos suos illi commiserit, an certe (quod credibilius est) ille se ingesserit, sicut plerique nunc ecclesiasticis ministeriis tanta importunitate se ingerunt, ut nisi admittantur, pene grauiora per discordiam animabus scandala, quod si admittantur dana rebus ecclesiasticis inferant. Itaque cum haec dicit Iudas: Quare hoc vngentum non veniunt trecentis denariis, & datum est egenis, non est timor dei vel cura egenorum ante oculos eius, sed verba oris eius iniqtas & dolus, & in cubili suo iniqtate meditat. March. 24.
Marc. 14. L Dixit ergo Iesus: Sine illam, ut in die sepulturae meae seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Verba sua responsis dominus in singulari & plurali numero dispersit, dicendo singulariter: Sine illam, ut in diem sepulturae meae seruet illud, & addendo pluraliter: Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Vnde datur intelligi, quod reuera secundum Matthaeum & Marcum, ceteri quoque discipuli indignati sunt, dicentes: Ut quod per dictio haec, sed diversa intentione, videlicet, ut alii vere propter curam egenorum hoc dixerint; Iudas autem propter auiditatem furti sui. Bene ergo, ubi erat intentione diuisa, dominus nostra sua diuisit verba, singulis partibus reddens conuenientia. Nam Iudeus furi, quod per nequissimam avaritiam paulopost accepturus erat prius traditionis vel mortis eius, eandem morientem annuntians: Sine (inquit) ut in die sepulturae meae seruet illud. Ac si dicat: Non solus non vendat, ut def. egenis, vegetiam, & quod nunc habebat, nec enim totum in me iam effudit, quod (inquam) nunc habet vnguentum seruet, & adhuc amplius emat ad condendum corpus meum, quod tuo sceleri Iuda paulopost tradidit ad crucifigendum. Cum vero quod iam (ut dictum est) reuera propter pauperes dixerant: Ut quod per dictio haec potuit enim vnguadari hoc plus quam trecentis denariis, & dari pauperibus, eis (inquam) longe aliam rationem plenam pietatis & dulcedinis reddidit. Pauperes enim (inquit) semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Est quodcum bonum opus (inquit) curare de egenis, & benefacere illis, sed mihi primus iamiam abituro, iamiam morituro, a vobis amicis meis officiose valedicendum est. Habet ministerium pauperum meritum suum, sed precellit officium pietatis ipsi sancto & pauperum capitum impensum. Preterea non semper me habebitis, non semper hoc modo vnguentum in me effundere poteritis, futurum est, ut propter videndum me, sanguinem vestrum fundere optetis, quod nunc effusionem vnguenti, quod vos non emistis, perditionem reputatis. Recte igitur illud quodcum singulariter, hoc autem propter dixit, & diversis intentionibus indignatum, Iudeus. scilicet & ceterorum, quod indignati sunt, congruentia rendit. Potest tamē intelligi, quod circa de singulari numero repete ad plurimum transierit, quod a tunc quodcum vnum erat Iudas, nunc autem sunt multi, & cum Christi fideles discipuli semper habeant per presentiam divinitatis, sicut ipse: Ecce ego (inquit) vobiscum sum oibus diebus usque ad consummationem seculi, illi quod Iudeus filii sunt, nequaquam illum sint habiturit. Tollat enim (inquit propheta) tollat impius, ne videat gloriam domini, ut quoniam Iudas non meruit videre faciem resurgentis. Matth. 20.
Esa. 25. Vel tunc esse cum beatus Apollinus, quoniam pacem illis attulit, iam quodcum illum tulerat locus perditionis, sic nunquam habeant, vel gloriam eius videant, quoniam filii sunt illi. Sequitur: Cognovit ergo turba multa ex Iudeis, quod illic est, & venerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarus viderent, quem suscitauit. Ex quo colegerunt pontifices & pharisei consilio & definito interficiendi dominum Iesum derendant mandatum, ut si quis cognoverit vbi sit, indicet ut apprehendant eum: non cognoverat turba vbinam esset, ipse namque Iesus non in palam ambulabat apud Iudeos. Nunc autem venerat Bethaniam, & fecerant ei cenam ibi. Lazarus quoque vnum erat ex recumbentibus. Nunc ergo post aliquantulum expectationem tandem cognovit turba, quod illic est, & venerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarus videretur, quem suscitauit. Sed nunquam Lazarus saltu videre habetens non potuerant, sicut & Iesum non cognoverant, vbinam esset, eo quod ambulabat non in palam. Ergo turba haec non tantum Hierosolymam, sed maxima ex parte illorum erat, qui (ut supra dictum est) Hierosolymam ascenderant de regione ante pascha, ut sanctificarent seipso. Venerunt (inquit) ad eum. scilicet non apprehendere, sed videre cupientes, ita ut inuidarent illi, qui eum interficere cogitabant. Nam protinus subiungit. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, ut Lazarus interficerent, quod multi propter illum abibant ex Iudei, & credebat in Iesum. Itaque bene venientibus, male remanentes inuidabant, & gloria domini inuidabant. Sed vnde hos ausus gens subiuga conceperat, ut non solus vnum hominem interficere velle auderet, quod mortuos suscitabat, sed etiam aliū, quod reuixerat. Videlicet ex fiducia pauoris sui, quem superius in concilio suo pontifices & pharisei prætenderant, dicentes: Ne forte veniat dominus manus, & tollant locum nostrum & gentem. Iste puer fidelitatem sonuerat dominorum suorum. scilicet eorundem Romanorum, circa audebant, inde presumebant, ideo leges Romanas non posse sibi succensere, quasi sagaces & callidi puidabant. Nam & Herodem illa causa de loco, & gladio Romanorum saevitatis eripuerat, quod tot pueros propter ortum noui regis crucida-

Pum respōsum Christi de pauperibus,

Matth. 20.

Esa. 25.

Quae erat turba illa mutata

Vnde erat Iudeis tan-
ta fiducia in
terficiendi
& Iesum &
Lazarum
Matt. 2.

trucidata

CCXXVIII. IN EVANGELIVM IOHAN. CAP. XII.

trucidauerunt, cui prophetæ in scripturis suis, non solū Iudaicum, sed etiā totius mūdūtē gnum promittebant; & idcirco non soli sibi, sed etiā Romanis principibus, eo mō illū cōsuluisse Augusti Cæsarī aures libēter accipiebant. In crastinū turba multa, quæ conuererant ad diē festum cū audissent, quia Iesus venit Hierosolymam, acceperūt ramos palmae & processerūt obuiam ei, & clamabant: O Sanna, Benedictus q̄ venit in nomine dñi rex Israel. Die illo sabbathū erat, quo Bethaniæ facta sunt, ea quæ nunc Euangelista natravit, videlicet sextus dies ante solēnem vesperā paschæ. i. sequētem vesperā decimā quartā lunæ, quæ nunc secundū euangelium in quintam feriam obuenit. ¶ Hic autē dies crasti nus prima sabbathi est, quo dñs Iesus Hierosolymam intrauit, octauis ante illum quo erat resurrecturus à mortuis, q̄ & ipse sine dubio prima sabbathi extitit. Non ergo casu, sed secreta dispositione diuinitatis actū est, vt cum tali honore, vel apparatu laudis, hac die ciuitatem intraret, & vt superius iam dictum est, luna decima verus dei agnus ad immolationem sui decimaquarta luna peragendū accederet. Quid em̄ iocunditas ista, nisi p̄conū fuit octaua deinceps die futuræ eius resurrectionis? Ipsam ergo seriē diligētius contemplūrū euangeliæ narrationis. Turba (inqt) multa, quæ conuenerat ad diē festum, cum au- dissent, q̄a Iesus venit Hierosolymas, acceperunt ramos palmae, & processerūt ei obuiā.

Dies crastin⁹
dies dñic⁹ de
cima, mēsis

Turba victo-
riæ ch̄ri igna-
ra palmas ta-
men ferebat

Lucæ. 24

Pſal. 8

Benedict⁹, q̄
venit Das-
uid dixerat
q̄ vēturus ē.

In noī dñi

Exod. 23

1. Regū. 17.

* glorificā-
tes regē suū
Zacha. 5

Rami palmae insignia victoriæ. Magnū & mirū spectaculū. Nunc primū parabat belum, nee dum certamē initū, & iam triumphū celebrabat turbæ populoꝝ. Nunq̄ sine du- bio illud iam sciebāt, q̄ iste sine dubio p̄fecturus esset victoriā. Imo nec istud nouerāt, q̄ ad pliandū venit rex Israel. Absconditū erat cū c̄tis viuētibus, & ab ipsis Aplis hoc diuini- tatis consiliū, qđ per passionē & mortē suam iste rex gloriæ destrukturū esset eum, q̄ ha- bebat mortis imperium. i. diabolum, vel q̄ oportet eum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. ¶ Ergo illi tārg laudis cōcētores, secundū intellectū eius rei, quā agebant, infantes erāt & lactētes. i. hoc ipsum quod exterius p̄esignabant mysterium ne sciebant. Vnde iuxta alium Euangelistam, cum dicerent domino scribæ & pharisæi Au- dis qđ isti loquūtur: Vtique. Nunq̄ legistis, quia eo ore infantium & lactētū p̄fecisti lau- dem? Igitur ipse qui pati veniebat, nutu & voluntate sua tales infantes & lactētes in com- paratione scribæ & pharisæorū, penes quos erat vberitas facundiæ, solidusq; cibus lega- lis & propheticæ scientiæ; nutu (inquam) suo tales infantes & lactētes commouit, vt eo modo sibi occurrerent, vt eiusmodi ramos attollerent, vt sic sibi acclamarēt, & ita ex ore illogꝝ eius quā nefciebāt victoriæ suæ pficiebat laudē. ¶ Quid enim acclamantes dicebāt: Osanna, benedictus q̄ venit in nomine dñi, rex Israel. Osanna, verbum Hebræum, cum positum est ex duobus, corrupto & integro. Salua nanq̄ siue saluifica apud eos dicitur os. At vero anna interiectio est deficatis, quomodo apud Latinos heu interiectio est dolētis & interiectio admirantis pape. Deniq; in psalmo cētefimo decimo septimo, vbi scriptū est: O dñe saluum me fac, & in Hebræo scriptum est, anna, adonay, osanna. Osanna itaq; salua, obsecro significat, consumpta vocali litera i, qua verbum prius terminat, qđ profecto dicit osi, p̄ virtutē literæ vocalis, à qua verbum sequēs incipit anna, qđ metrici versibus si- nalepham vocavit, quis illi scriptā l̄ram scandētes transfileant; in hoc autē verbo osannaz, i l̄fa, nec saltē scribitur, sed sensu loquētū saluo, funditus intermittitur. Benedictus qui

venit in nomine domini rex Israel. Hunc versiculum cum verbo osanna, pro quo vt p̄di- cūtū est, in Hebræo scriptum est, anna, adonay, osanna, i. o dñe saluum me fac. De psal- mo cētefimo decimo septimo, nutu instigantis eos supernæ voluntatis, arripuerunt, vbi sc̄riptum est: Benedictus qui vēturus est in nomine dñi. Propheta, quantum ad statū il- lum, in quo erat ipse, posuit, vēturus est. Hi autem fatētes hunc illum, q̄ ibi prænuntiatus est, non q̄ venturus est, sed q̄ venit (inquiunt) in nomine dñi. ¶ In nomine dñi inquam, id est, gloriam quārens patris, non suam, vel hoc nomen habens, quod dominus fit, sicut ipse dominus pater loquens ad Moysen, de magno confiliij angelo, s. de hoc filio suo: & est (inqt) nomen meum in illo. ¶ Ita vadens ad bellum contra diabolum rex Israel, id est, rex omnium vidētū deum, vel q̄ deum videre digni sunt, iam in hoc p̄figurauit illud tri- pudium, quod de victoria eius habitura erat superna ciuitas Hierusalem. Illo nanq̄ resur- gētē à mortuis, & ascendētē in cōelū, cantare habebant supernoꝝ ciuium chorū, ramos vi- ctoriæ subleuando, & regē suum debita cum laude & honore suscipiendo. Nā sicut occi- so à puero David Goliath Philistæo, cum reuertereſ, & faceret caput eius in Hierusalem, egressæ mulieres de vrbibus vniuersis in occursum eius canebat in tympanis latitiz & si- stris, sic superato diabolo p̄ passionē Ch̄ri, exituræ erāt animæ sanctoꝝ cū beatis angelis, laudantes & * gloriā regi suo canētes, viuentū quoq; fideliū multitidines victoria eius p̄ totum mundū p̄predicantes. Sequit. Et iuuenit Iesus asellum, & sedet sup eum, sicut scri- ptū est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit, sedēs sup pullū afinæ. ¶ Breuiter hic attingit, quod cæteri Euangelistæ latius iam dixerant. ¶ Sed quale verbū iam ista breuitas sonuit;

sonuit. Inuenit inquit asellum. Magnifice dixit, proprie locutus est, rem valēter Euāgelista diuinus expressit. Quid enim illa, quam latius cæteri (vt dictū est) Euāgelistæ narrant alligatio aselli, nisi perditionē & captiuitatem significat generis humani, maxime autē gentilis populi? Ecōtra quid solutio illius, quam duobus discipulis imperat, nisi inuentione vel acquisitionem nostri designat? Pulchre ergo & breuiter quidem, sed proprie secūdum rē dixit, quia inuenit Iesu asellum, & sedit super eum: quia videlicet per passionis suæ mysterium, saluator perditū inuenit genus humanū, & abacto sessore diabolo, quem asellus ignobilis & stultus, magno dedecore suo nimis patienter portabat, capistro stultitiae infrenatus, & in stabulū mortis agebatur: ascēdit super eū nobilis eques, & inclytus rex, vt suę nobilitatis eum participem faceret, & in supernam ciuitatē Hierusalē equitatus sui saluatiōe perduce ret. Sedit inquam super eū, sicut scriptū est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi sedens super pullū alīnæ, Hoc in Zacharia propheta scriptum est, quia de passione eius, ad quam nūc tali schemate veniebat, confessim subiūxit: Tu q̄z in sanguine testamenti æterni eduxisti vincitos de lacu, in quo nō est aqua. ¶ Sane filia Sion Hebræa ḡs dicitur, quam hic pro parte electorum sp̄s sanctus in hoc propheta cōsolatur, vt nō timeat, sed potius grauletur, quia rex suus adductis gentibus implet domū, & multiplicat filios eius, sicut per talēm eius aduentū figuratur. L Hæc nō cognouerunt discipuli eius primū, sed quando glorificatus est Iesu, tūc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. ¶ Primum inquit, q̄ resurrexisset, primum q̄ aperuisset illis sensum, vt intelligerent scriptas, nō cognouerunt hæc: sed quādo glorificatus est Iesu, videlicet gloria resurrectiōis & ascensionis, & effusionis sp̄s sancti, tūc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, scilicet suggestente illis omnia sp̄u sancto. Et hoc inquit recordati sunt, quia hæc fecerūt ei. Quæ fecerūt ei? Hæc vtiq; vt inueniret asellū, imo vt sederet super eū. Sic enim manifeste Matthēus exprimit: quia imposuerūt super eū vestimenta sua, & eū desuper sedere fecerūt. ¶ Etenim ipse quidem asellum, vbi esset, indicauit, & eū sibi adduci iussit, sed certi ordine mysteriū, q̄ uis ea intentione hoc iuslerit, vt desuper sederet, & sic iam dictam prophetiam impleret, tam nō nisi rogantibus, & vestimenta sua discipulis imponentibus super eū sedere voluit. Hoc ergo fecerūt tūc nō cognoscentes, sed reuera illud quod tūc significatū est per eos ne-scientes, postmodū ipsi fecere scienter. Etenim missi à dño per mundū, vt gentilem soluerent populū cū labore prædicatiōis, addiderūt instantiam oratiōis, vt super adductū sederent asellum, id est, credentem in se dñs dignaretur protegere gentilem populū. Si quo minus id faceret, lugebant & flebant infelicitis aselli causa, sicut Apostolus euenire quibusdam Corinthijs metuebat, cū diceret inter cætera: Timeo enim ne forte cum venero nō quales volo, inueniam vos, & ego inueniar à vobis, qualem nō vultis, & subinde: Ne iterum (inqt) cū venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos in his, qui ante peccauerūt, & nō egerūt pœnitentiā super immūditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserūt. Seq-
tur. L Testimoniu ergo phibebat turba, quæ erat cum eo, quādo Lazarum vocauit de monēto, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierāt eū fecisse hoc signum. L Eorum quæ iam dicta sunt, ista complexio est, quia videlicet q̄ turbę processerunt obuiam ei taliter conclamando, magnum & verum testimonium fuit filij dei. Ergo (inquit) hoc modo testimoniu perhibebat turba, quia erat cum eo, quando Lazarum suscitauit, & propterea obuiam venit ei turba, quia audierūt eum fecisse hoc signum. Turbam à turba distinxit, turbam videlicet, quæ interfuerat illi signo mirabili, à turba quæ nō quidem interfuerat, sed audierat, & ita cum illis qui viderūt cōcurrentibus eis, qui illis referentibus audierūt, aucta est turba, creuit cōcursus, multiplicata est laus dei, multiplicata est gloria filij dei, in tanta frequentia, tali tempore, in illa paschalī festi præparatiōe: quādo (vt supradictū est) ascenderant multi Hierosolymam de regione. L Pharisæi ergo dixerunt ad semetiplos: Videlis quia nihil proficimus? Ecce mūdus totus post eum abiit. L Magno tormento congreguerunt, graui dolore suam adinuicem inuidiam anhelauerunt: Videlis inquiunt, quia nihil proficimus? O infelix stipula, hic deus noster ignis consumens est, & tu illum opprimendo proficeres? Deficies poti? & consumeris quia non stipula ignem, sed e- contra stipulam ignis consumit. Quanto illum pertinacius incumbendo preseris, tāto am plius flammam suæ claritatis cum tui detimento dilatabit. Nihil proficimus aiunt. Vnde hoc malū? Vnde hi gemitus? Ecce inquiunt, mūdus totus post eum abiit. Nō dixerunt tota turba, sed totus mūdus post eū, videlicet quia & caneabant pueri Hebræorū, & querebant Iesum primitiæ gentiliū, Nam sequitur. L Erant autē quidam gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserūt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eū dicentes: Domine, volumus Iesum videre? L Hoc illos deterius habebat, quod de dño Iesu Hebræi iam acclamabant, & eundem gentiles querebant: quippe qui longe superius, præfago torti liuore dixerāt: Quo hic iturus est, quia non inuenimus eum, nunquid

Zacha.²

Luc. 24

Matth. 21

2.Corr. 12

Duplex
ibit turba

Iohau. 7

CCXXX. RUPERTI IN IOHAN. CAP. XII.

in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Gentes (inquit) erant, & ascenderant
 Matth. 15 vt adorarent in die festo. ¶ Ut vere pauperes ad magnam magnorum diutum ianuam accesserant,
 cupientes saturari de micis, quae de mensa illorum cadebant, imo & tanquam catelli sub
 mesa dominorum, residua fragmata colligere venerant. Quantam enim redolent humilitatem
 quod dicitur, quasi stantes a longe? Domine volumus Iesum videre? Quo coactum
 cor habeant erga dominum dominorum, cum intercessorem ambientes, seruum domini vocarent
 dominum? ¶ Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. ¶ Profecto non leue erat, pro consuetudine hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, incircumcisos hoies admitti, saltem ad videndum dominum Iesum, cuius aspectus vel praesentia nauseantibus Israelitum
 venerant in fastidium: quippe qui meminerant se audisse ex ore domini dicentes: In viam
 getium ne abieritis. Quid ergo pauperibus, id est, humiliis ipsis mitis & humilis corde responderit audiamus. ¶ Respondebat eis Iesus dicens: Venit hora, ut clarificetur filius hominis. ¶ Venit hora inquit, qua ut getes videre possint filium hominis, clarificetur ipse filius hominis, clarificatio videlicet resurrectionis & ascensionis, nec non effusionis spiritus sancti. Ex tunc enim, id est, postquam iuxta Psalmistam exultans ut gigas percurrerit viam suam, & futurum a summo celo egressio eius, ita & occursus eius fuerit usque ad summum eius. Ex tunc inquam sicut sol omni mundo erit conspicuus, nec erit qui se abscondat a calore eius, tunc incipient gentiles isti videre me, scilicet illuminati fide, implebiturque illud quod scriptum est: Quae fierunt me qui ante non interrogabant me, inuenient me, vel iuxta septuaginta interpretes, palam apparui his qui non quae fierunt me. Sed quisnam erit modus clarificandi, vel quae causa effectiva tantae claritatis? Ait: ¶ Amem amem dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. ¶ Nam ad hanc vocem, qua dixit: Venit hora ut glorificetur filius hominis, exultare poterant desideratores regni eius, sicut Apostoli, multum desiderantes gloriam magistri: exultare (inquam) poterat, tanquam confessuri ad dexteram & ad sinistram magni regis in illo terreno solo David, praesertim quia nunc fuerat rex Israel acclamatus a turbis, ignorantes quod hic necessarius esset modus vel ordo clarificationis, ut altitudinem claritatis praecederet humilitas passionis. Idcirco congruam similitudinem confessim intulit. Doctrrix filiorum suorum sapientia dei, volens ostendere nihil incarnationem mundo profuisse, nisi per passionem suam redemptionem eius acquisierit. Interposita autem affirmationis causa, qua dicit: Amen amem dico vobis, eorumdem discipulorum tarditas est, quam manifestius ex ceteris Evangelistis agnoscimus, apud quos dicete domino, quod oportet eum occidi, & tertia die refurgere, assumus enim Petrus, increpabat illum dicens: Absit a te domine, non erit tibi hoc. Etenim hic & illic eandem de dilectione animae, & de perfecto eius odio dat sententiam, cum dicit illic: Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vita eterna custodit eam. Habebant enim domini & magistri sui dilectionem quidem, sed non secundum scientiam. ¶ Propter quod eidem Petro, cum ut praedictum est, consilium dare vellet sapientiae dei contra salutem suam & nostram: Vnde inquit, post me Satanus, non enim sapientiae dei sunt, Satanam, id est, aduersarium vocans illum, eo quod voluntati divinae carnali aduersaretur voluntati. Igitur propter discipulos sensum eatenus carnalem, hanc edixit cum firmamento veritatis similitudinem: Amem amem dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet. ¶ O granum frumenti nostrae spei residuum, nonne in opere solatum, de terra tua, quam benedixisti domine feliciter exortum. Etenim secundum naturam, quam de terra sumpfit virginea, recte grano frumenti se assimilavit is qui de celo venit filius dei, qui beatos angelos immortaliter pascit. Vnde autem sibi necessitatibus testatur esse cadendi in terra, vel moriendi? Inde videlicet, quoniam si dens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. ¶ Ergo non idcirco moriturus est filius hominis, quia peccati vel mortis debitor est, sed ob hoc, ut una mors eius multorum vitam fructificet: sicut granum frumenti non idcirco projectum in terram, quia vitiosum est, sed quia sic projectum, cum fuerit mortuum, id est, a solido vigore suo per humorum terrae defecatum, rursus germinando resurget, & multa secum grana referet. Eat igitur hoc frumenti granum, & mortificet infidelitate Iudeorum, ut projectum in sepulchro reuirescat, & multiplicetur fide populo, sicutque multam in horrea coeli messem referat: quoniam si mori nolisset, solum se recipere potuerat, quippe qui praeter veritatem carnis nihil communie habebat cum spinis & tribulis, quas terra in opere Adae maledicta germinauit. Hoc enim fecit, inquit Apostolus Petrus, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius. Hec enim vestigia sequentia, vita eterna: sequi contemnentia, perditio cosecutura est. Hoc est quod sequitur. ¶ Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam. ¶ Prius diffiniendum est secundum verba, vel intentionem domini, quod sit odisse animam suam, quia videlicet longe distare oportet ab illo odio, de quo sanctus ipsius dicit per os David: Qui autem diligit iniuriam, odit animam suam. Discipulis Christi odisse animam

Granum
frumenti

Gene. 3
1. Petr. 2

Psal. 10.

animam suā est, sic se habere inter eos qui se angustiant, vt habeantur in derisu & in simi
litudinem im properij, vt insensati vitā eoz & stument insaniam, & finē illorum sine honore
Apud sensum nāq; illorum odium animæ esse videtur, dulcedinē vitæ præsentis nō amare,
in pace propter deum asperam vitam eligere, in persecutione propter eundem cruentam
mortem appetere. Item eisdem odium patris vel matris filiorumq; videtur esse, naturalem
illorum affectū deo postponere: cum discipuli Christi non omnino careat bono naturæ a-
more, sed negligant eū melioris cōparatione. Itaq; secundū sensum talium, q; amat animā
suam, perdet eam: & qui odit animā suā in hoc mūdo, in vitam æternam custodit eā. ¶ Ec-
ce primū illud granū frumenti, quod cecidit illo tempore in terram, & mortuū est, multū
fructum attulit, q; a videlicet tot de radice fidei suæ grana protulit, quot animas per baptis-
mum in mortem sibi conseptulas in nouitate vitæ germinauit. Cuius germinis gratiā lon-
ge ante Isaac prophetico nare præsenserat, cum diceret: Ecce odor filij mei, sicut odor agri
pleni, quem benedixit dominus. ¶ Sed vide ne cū granū esse debueris, palea sis. Quomodo
inquis? Vtq; male amādo animam tuam, eo videlicet amore, quem culpans Apostolus, &
erūt, inquit, homines seipso amantes. Tempus belli est, tempus persecutionis virget, & in
hoc tota contentio est, vt aut pro Christo animam tuam quasi vilem & odiosam effundas,
aut retinendo illam, deum tuum, Christum tuum salvatorem perdas. Ait ergo: Qui animam
suā, id est qui dulcedine vitæ præsentis illectus, data optione vt aut eandem vitam amittat,
aut Christū deneget, adeo pretiosam habet animā suam, vt eam Christo præponat, magis
elicens offenso Christo viuere, q; dilecto mori: hic vtq; sic amando animam suam perdet,
id est, in æternam perditionē mittet. Et qui odit animam suā in hoc mūdo, id est, cui odibile
est negationis Christi, hoc habere pretiū, vt viuere sibi liceat in hoc mūdo: qui, inquam,
animam suā sic odit, & pro amissione auri (quod Christus est) vilius argentū, imo miserum
latum, quod in cōparatione Christi anima sua est, retinere abhorret: hic vtq; in vitā æter-
nam custodit eā, custodia Christi sempiterna, qui sibi huiuscē odij causa ē. Forte dicas: Iste
vitæ dura sunt. Quo iure vel qua lege hoc exigit, vt ego animam meam odierim? Ad hæc,
inquit, L. Si quis mihi ministrat, me sequatur. ¶ Cum inquit, ego in hora quæ nunc venit, ea
via vel ordine clarificandus sim, vt prius ponā animā meā pro salute multorum, sicut gra-
num frumenti cadit in terrā & moritur, vt multū afferat fructū: non æquū est, vt is q; meum
se profitetur ministrū, & ad hoc tēdit, quo particeps meæ fit clarificationis, animā suam ni-
mium diligēs, à proximorū vtilitate abscondat, & illuc peruenire velit sterili otio, quo labo-
riosa fructificatione perueretur sum ego. Nō ita fiat, sed q; mihi ministrat, me sequat. Quis
autem mihi ministrat, nisi qui meū in fronte vexillū, qui meū in ore suo verbū portat, qui
mea manibus & ore cōficit vel tractat sacramēta? Ille ergo quisq; est, me sequat, id est, me
imitetur. In quo? In eo videlicet, vt si talis illi hora ingruerit, qualis nūc mihi, de qua & pau-
lo ante dixi, venit hora vt clarificetur filius hominis, malit propter me cadere in terram &
emori, sicut seminatur granū frumenti, vt bono exēplo sit proximis suis, q; negādo fidē mi-
nisterij sui, cedere persecutori, & sic palea potius esse, q; granū, & leui vēto circūferri. Si aut̄
defuerit tēpestas persecutionis, tūc quoq; oderit animam suam, abneget voluntatem pro-
priam, abhorreat & suffocet concupiscentiā suā, talēq; se, qualē fuisse meminit, odio habeat
& in profunda poenitētiæ fossa, abscondat. ¶ Iubet nāq; dñs in lege, vt cū egreditur quis ad
requisita naturæ, mittat paxillū in baltheū & fossa humo abscondat q; egesta fuerint. Quid
enī illa egestio defossa, mystice, nisi veteris vitæ abrenuntiationē significat? Vtq; in castris
Israel militati, id est, iuxta alios euāgelistas, prælata cruce Christū sequēti, egestionē suam
abhorrete, & eā ne alijs puteat defodere, est præteritas animaæ suæ cōcupiscentias odiſſe, &
eas super ducta vitæ melioris honestate, dei & hominū oculis abscondere. ¶ Igitur non si-
cut putauerūt quidā maligni atq; peruerſi, & in semetipſis crudeliōres & sceleratores ho-
micið, à semetipſo debet occidi q; sequitur vestigia Christi, sed in persecutione quidē vio-
lentiam mortis ab alio perpeti, in pace aut̄ ecclesiæ carnē suā crucifigere cū vitis & concu-
piscentijs, & hoc modo Christo ministrare, id est Christū sequi. ¶ Attēde nunc vtrū sint cō-
dignæ passiones huius tēporis ad futurā gloriam quæ reuelabitur in huiusmodi ministris.
Ait enī: L. Et vbi sum ego, illic & minister meus erit. ¶ Sed quid magnū videri poterat eis
qui hæc audiebāt, esse cū illo. Vbi enī erat cū hæc diceret? Vtq; in spinoso agro huius mū-
di, vnum erat & nudū granū frumenti, iamī casu in terrā & moritur, sicut pauloante di-
xit. Audi ergo qd sequtur: L. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus. ¶ Hac
sentētia suscepta cū eo, qd pauloante dixit, venit hora vt clarifice fili⁹ hominis, & qd post-
modū dicturus est, p̄ clarifica nomē tuū &c. nō leue intelligit esse cū eo, non paruū esse ho-
norē intimat, eē cū filio dei, nō vile eē clarificari cū æterni patris vnigenito. ¶ Sed hoc sen-
tū, videbat ita debuisse dici, & vbi ero ego, illic & minister meus erit. Ad hæc inquam
Qñquidē hæc loqueret, adhuc in angusto erat & turbabatur, sicut & paulopost dicturus ē,

CCXXXII. RUPERTI IN IOHAN. CAP. XII.

nūc anima mea turbata est; sed adeo prope erat finis angustiæ, vt recte iā alias diceret se eē
 sicut in alio loco, iā inq̄t, nō sum in mūdo, videlicet propter vicinitatē exitus sui tūc instatīs
 cū loqueret vtiq̄ passibilis, & adhuc mortalis in hoc mundo. Ergo vbi sum, inq̄t, scilicet in
 regno meo in q̄ postmodū ero, illic & minister meus erit. Vnde & in cæteris euangelistis
 cū fere eadē dixisset de odiēda aīa, quæ nūc in isto dixit, cōtinuo subsecutus: Amē, inq̄t, di-
 co vobis, sunt qdā de hic stātibus, q̄ nō gustabūt mortē, donec videāt filiū hominis venien-
 tem in regno suo. In q̄ vtiq̄ regnō suo tūc visus est ab illis, quādo post resurrectionē suam
 oībus discipulis suis manifestus apparēs, gloriā suā immortalitatis in multis ostēdit argu-
 mētis, & quadragesimo die in cœlū ascendēs ipsam captiuitatē rex victor, iāc̄p̄ triūphas &
 regnās captiūā duxit. Cuius videlicet regni sui gloriā tūc p̄signauit, quādo die octauo post
 illa dicta in mōte trāsfiguratus est, assumpto Petro, simulq̄ Iacobō & Iohanne filijs Zebe-
 dæi. Iḡif labor p̄sentis ministerij nullo mō cōdignus ē ad futurā gloriā vel honorificetiā pa-
 ternæ remuneratiōis, q̄ qa verbis nō p̄t explicari, hoc solū dixisse contētus est, & vbi sum
 ego, illic & minister meus erit; si qs̄ mihi ministrauerit, honorificabit eū p̄ meus. Quid er-
 go o fili hoīs, qm̄ venit hora vt clarificeris moriēdo & resurgēdo, sicut granū frumēti cum
 multo fructu nīr salutis? Ait: Nūc aīa mea turbata est. Sed qd̄ dicam: pater saluifica me ex
 hac hora. Sed propterea veni in horā hāc. Pater clarifica tuū nomē. ¶ Vnius eiusdēc̄p̄ Iesu
 Ch̄ri, dei & hoīs, secūdū vtrāq̄ naturā se habētis, verba sunt hāc, iuxta qd̄ in alio dicit Euā
 gelista: Sp̄us qd̄ p̄optus ē, caro aūt infirma. Nā qa caro infirma est, nūc, inquit, aīa mea tur-
 bata est. Ccepitq̄ vt alius euāgelista refert, pauere & tādere, & tristis eē vſq; ad mortem.
 Eteīi hic qd̄ aīa, illic aūt caro pro tota hoīs ponitur substātia, sicut in Exodo de totis hoī-
 bus dictū est, qa descēdit Iacob in Aegyptū in animabus septuagintaquinq; & econtra ca-
 ro in propheta dicēte, & videbit oīs caro salutare dei, pro tota hoīs substātia posita est. Igi-
 tur secudū verā hominis naturā (quā & Eutices à diuinitatis natura cōsumptā fuisse putauit
 & multi alij, in Christo negauerūt esse hāretici) nunc ait, aīa mea turbata est. Et adiecit: Et
 quid dicā? Tanq̄ diceret: Coartor em̄ e duobus, hinc hortāte maxima charitate animā pro
 amicis ponere, illinc vrgēte trepida carnis infirmitate calicē istū trāsfilire. Pater, inq̄t, salu-
 ifica me ex hac hora. Hāc infirmā carnis pauida vox ē, & est par ei qd̄ alibi dicit: Abba p̄,
 si possibile ē, trāsfer calicē istū à me. Quia vero sp̄us p̄optus est, obuiat statim volūtati car-
 nis, & dicit: Sed propterea veni in horā hāc. Ac si diceret: Ipse sibi infirmus & fortis, pauēs
 & fidēs filius dei, & filius hoīs. Sensus qd̄ vel infirmitas carnis appetit, vt tu pater saluifaces
 me ex hac hora, trāsferēdo calicē istū à me. Veruntamen nō mea, sed tua, id ē, nō humānæ
 volūtatis, sed diuinæ rōnis volūtas fiat: qa propterea in hanc horā veni, propterea de cœlo
 ad terrā descēdi, ppterā q̄ erā deus immortalis, factus sum hō mortalis, propterea nūc in-
 gressus sum ciuitatē, vbi pauloante collegerūt aduersum me cōciliū pōtifices & pharisei, vt
 perseuerarē vſq; ad mortē, mortē aūt crucis. ¶ Igitur o p̄ pro volūtate tua clarifica nomen
 tuū in hoc videlicet, vt sicut pauloante dixi, granū frumēti solū nō maneat, sed cadat in ter-
 rā & moriat, vt multū fructū afferat. Tuū, inquā, nomē, illud scilicet, q̄ te apello, c̄si dico p̄,
 qd̄ nomē tuā p̄sonā propriū est modo iā dicto clarifica pater vt sciat mūd̄, vnde tibi hoc
 vt voceris aut sis pater. ¶ Venit ergo vox de cœlo, dicens: Et clarificaui & itēclarificabo. ¶
 Quare ista vox paterna de cœlo venerit, ipse postmodū filius edicit, ad quē ipsa vox venit.
 Et clarificaui inq̄t, subaudiēdū ē, semel videlicet pro eo qd̄ seq̄tur, & itēclarificabo. Si em̄
 de multis qualibuscūq; clarificatiōibus dixisset, & clarificaui, pfecto absq; aduerbio, qd̄ est,
 itē, dicere sufficeret & clarificabo. ¶ Duas ergo certas clarificatiōes paterni noīs intelligi
 debere manifestū ē. Nec qualescūq; clarificatiōes tali in tpe, tali pro causa, tali porante p-
 sona, vocē nō cuiuscūq; sed vocē p̄ris, vocē inquā, nō vndecūq; sed de cœlo venientē, pronū-
 tiare decuit. Igit̄ duæ, quas hoc loco intelligi oportet, clarificatiōes filij, in q̄ fine dubio cla-
 rificatur nomē patris, ille sunt, quas Apl̄us ad Colossenses exprimit his verbis: Qui ē ima-
 go dei inuisibilis, primogenitus oīs creaturæ, qa in ipso cōdita sunt vniuersa in cœlis & in
 terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominatiōes, siue principatus, siue potestates
 oīa p̄ ipm & in ipso creata sunt, & ipse est ante oēs, & oīa in ipso cōstāt. Hāc de prima cla-
 rificatiōe, de qua nūc pater dixit, & clarificaui. Seq̄tur Apl̄us, de secūda clarificatiōe, de qua
 itidē pater, & itēclarificabo inq̄t. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, q̄ est principiū pri-
 mogenitus ex mortuis, vt sit in oībus ipse primatū tenēs, qa in ipso cōplacuit omnē plen-
 tudinē habitare, & p eū recōciliare in ipm, pacificans p sanguinē crucis eius, siue q̄ in terris
 siue quæ in cœlis sunt. Sic iterata clarificatiōe filij, ad quem relative dicitur pater, clarifica
 hoc ipsum nomē, quod est pater, dum per quem omnia fecit clarissimo creationis opere, p
 ipsum omnia restauret, clarissima per sanguinē eius restauratione. De hac ipsa clarificatiō-
 nis iteratione ipse alibi, clarifica(inq̄t) tu me pater apud temetipm claritate quā habui, pri-
 usq; mūdus esset apud te. Sequitur: Turba ergo q̄ stabat & audiebat, dicebat: Tonitruum
 factum

factum esse. Alij dicebāt: Angelus ei locutus est. ¶ Quantū ad exterius miraculū magnitudine vocis, q̄ de cōcelo venit, per hoc intimatur, q̄ turba putauit factū esse tonitruū: quantum vero ad interius mysteriū diuersus audientiū sensus. Alij *vero dicebāt: Angelus ei locut⁹ est, illud significat, q̄ prætūtiatæ clarificationis sonū, q̄ in omnē terrā exiturus erat, nō oēs eodē sensu accepturi essent. ¶ Nam sicut vñā eandēq; vocē, ali⁹ putauerūt fuisse tonitruū, sonū videlicet horrificū, in q̄ nihil est intelligibile; ali⁹ locutionē angelicā, in qua vtiq; cum sensu rationis dignitas est naturæ, sic vñū idēq; clarificatiōis Christi Euangelium, ali⁹ sicut stultitiā, ali⁹ accepturi erāt vt dei sapientiā. Vnde Apostolus: Nos aut̄ p̄d̄icamus Iesum Christū crucifixū, ludāis quidē scandalū, gētibus aut̄ stultitiā, ip̄fis aut̄ vocatis Iudaeis, & gētibus Christū dei virtutē & dei sapientiā. Item: Verbū em̄ crucis (inqt) pereuntibus qđem stultitia est, his autē qui salui fiunt, id est nobis virtus dei est. Bene ergo diuisis sensibus, ali⁹ crepusse tonitruū, ali⁹ dicebāt locutum fuisse angelū. Respōdit Iesus: Nō propter me hēc vox venit, sed propter vos. ¶ Nō inqt vt scirem ego, qđ ante nesciebam, vox hēc venit, qđ pe qui & pauloante dixit: Venit hora vt clarificetur filius hominis, sed vt credatis nunc qđ cōlesti testimonio cōfirmati. Quid aut̄ sibi vult ista clarificatiōis sponsio? Vel certe qualis erit ipsa clarificatio? Audite iam. ¶ Nunc iudiciū est mūdi, nūc princeps huius mūdi ejcietur foras. ¶ Totum fructū, quem supra de grano frumenti mortificato multū prouēturum esse dixit, his duabus clausulis cōprehendit: Nūc iudicium est mūdi, & nūc princeps huius mūdi ejcietur foras. Notandū quippe, qđ duo distincē atq; disiuncte dixit, iudiciū mundi, & electionem principis huius mūdi. Itēq; notandū, q̄ tempora verbor̄ variauerit, etenim nūc est iudiciū mūdi, tēpore præsentis; & nūc princeps mūdi huius ejcietur foras, futuro tēpore dixit. Nihilominus & hoc sciendū, quia duos mūdos vult intelligi, videlicet alterum inimicum, & alter⁹ reconciliatū: siue alterum damnatum, & alterum saluatum: dū dicit pri mo sine articulo: iudiciū est mūdi, secūdo aut̄ signāter cum articulo: Princeps inquit huius mūdi. Quod ergo iudiciū mundi, & quæ est electio principis huius mundi? Vtq; præsens passio ip̄fius, qui hēc qloquitur dñi nostri Iesu Christi, iudiciū est mundi, id est, saluatio discernēs à reprobis vniuersitatē elector̄, qui fuerūt ab initio seculi, vsq; ad horam eiusdem passionis. Electio vero principis huius mūdi, qui principatū tenet in cūctis amatoribus mūdi, reconciliatio gentiū est elector̄, in quibus diabolus per idolatriā inhabitat ante sāpe dictam clarificationē eiusdem domini nostri. ¶ Etenim mox vt consummata est, quæ tunc agitabatur passio eius, factū est iudiciū mūdi, id est, iure victoris soluta est captiuitas totius, qui illum apud inferos expectabat sanctor̄ populi. Futur⁹ aut̄ erat, vt post resurrectionem & ascensionē eius, sancti spūs effusionem, princeps huius mūdi ejcietur foras de cordibus, imo & de tēplis gentiū vel delubris, ita vt florescēte fide cōuerterētur in altaria Christi. Recte igitur cū dixisset præsenti tempore: Nunc iudiciū est mūdi, statim in futuro subiunxit: Nunc princeps huius mundi ejcietur foras. Tanq; diceret: Haec tenus fortis armatus custodit atrium suum, & omnia veluti iure victoris in pace possedit, quæ audaci latrocinio vel serpentina fraude surripuit. ¶ Nam ex quo primū hominē captiuauit, nō fuit de vniuerso genere humano, qui illi in faciem resisteret, q̄ vocaret in ius, q̄ de inuialione eius lītē in iudicio proponeret. Sed nūc fortior illo superuenit, & proposita causa queritur, cuius cē debat atrium mūdi, qđ ille fortis occupauit, vel spolia & arma in quibus ille cōfidit. Igitur nūc iudiciū est mūdi, & hoc scio, qđ principe mūdi huius electo foras, vīctor qui superuenit, cūcta eius auferet arma, tollet & dissipabit eius spolia. Quomodo fiet iudiciū hoc? Quis erit vīctor? Quis ille est fortior qui regnū recipiet, principe mundi huius foras electo? Ait: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc aut̄ dixit, significās qua morte effet moriturus. ¶ Hoc est ait iudicium, & hoc modo princeps mūdi huius ejcietur foras. Ego si exaltatus fuero à terra, id est, si obediēs fuero patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis: si (inquam) exaltatus fuero, imo cū exaltatus fuero, nec enim mihi dubiū est, quia sic exaltabor & sic sublimabor, tūc exurgā aduersus mundi huius principē diabolū, & vīcto illo omnia traham ad meipsum. Quæ omnia? Vtq; electa, sicut caput suū omnia sequūtur mēbra. Omnia inquā, id est vniuersam fidelium turbā, sine obseruātia vel discretione personar̄ aut officior̄, vt (sicut Apostolus ait) non sit ibi masculus neq; fēmina, gētis & Iudaeus, circūcisio & præputiū, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia, & in omnibus Christus. Poteſt tamē non ſolum de gratiā, qua ſolūmodo electa trahit ad ſeipſum, ſed etiā de potestate dictū recte intelligi, qua nō ſolū electa, ſed etiam reproba omnia ad ſeipſum traxit, q̄a videlicet iudiciū poteftas faciēdi, quā pater filio ſuo dedit, q̄a filius hominis eft, omne genu curuauit ſibi cōleſtiū, terreftriū & infernō, ſcilicet vt oīs homo, ſiue bonus, ſiue malus, potefſati & imperio eius ſubiſciatur, & oēs ab illo ſecundū merita ſua iudicētur, nec niſi ab eodē filio hominis, qui in cruce exaltatus eft, ſp̄fe diabolus videntibus cunctis ſit præcipitādus. ¶ Quid igitur cōgemiscit pharisaī, dicētes ad vosmetipſos: Videris

CCXXXIII. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. XII.

quia nihil proficimus, ecce mūdus totus post eū abiit, quasi postq; hūc filium hominis occideritis, nemo post illū abiturus sit. Exaltate q̄tocyus illum à terra, & palam fiet vobis quātum profeceritis, illo dicēte, palam faciēte per signa sequētia: Quia data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Hoc vtiq; nō ignorās, iamq; prænūtians: Et ego inqt, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. L Respondit ei turba: Nos audiūmus ex lege, q̄a Chrys manet in æternū: quomodo ergo tu dicas, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? L Nonne ergo sicut claudi, ita & monoculi estis o Iudæi & in vnam solā partē videtis? Nunquid enim hoc solum dixit, q̄ exaltandus esset a terra, & non addidit q̄ omnia traheret ac seipm? Quare ergo hoc solum aduertistis q̄ significaret se esse moritū & contulisti cū eo qđ testificatur lex, Christum manere in æternū? Nempe qđ est: & exaltari Christū à terra, & omnia trahere ad seipm, hoc est, & mori Christū, & manere in æternū. Sed & vnde nunc vel hoc ipsum tam cito aduertistis, quomō dixisset: Oportet exaltari filium hominis? Deniq; alio tempore cum itē dixisset: Cū exaltaueritis filiū hominis à terra, tunc cognoscetis quia ego sum, nihil tale, quale nunc obiecistis, sed nec villo modo qđ diceret, vos intellexisse significastis. Vnde ergo, nisi quia paulo ante collecto cōcilio pontifices & pharisei consiliū vobiscū definierant, nō solū vt interficerent, sed hoc etiā vt exaltatione crucis interficerent eū? Itaq; nō miq; vos illud in verbis eius intellexisse qđ insidiantes in abscondito conscientie cubili cogitabatis facere. L Dicit ergo eis Iesus: Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dū lucē habetis, vt nō tenebræ vos cōprehendat. L Iste (inqt) filius hominis Christus est, & sicut audistis ex lege, manet quidē in æternū, sed nōdum peruenit illuc, vbi immortaliter atq; impassibiliter manet in æternū. Adhuc modicum lumē in vobis est, dū ex scriptura legis lucēte cognoscitis, quia Christus manet in æternū, sed hoc vobis deest, & hoc non videtis, q̄ ipsa exaltatio quā dixi, transitus Christi est in regnū æternū. Vos ergo dum lucem habetis, dū lumine veritatis licet vti, ambulate, vt vos quoq; ad Christi æternitatē perueniatis, veniēt em̄ tenebræ mortis, in quibus iā nemo ambulare posse, sicut alio loco dixi: Veniet nox in qua nemo possit operari. Per hāc morā lucis, id est viā p̄sentis, vacat querere ex lege totā veritatē Christi, videlicet q̄ in æternū quidē maneat, verunt̄ ad ipsam æternitatē nō nisi p̄ viā passionis & mortis ascēdet. Ambulate inquā currite, & perficite, anteq; tenebræ exteriōres vos cōprehendant. Nā post cursum vitæ p̄sentis, nulli accendet lucerna scripturar̄, vnde puenire possit ad Christū manente in æternū. Hoc est qđ sequit. L Et ambulat in tenebris, nescit q̄ vadat. L Th̄bræ nāq; sempiternæ sunt apud inferos, de quibus dixerat: Ambulate dū lucē habetis, vt nō tenebræ vos cōprehendat, quæ videlicet remissas manus, & genua cōprehendant dissoluta, in quibus tenebris quisquis ambulat, nescit quo vadat. Vnde dicit Ecclesiastes: Quodcūq; potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, q̄ tu properas. Cui simile est quod dñs subiūgit. L Dū lucē habetis, credite in lucē, vt filiū lucis sitis. L Quid aliud clamat propheta cum dicit: querite dñm dum inueniri potest, inuocate eum dū prope est? Dum lucem inquit habetis, id est, dum in hac vita estis, vbi legalem ac propheticum sermonem, tanq; lucernā in caliginoso loco lucentem habetis, per quā verā lucē, Christum inuenire potestis: credite in lucē, vt filiū lucis sitis, id est credite in Christū, vt illuc, vbi (sicut audistis ex lege, Christus manet in æternū) adoptionē filior̄ dei habentes, vos q̄q; cū illo in æternū maneat. L Hāc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. L In cæteris Euangelistis manifeste habemus, quia post iā dictū ingressum suū in ciuitatē, erat docens q̄tidie in tēplo, hic autē quasi diuersus ab illis: abiit (inqt) & abscondit se ab eis. Quid igit nisi mystice excæcationē illoḡ innuit. Etenim absconfionē eiusmodi, id est excæcationē illoḡ se significasse, sequenti fatis declarat serie lectionis. Sequit̄ em̄. L Cū aut̄ tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo impleretur Esaiae, quem dixit: Dñe, quis credit auditui nostro, & brachiū dñi cui reuelatum est? L Quid nanq; est non reuelatū illis esse brachiū dñi, nisi hoc ipm, qđ manifeste exprimit Euāgelista, cū dicit: abscondit se ab eis. Hoc prophetæ querulosum vaticinium, congruo fatis tempore ab Euāgelista sumptū est. Cū enim hāc diceret propheta, clarificationem filiū hoīs, qua clarificandus erat in gentibus, vt supradictum est, & incredulitatem Iudæorum, de qua nunc dictum est, quia cum tāta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, spiritali oculo præuidebat, sicut totus prophetæ locus aperte indicat: Dixerat enim. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebūt reges os suum, quia quibus non est annuntiatū de eo, videbunt: & quibus non est ancuntiatum, contemplati sunt. Hāc de supradicta fructificatione gentilium. Sequit̄ de excæcatione Iudæorum, quod hic positum est testimoniu: quis credidit auditui nostro, & brachiū domini cui reuelatum est: Brachium domini appellat hic filium dei, quia videlicet sicut operatur quis vel præliait in brachio suo, sic cuncta fecit, & diabolum debellauit deus in filio suo, in verbo dicitur: Quod si queras ab eodem propheta, in quo non fuerit reuelatum, vel in quo fuerit absconditum

sconditum, statim subiungit: Et ascendit sicut virgultū corā eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est ei species neq; decor, &c. Quibus verbis flebiliter declamata passione dñi, rursus gentilē, ad quā fructus puenturus erat eiusdē passionis, beatificat dicens ita: Letare steriles q̄ non paris, &c. Item Euāgelistā subiungit. Propterea non poterāt credere, quia ite dixit Esaias: Excēcauit oculos eorū, & indurauit cor eorū, vt nō videāt oculis, & intelligat corde & conuertant & sanem eos. His inquā subiunctis propheticā scripture testimonijs, satis eui denter demonstrat Euāgelistā, cur ita dixerit: Et abscondit se ab eis. ¶ Illud autē nō potest educi, quanta severitate habitator huius Iohannis spū sapientiā dicta sua digesserit. Qualis enī ista ratio vel causa est, q̄ quasi quārereres, cur se abscondit dñs à ludēis, vel quare nō credebant in eū Iudēi, ita subiunxit, vt impleretur sermo Esaiæ, quem dixit: Amplius autē cum adhuc addit: Propterea nō poterant credere, quia ite dixit Esaias: Excēcauit oculos eorū, & indurauit cor eorū. Nunquid eandē questionē quā ipse mouit, satis absolutā esse putauit? Vere enī cum nemo quāreret ab eo, cur in dñm nō credidissent Iudēi, questionē in gētem ipse vltro cōmouit. Nā vīsq; hodie nō cessant hoīes disputare de p̄scientia vel p̄destinatio ne dei, nec desunt peccatores, qui seipso excusare audentes, dicant se iccirco bonos esse nō posse, quia deus malos fore p̄sciuit & p̄destinavit. Quibus ita se excusantibus, deumq; accusantibus, istud insipientiā suā patrocinium placet, qđ in p̄senti loco Euāgelicā autho ritatis scriptum est: Nisi p̄scientia vel p̄destinatio dei (inquiunt) volūtati bus hominū vim faceret, tantus Euāgelistā, sic & sic non dixisset. ¶ Sed talib⁹ tamq; p̄sumptuosis discursoribus iudicio⁹ dei & via⁹ eius, nihil aliud respōdere dignum arbitrat⁹ Paulus apostolus q̄ hoc: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid potest figulus dicere ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Etenī talibus hoc loco hic Euāgelistā eodem spū respondet cū p̄mississet: non credebant in eum, ita subiungens, vt sermo prophetā implereſ, itemq; propterea non credere, quia ite dixit Esaias. Ipsi enī qui sunt qui respondeant deo, vel quibus de diuinis iudicij reddat vlla ratio? ¶ V̄ eis qui mites sunt, & spū pietatis bñ dispositi ad audiendū, & Apls p̄dicto loco subsecutus, profundam dare rōnem incipiens: Volens (inquit) deus notam facere iram, & ostendere potentiam suā, sustinuit in multa patiētia vasa irae apta in interitum, &c. & ipse dñs in alio Euāgelistā: Cōfiteor inquit tibi pater domine cōli & terræ, quia abscondisti hēc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita p̄, quia sic placitum fuit ante te. ¶ Causam effectuam cætitatis Israēliticā reddens Apostolus appellauit eos vasa irae, dominus autem sapientes & prudentes eosdem dixit, quibus p̄ absconderat hēc, scilicet mysteria sua, quā paruulis dignatus est reuelare. Vtraq; sententia superbiā cætitatis causam esse significatum est. Vnde enim à dño sapientes & prudentes dicti sunt, nisi ex eo q̄ superbi sunt, quod maxime liquet ab opposito paruulorū, id est humiliū, qui reuelatiōne patris digni sunt. Vnde vero ab Apostolo dicti sunt vasa irae, nisi ex eo, q̄ sunt filii superbi: Psalmista quoq; cum dixisset: Terribills es, & quis resistet tibi, statim intulit, ex tunc ira tua. Nam reuera ex quo deo resistitur, ex tunc ira eius. Etenim qđiu p̄ infirmitatem vel ignorātiā peccat, dissimulat peccata hoīm, & parcens illis, p̄nitentiā p̄stolatur. Ergo & Apostolus quos appellat vasa irae, dignis auditorib⁹ tali denotatione indicat, deo restitisse, & iccirco retributionē superbiam iustū deum voluisse illos, sicut Pharaonē indurare, vel corda illo⁹, ne Christum agnoscerent, excēcare, & ipse dominus, dum eosdem vocat sapientes & prudentes, ex opposito paruulorum, id est, humiliū, & paulo post eidem paruulis dicit: Discite à me, quia mitis sum & humiliū corde, causam absconsionis, pro qua confitetur patri, demōstrat superbiam esse. ¶ Itaq; & hoc loco, cum dicit Euāgelistā: Excēcauit oculos eorum, & indurauit corda eorum, subauditur dicens, ne videāt oculis, & intelligent corde, profecto cordatis auditoribus non dubium fore putauit, quā ob causam deus hoc fecerit, qui neq; diabolū, neq; hominem quempiam absque p̄cedente peccato superbiam excēcauit vñquam aut indurauit. Igitur innocens & sancta p̄scientia dei, nullā malis hoīm necessitatē importat, quomodo nec visus me⁹ ei, quem ambulare video, vllā ambulandi necessitatē irrogat, quomodo apud quosdam philosophos Christianos disputans validissime, argumentatur sana & vera philosophia. ¶ Sed de his hactenus, iam nūce ad ipsa lectionis verba redeamus. Primo quārēndum est, quā distantia sit inter hoc quod dictum est: Excēcauit oculos eorum, & hoc quod sequitur: Indurauit cor eorum, siue inter hoc quod ait: Ne videant oculis, & quod subiungit, & intelligent corde: Quid enim? Nunquid non idem videtur esse, non videre oculis, quod est non intelligere corde? vel idē esse excēcatos oculos, quod est, induratum habere cor? Cur igitur vtrunque dictum est? Vi delicit quia eorum, qui conuerti, & sanari non merentur, aliqui nec vident quidem scripturarum sensum, aliqui vident quidem, sed sequi nolunt. Eorum itaque qui non vident: Excēcauit (inquit) oculos, ne videant oculis. Eorum autem qui vident, & sequi nolunt: Indurauit (inquit) cor, ne intelligent corde, id est, ne sapiat eis per dilectionem, quod

Esa. 53

Esa. 54

Esaiae. 60

Questiō de
præsciētia
dei, an vos
luntati nos
stræ vim in
ferat.Responsiō
contra cu
riosos.
Roma. 7

Matth. 16

Psalms. 71

Exod. 10

Matth. 11

CARTOL

EP. 137

CCXXXVI. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. XII.

uident per manifestæ literæ cognitionē. De prædicto prophetæ testimonio protinus Euā
gelista subsecutus ait. LHoc dixit Esaias, quādo vidit gloriā eius, & locutus est de eo. Ac
fi diceret. Visio prophetica, in qua dixit hæc Esaias, gloriā eius præmonstrabat, illam vtq
gloriam, quam nūc instare ipse dñs prædicabat his verbis: Venit hora vt clarificetur filius
hominis, cæteris quoq; quæ haçtenus differuit. Est aut illa visio, quam idem propheta sic
incipit: In anno quo mortuus est Ozias, Vidi dominum sedentem super solium excelsum
& eleuatum, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum, Seraphim stabant super illud, sex
alæ vni, & sex alæ alteri. Et clamabat alter ad alter: Sanctus, sanctus, sanctus dominus de⁹
SabaOTH, plena est omnis terra gloria eius. Igitur ille habitus sedētis domini, circūstantibus
officialib⁹, vel administris spiritibus sanctis (qui in hoc solo scripturæ loco inueniuntur ap
pellati Seraphim) mystice p̄dicit istam clarificationē filij dei, qua peracta, p̄dicantibus mi
nistris eius per totū orbē fidem sanctæ trinitatis, & hoc modo clamātibus Seraphim: San
ctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaOTH, impleta est domus fumo, scilicet illo incredu
litatis fumo, quo (vt iam dictum est) excæcauit iudæorum oculos. Sequit. Verūtamen &
ex principib⁹ multi crediderūt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, vt de sy
nagoga nō ejcerentur. Dilexerūt em̄ gloriam hominū magis q̄ dei. Ergo nec vere crede
bant, qui claritatem ab hominibus accipientes, gloriam illorū gloriæ dei præferebāt. Dixit
etenim ipse alio loco: Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem queritis, &
gloriam quæ à solo deo est non queritis? Non solum (inquit) ex turba multa, quæ cū ramis
palmarū processit obuiam ei, sed & ex principib⁹, id est primoribus iudæorū, multi credi
derūt in eum. Sed quia pharisæi, id est clerici iudæorū iam dudum conspirauerant, vt si q̄s
confiteretur eum esse Christum, extra synagogam facerēt eū, non confitebātur, vt de syna
goga non ejceretur. Verūtamen inquit, id est licet supra dixerim, quia cū tanta signa fecis
ser coram eis, non credebant in eum. Multi ex principib⁹ crediderūt, sed male erubescen
tes, non confitebantur. LIesus aut clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed
in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eū qui misit me. Magnū perseverantiae fortis
exemplum, mag nus & laboriosus clamor, si ppendas non solum quia nunc vsc̄ clamaue
rit, sed & quid, & qualis adhuc ipse, vel inter quales clamauerit. Quid em̄ clamauit? Qui cre
dit in me (inquit) nō credit in me, sed in eū qui misit me. Quod est dicere: O homines magis
gloriā hominū q̄ gloriæ dei diligentes, qđ in me credere erubescitis, vel quid cōfundimini
de me confiteri quod creditis? Nunquid finem fidei, vel cōfessionis vestræ in eo cōstitui, q̄
in me carnalibus oculis videtis? Non, sed magis in eo quod pater misit, qđ est verbū patris,
quod est principium: Principiū enim ego sum, qui & loquor vobis. Itaq; nō inglorium aut
contemptibile est, credere in me. Etenim credere in me nemo potest, nisi credendo in eū
qui misit me; neq; credere q̄s potest in eum, qui me misit, nisi credēdo & in me. Siquidē &
qui videt me, videt eū qui me misit: nec aliter videre vel scire quis potest, cuius substantiæ,
vel quātus sit, qđ valeat, vel quid sapiat is qui me misit, nisi viderit me. Hoc est qđ clamauit
& iam diu laborauerat clamans, iamq; raucae factæ fuerāt fauces eius, ita vt postmodū ob
mutesceret, sicut agnus corā tondente se, & nō aperiret os suū, & propter eiusmodi clamō
rem multiplicati iam erāt, q̄ inuidia cæcati oderāt eū. Qualis em̄ ipse erat, & inter quales
hoc declamat? Vtq; nō solum mortalis & passibilis, & in nullo secundum naturam à cæte
ris distans, inter quos ambulabat, hominibus: sed & egenus, & pauper, nihil de regno vel
honoribus huius mundi amplexus, hoc dicebat apud carnales & superbos, humanæ gloriæ
vento tumentes, & quod amplius, quoq; (vt supra dictum est) deus excæcauerat oculos, &
indurauerat cor, intantū vt non solū non crederēt dictis eius & factis, sed insuper blasphem
arent, dicētes: Dæmoniū habet, & insanit, quid eū auditis? Igitur fortiter quidem, quippe
in quo totus erat spūs fortitudinis, veruntamen & passibiliter clamauit, nec em̄ perdidet
frontē mitis & humilis corde, aut nullā patiebatur humani pudoris angustiam, cū dicat ipse
in psalmo: Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Se
quentia clamoris eiusdē audiamus. LEgo lux in mundū veni, vt q̄ credit in me, in tenebris
nō maneat. Dicat ad hæc homo rationalis. Si lux, imo qui lux, & vera lux est Christus, &
ad hoc venit in mundū, vt in tenebris nō maneat q̄ credit in eū, ergo ne de seipso nō debu
it perhibere testimoniū? Nōne frustra venisset in mundū, si taceret, & nō ostēderet seipm
Quis vero fur & latro velit lucernā accensam mitti in abscondito, vel sub modio, & nō po
tius ponī sup candelabrū, vt luceat omibus qui in domo sunt? Igitur opportune, importu
ne, non suæ gloriæ cupiditate, sed nostrorū oculoq; necessitate clamet lux: Qui credit in me
credit in eū qui misit me: tēq; qui videt me, videt eū qui misit me: & hoc modo seipm ostē
dēs oculorū nequā nō curet inuidentiā, dūmodo simpliciū lētificet benevolentia: Ego inq;
lux in mūdū veni. Quā ob causam? Vt omnis qui credit in me, in tenebris nō maneat. Ergo contra legē credendi faciebāt hi, q̄ (vt supra dictū est) credebant in eū, sed non confite
bantur

Eza. 6

Iohan. 8

Psal. 6

Eza. 53

Iohan. 10

Psal. 43

bantur, diligentes hominū magis q̄ dei gloriam. Hoc enim modo credētes, in tenebris ma
nebant. Sequitur ergo. L Sed si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico
eum. Non enim veni vt iudicem mundū, sed vt saluificem mundum. Qui spernit me, & nō
accipit verba mea, habet qui iudicet eū. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eū in nouis-
uissimo die. Iudiciū damnationis in hoc Euangelista tripliciter iam dictū est. Alia nanq;
significatio est, qua dixit: In iudiciū veni ego in hūc mundū, vt & qui nō vidēt videant: & q̄
vident cæci fiant. Alia qua dicit nūc: Ego non iudico eum. Alia qua itidem nūc ait: Sermo
quē locutus sum vobis, ille iudicabit eū in nouissimo die. Et prima quidē atq; tertia notē, &
per se manifestæ significationis sunt hæc aut̄ media, qua dicit: Ego nō iudico eū, non em ve
ni vt iudicem mundū, ex opposito cognoscitur, qd statim opposuit dicens: Sed vt saluificē
mundū. Quomodo em̄ saluificauit mundū? Vt q̄ iudiciū, i. damnationē sustinēdo, sub iudi
ce Pontio Pilato accusatus, tanq; reus maiestatis, traditusq; ad crucifigendū Romani mini
stris imperij. Igitur ex hoc opposito q̄ dicit: Sed vt saluificē mundū, liquet quid dixerit: ego
non iudico eū. Quod idē est ac si diceret: Regnū vel iudicium meum non est hinc, id est, de
hoc mūdo. Quod si esset de hoc mūdo, ministri mei vtq; decertarent custodiri verba mea.
Nūc aut̄ regnū vel iudiciū meū non est hinc, & proinde nūc ego nō iudico eū. Ordo vel te
xtus literæ sic se habet. ¶ Sed si quis audierit verba mea, ego nō iudico eū. Dixi (inqt) vobis
quia lux in mundū veni ad hoc, vt q̄ credit in me, in tenebris non maneat. Sed idcirco ne
gligentius verba mea hoīes audiūt, idcirco custodire non curant, q̄a ego nō iudico eū quis
quis eiusmodi est, q̄a non sedeo rex in solijs tyrannoq;, quia non exigo gladijs & securibus,
vt meū seruetur edictū. Nō em̄ veni vt hoc modo iudicē mundū, sed ad hoc potius, vt hoc
mō iudicat̄ saluificē mūdū. Quid tādē? Ergo ne regē cœli cōtēnētes īpūne abibūt? Nunq; d
semper tacebo, semper filebo, semper patiens ero, & in nullū eos adducā iudiciū? Non est
ita, non sic erit, nō sic fiet. Qui em̄ spernit me, habet qui iudicet eū, habet inquā, nō dico ha
bebit, sed iā habet iudicē, & iā nondū sententiæ vel vindictæ iudicatis apparēt. ¶ Quis tā
dem ille est iudex? Sermo quē locutus sum vobis, ille iudicabit eū in nouissimo die. Ille in
quit sermo, quē audierūt, quē ver̄ esse nescire nō possunt, vt pote magnificis opeq; testimo
nijs cōprobati, ille iudicabit eū, ille arguet, ille conuincet eū. Vbiā iste talis iudex sedebit?
quali de solio suo voces aut sentētias iudicij sui dabit? Prope aderit, intus sedebit, in cōsciē
tia cuiusq; iustas sentētias terribiliter personabit. Sic em̄ & Apliū dicit: Quia testimonium
reddet illis cōscientia ipsor̄, & inter se inuicem cogitationū accusantiū, aut etiā defenden
tiū in die, cū iudicabit deus occulta hominū secundū Euangeliū meum. Ergo ille sermo
quē locutus sum, iudicabit eum in nouissimo die. Vnde hoc sermoni huic: Ait. L Quia ego
ex meipso nō sum locutus, sed q̄ misit me pater, ille mihi mandatū dedit, qd dicam, & quid
loquar. Iude (inqt) sermo quē locutus sum, fortitudinē habet iudicandi, q̄a ego à meipso
non loquor, q̄a nō solū iuxta præsumptionē prophetæ mēdacijs, quē lex iubet nō timeri, de
corde meo non confinxī, sed qui misit me pater, illa videlicet missione, qua mihi est pater,
ipse mihi mandatū dedit, ipse mihi obedienti in mādato incarnationis & passionis, māda
uit quid dicā, & qd loquar: qd inquā nūc dicā patienter cōtradicētibus, & qd in futuro iu
dicio loquar terribiliter, vbi nemo cōtradicere audebit. ¶ Si ex me locutus fuissē, i. ex ho
mine vel secundū hominem, quē solū in me videtis, & quē solum me esse putatis, tunc infir
mus, imo & mortuus esset sermo quē sum locutus. Nūc aut̄ viuus est & efficax, & penetra
bilius omni gladio ancipiūt, & pertingēs vsc̄ ad diuisionē animæ & spūs, cōpagum quoq;
& medullā, & discretor cogitationū & intentionū cordis, & nō est vlla creatura inuisibili
lis in cōspectu eius. Omnia aut̄ nuda & aperta sunt oculis eius. Ergo in veritate, ergo in eq;
tate iudicabit. Mandatum (inquam) ille mihi dedit qui me misit, & ego ex ipso eiusmo
di sermonē loquor. L Et scio q̄a mandatū eius vita æterna est. Mandatū eius sic dicendi,
& sic faciēdi, nō incerta spe exequor, nō dubia expectationē perago, sed scio, & bene scio,
quia mandatū eius vita æterna, id est, omnibus credentibns vitæ æternæ effectua causa est.
Non em̄ incertis euentibus in hoc mādato positus, pauloante dixi: Venit hora vt clarificet
filius hominis, atq; subinde: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum,
& his similia. L Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. L Siquidem sermo
nis huius utilis prouētus appareret, recte, tanq; nō mandatus à patre, cōtemptibilis eēt. Nūc
aut̄ fructus eius vita æterna est, & hoc multis comprobatur testimonijs, dum alij de morte
animæ per pœnitentiam ad vitam redeunt, alij quoq; corpore mortui, sermonis eiusdē im
perio resurgunt. Ergo ver̄, ergo irrefragabile est, quia quæ loquor, non configo vt pro
pheta mendax, sed sicut dixit mihi pater, sic est voluntas patris, hæc loquor.

¶ Finis libri decimi

Ruperti

Iudicij tri
plex signi
ficatioEgo nō iū
dico eum,Sermo ius
dicabit eū

Roma, 2

Deute, 2

Heb, 4

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHAN. EVANGELISTAM Commentarioꝝ liber vndecimus.



Recitatio
testameti,

Vangelistæ huius habitatori spiritui sancto magnas iamdudum ecclesia catholica gratias agit, quia gratiae & veritatis diuitias de ore plenitudinis Christi, in profundam eius memoriā trans fusas, tanta integritate cōseruauit, tāta fide in tēpore opportuno refudit, vt nī hil nobis aduersus hæreticā paupertatem de substantia veritatis, vbiq̄ terra, tanq̄ diues superbire ausa sit. Et cūcta quidem, quæ hactenus dixit, gloria & diuitiae sunt domus eius, id est deo sacrati eius pectoris. Amplius aut q̄ deinceps dicturus est, pretiosæ opes sunt, & thesaurus desiderabilis. ¶ Eorum nāq̄ tota series, huic usq; ad patibulum erucis, recitatio est testamenti, qd moriens pater no-

CAP. XIII.

Exod. 12.

Vetus pas
cha plenū
mysterijs.

Iohan. 7

Ibidem.

Iohan. ii

ster conscripsit: designatio est hæreditatis, quā paruulis suis in ipso mortis agone mira charitate delegauit. Assistant pupilli, qui non erāt ibi, & isto recitāte qui præsens interfuit, q̄q̄ verba testameti, digito morientis scribēte, in tabulis cordis carnalibus suscepit. Audiāt certius, vbi suā sperent hæreditatem, & ad qualem interim respiciant paracletū atq; tutorem. ¶ Igitur vt solēt pijs & bene amātibus filijs dulciora esse, & profundius permanere in memoria verba, quæ diligētissimus pater in ipsa morte, supremū trahens spiritū, locutus est, q̄ dixit, quæ madauit, quæ rogauit aut monuit, sic nobis reuerenti aure, pio corde, & humili spū suscipiēda, fideli memoriae commēdanda sunt ea, quæ deinceps dilectus eius solerter audita, fideliter cōseruata, ut iliter valde incipiens, hoc modo refundit. ¶ Ante diem festū paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cū dilexisset fuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. ¶ Christum dominum verum dei agnum, esse pro salute mundi totius immolatum, eiusq; figuram illum prætulisse agnum, quem in Aegypto iubente domino per Moysen, immolauit omnis multitudo filiorum Israel ad vespera, omnis domus Israel, id est vniuersa quæ carnē comedit, & sanguinem bilit eiusdem veri agni, sancta catholica confitetur ecclesia. ¶ Sed & illud non ignorat, diem festū paschæ, quem populus ille summa celebritate solennē agebat, cōmemorationem illius diuini fuisse beneficij, & ob hoc pascha dictū, qd est trāitus, & Hebraice dicitur phase, quia dñs super tabernacula filiorū Israel sanguine agni signata transiuit, cēcisq; primogenitis Aegypti, fecit eosdem transfire per mare rubrū, Pharaone, qui persequebatur eos submerso, simulq; cūctis Aegyptijs. Igitur perspicuū est, cur cū dixisset Euāgelistā: Ante diem festū paschæ, statim subiunxerit: sciens Iesus quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, videlicet vt docili Euāgelicæ veritatis alumno significaret totum illud umbratlcum veteris paschæ sacrificium ex eo fuisse sanctū, quia præfigurabat dñm Iesum pro salute mundi per passionem morris fore transiitum ex hoc mundo ad patrem. Siquidem ante diem festū paschæ, idem est ac si dixisset, illo die, quem continuo subsequitur dies festus paschæ. ¶ Erat aut luna pri-

mi mensis decimaquarta, cuius diei subsequēte vespera, quādo luna iam plenissima est, & decimaquinta nobis incipit haberi, agnus (vt iam dictum est) immolabatur, magnis præfulge tibus mysterijs, non solū quia luna plena erat, sed etiam quia non nisi post & quinocliū vernum, ex quo iam dies noctem superare incipit, cum primū occurrisset luna plena, agebatur hæc magna solēnitas. Plena quippe luna, plenitudinem tēporis significat, quo iam multiplicata per præteritas generationes ecclesia, redemptionem de cœlo mittendam apud inferos expectabat: dies autem longior noctem iam superans, illud designat, quia per passionis Christi mysteriū contra tenebras errorum, quæ hactenus præualuerant, nūc versa vice p̄ualere inciperet in cūctis gentibus clara veritatis notitia. Sed de huiusmodi non est modo dicendū per singula. Sciens ergo (inquit) Iesus, quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, illa videlicet, hora, quam intuens, hic idem Euāgelistā superius dicebat: Et nemo in eum misit manus, quia nōdū venerat hora eius. De qua & ipse dominus quodam loco dixit: Tempus meum nondum aduenit. ¶ Cū dilexisset suos q̄ erāt in mundo, in finē dilexit eos. Hoc multū gratiōe dictū est: Cū inquit dilexisset suos, id est, eos quos elegerat, vt sui essent ab initio. Nā ne solos putaremus Ap̄los, vel solā gentem Israel secūdū electionē, de qua Caiphas supra nesciens prophetauerat, q̄ Iesus esset moriturus pro gente, nō ait tantum suos, sed addidit, qui erant in mundo, scilicet vt omnes intelligamus electos, quia profecto non tantū moriturus erat pro gente, sed vt filios dei, qui erant dispersi, congregaret in vnu. Ergo cū dilexisset suos qui erant in mundo, idem est ac si dixisset, cum opus magnæ dilectionis facere cōpisset erga suos, qui propter originale peccatum eieci de paradiso, p̄egrina-

reginabant in hoc mūdo. ¶ Quomodo aut̄ cōeperat diligere suos, & quē vsq; in finē dilexit eos? Sic vtiq; iam dilexerat eos, vt de cōlō ad terrā descēderit propter eos, & vt q; erat deus inuisibilis in finē patris, homo visibilis de vētre fōmineo factus fuerit. Sed nō erat cō summata ista dilectio. Nihil em̄ suis profuisset, q; homo fuerat factus, si nō pro illis etiā pa teretur. Siquidem hoc ipse supradixit: Nisi granū frumenti cadens in terram, mortuū fuerit, ipsum solum manet, &c. Igitur vt oportebat in finē dilexit eos, id est, dilectionē erga illos, eo vsq; perfecit, vltra quod nō posset augeri, videlicet vt animam suam poneret pro il lis. Sequitur, L Et cōena facta, cū diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū Iudas Simonis Ischariotis, sciens quia omnia dedit ei pater in manu, & q; à deo exiuit, & ad deū vadit, sur git à cōena, & ponit vestimenta sua. Et cū accepisset linteum, præcinctus se. Et deinde mittit aquam in peluim, & cōcepit lauare pedes discipulorū, & extergere linteum, quo erat præcinctus. ¶ Dicta haec Euāgelistæ diligentē auditorem, facta domini nostri Iesu Christi audī postolant spectatorem; facta enim eius hēc mira sunt & per pulchra, q; à cōena necdū finita sur git, vestimenta sua ponit, linteum se præcincit, pedes discipulorū lauat, iterumq; recubens, docet in habitu domini & magistri, quid fecerit in habitu minoris ac ministri. ¶ Dicta aut̄ euā gelistæ prudentissima, q; causam horū, quæ dominus sic & sic fecit, pene exposuit, & tamē nō omnino diuulgauit, dū prædictis quatuor factorum domini clausulis, quatuor itidē ipē præmisit, dū dicit: Sciens Iesus quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, & sciens quia ad deū vadit. Pene inquā exposuit, tanq; diceret: Sciens quia venit eius hora, vt transeat, idcirco surrexit, inchoata iam cōena, quæ ipm eius transitum significabat, pascha nāq; manducabat: & sciens quia à deo exiuit, idcirco ponit vestimenta sua: & sciens q; omnia dedit ei pater in manus, idcirco lauat pedes discipulorū: & sciens quia ad deū vadit, idcirco postquam lauit pedes eorū, iterum accepit vestimenta sua, & iterum recubuit. Igit̄ hēc ipsa repentes, latius explicemus. ¶ In finem inquit dilexit eos, & cōena facta, subauditur, agere placuit sibi illud, in quo exprimeret dilectionem suorum, qualiter incepisset, & quale ad finē vsq; perducturus esset. Hoc inquam non solum verbis edicere, sed & signanter voluit agere, videlicet vt & nūc præsenti magnæ humilitatis schemate viscera quoq; suorum tangeret, & post resurrectionem suam, quando aperiret illis sensum vt intelligeret scripturas, istud quoq; factū illi vulnerata memoria recolentes, profundius intelligerent, & eandē dilectionem ipsius, cuius ob significationem talis vel tantus ipse tali hora vel tempore taliter egisset: Et cōena iam facta (inquit) cū diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū Iudas Simonis Ischariothis. ¶ Cōena ipsa, quæ facta erat, id est agnus paschalis assus cū azymis panibus & lactucis agrestibus comedendus, ipsi vero agno causa esse poterat, vt (sicut postmo dum dicendum) in semetipso turbaretur, quia videlicet passionis suæ significationem p̄ tot retro generationes, ab exitu filiorum Israel de Aegypto, hoc ritu celebratam, nūc in p̄sentiarum morte sua cōpleri oportebat. Hoc enim sciebat cōena facta, sed & illud non ignorabat, quia diabolus iam miserat in cor, vt traderet eū Iudas Simonis Ischariothis, qui & p̄tidie abierat ad phariseos & dixerat: Quid vultis mihi dare, ego vobis eū tradam? Hoc scies ipē & illud quoq; quia omnia dedit ei pater in manus? Omnia (inquam) vnde & pauloante dixerat: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum, & illud sciens, quia à deo exiuit, videlicet in eo q; cū in forma dei esset, semetipsum exinanivit: & quia ad deū vadit scilicet vt sedeat ad dexterā maiestatis in excelsis, sicut dixit Dauid de illo in spū: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Hēc (inquam) & hēc sciens surgit à cōena, videlicet vt ineffabilis opera dilectiōis habitu vel actu significaret admirādæ humilitatis. ¶ Quid em̄ fecit surgens à cōena? Ponit inq; vestimenta sua. Quid deinde? Et cū accepisset linteum præcinctus se. Deinde mittit aquam in peluim, & cōcepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteum, quo erat præcinctus. Magnū quidem & mirum in præsenti expectaculū & angelis & hominibus, quidnam faceret hic & angelorum & hominū dominus: idem homo, idēq; deus: idem humili, idēq; altissimus. Verum postquam cognoverunt discipuli eius, q; ipse esset, id est, postquam resurgens à mortuis, aperuit illis sensum: vnde & paulo post dicturus est: Vt cū factum fuerit, credatis quia ego sum: tunc videntes & intelligētes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, & ibi dolores, vt parturientis, quia videlicet intellexerunt quid fecerit, imo quid tali facto significauerit eis. Hic præcipue dilectus discipulus, qui tunc in eadem cōena supra pectus eius recubuit, intellexit quid, vel ad quid fece rit eis, quod & nobis innuens sic dixit, sic prælocutus est: sciens quia à deo exiuit, & ad deū vadit, & quia omnia dedit ei pater in manus. ¶ Tunc inquam intellexerūt, & anima eorum vulnerata charitate sensit quomodo dilexisset suos, q̄uo propter eos surrexisset de accubitu tuo, de finu patris æterni, de throno incircūscriptæ maiestatis, & depositis gloriæ suæ ve stimentis, exinanitus à claritate, quam habuit priusq; mūndus fieret, adeo nudus, id est, nostri per omnia similiis absq; peccato, inter homines apparuit, vt q̄uo typum eius seruus seruorū male-

Iohann. 12

Dicta Euā gelistæ.

peractur
mirabile
schema hu
militatio
Christi
Luc. 24

March. 26

Iohann. 12

Philip. 2
Psal. 109

Psal. 47

Iohann. 12

CCXL. RUPERTI IN IOHAN. CAP. XIII.

Gene. 9

maledictus Cham, patrem suū Noe, nudum iacentem dormire foris nūtiauit fratribus suis, sic hæretici Cherintus & Marcion, alijq̄ q̄plures eundem dominū nostrū, nullatenus deū deo ante secula natū, sed hominem tantū extitisse, & ex Maria cœpisse cōtenderint: maxime pro eo, q̄a lintheo præcinctus, id est tribulatione passionis afflictus, vera morte, ver̄ esse homo cōprobatus sit, Hoc modo illum suorum pedes lauisse, id est peccata emundasse se intellecterū. In illa nāq̄ nuda humilitate passiōis suā, sanguinem & aquam de latere suo fudit, vnde vsq̄ hodie peccata suoꝝ emūdare nō definit. ¶ Quare autem solos pedes tūc lauit, cum secūdum exteriorem hominem simul & interiorem, credētes in se lauet in sanguine suo à peccatis eorum? Videlicet quia hora illa rem solummodo significare, nō etiam agere debuit. Præterea idcirco pedes potius, q̄ manus aut caput lauare voluit, quia videlicet in lauandis pedibus, & affectuosior est gestus humilitatis, & propinquior significatio charitatis, qua nos lauat in sanguine suo à peccatis nostris. Deniq̄ nō solum tunc lauat nos in sanguine suo, quando quisq; nostrum baptizatur, sed & quotidie lauat ab actualibus peccatis,

A poc. i

quando in sancto altari carni ei⁹ cōmunicamus & sanguini. ¶ Ipsa autem peccata, qua nō omnino potest effugere vita humana, quamlibet religiosa, per puluerem pedū solent significari, Verbi gratia, cū ipse dominus dicat: In quamcūq; domū intraueritis, & non suscepint vos, exeuntes in plateis eius, dicite: Etiam puluerem qua adhæsit nobis de ciuitate vestrā extergerimns in vos. Quod est dicere: Etiam minima peccata, sine quibus non omnino quāmuis sancta mortalitas, vel mortalitatis vitæ præsentis trāfigi potest, quotidianis remedijs palam expurgare, vt nō habeant imprudentes homines, ob quam vitæ nostræ reprehēsionem videantur sibi, quasi rationabiliter prædicationē vestram contemnere. Quas videlicet peccatoꝝ pene ineuitabiliū sordes spūs sanctus significat, dum in Cāticis cantorum dicente spōso: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, respondit illa: Expoliaui me tunica mea, quo rursus induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Cū enim actiua vitæ tunicam exuerit, & in secreto contemplatiua vita letculo sese anima cōposuerit, tūc quia minus ea qua agūtur in seculo videt vel audit, quasi lotis pedibus, id est præteritis actuum secularium abiectis sordibus, terram deinceps tangere refudit. Quod si animaꝝ vtilitas poscit vt exeat, & tanq; voce sponfi excitata, Euangeli Christi publice inseruiat, rursus puluere aliquātulo se sordidari posse nō ignorat, & idcirco magis indiget, vt sibi q̄tidie Christus pedes lauet. ¶ Igitur magnū quidem (vt prædictum est) spectaculū fuit in illo cœnaculo, vbi domino pascha parauerant discipuli, q̄ ratus ille dñs & magister surrexit à cœna & posuit vestimenta sua, præcinctusq; lintheo, pedes lauit, iterūq; acceptis vestimentis suis recubuit, & docere cœpit: & multo maximū est, q̄ sicut illic sanctissime ac religiosissime significatū est, creator angelorū & hominū semetipsum exinanivit, minoratus paulominus ab angelis, & in forma serui cinctus est labore & angustia passionis, vt nos in sanguine suo lauaret à peccatis nostris, & iterum resurgendo à mortuis, indutus gloria immortalitatis, & honore incorruptionis, recubuit in celo ad dexterā patris, & dato sancto spū fecit nos scire, quidnam fecerit nobis. Seqtur. L V enit ergo ad simonem Petru. ¶ Cœpit inquit lauare pedes discipulorū. Erat autem primus à quo incipendum eēt Simon Pettus. Nam & si Andreas audito Iohānis testimonio dicentis: Ecce agnus dei secutus prior q̄ Petrus, venit & vedit vbi maneret ipse dñs Iesus, attamen in ordine vocationis Apostoloꝝ, quando relictis omnibus secuti sunt eū, Iohanne iam tradito, nec Andreas, nec aliis prior est Petro: sed vedit dñs Petru & Andream fratrem eius primos, & vocauit eos. Ergo pedes discipulorū lauare incipiens, venit ad Simonem Petru. ¶ Dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pebes? ¶ Tu inquit, quem cōfessus sum Christū filium dei viui, rex regum, & dominus dominantium, vestimenta tua posuisti, aquam infusisti, & vt pedes mihi laues cœno procumbes? Expauit enim de dño & magistro suo magna, de se vero humilia sentiens, qđ & aliis quilibet discipulorū extimuisset, si ab eo dñs tātē humilitatis op̄ inciperet. ¶ Siquidem adhuc nō plenā cognouerant huius magistri sui disciplinam, scilicet q̄ in schola eius ille maior, qui humilior esset, q̄p maxime ipse dominus omniū, in summa humilitatis arce regnaret. Hoc inquam nō bene cognouerant, vnde etiam nūc secūdū Lucam facta fuerat cōtentio inter eos, quis eorū videretur esse maior. Et quidem verbis vere dominationis, & tenendā potestatis ordinem eos docuit, dicens: Reges gentium dominātur eorum, & q̄ potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem nō sic, sed q̄ major est vestrum, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator: ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat: sed præterea facto illos amplius instruens, palam apparebat inter eos sicut qui ministrat, lauando pedes eorum: simulq; (vt prædictum est) significabat qualis ministerij minister foret, videlicet q̄ animam suam redemptionem pro multis dururus esset. Cum ergo sic Petrus expauisset. ¶ Respōdit Iesus & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis mō, scies aut̄ postea. ¶ Causam inquit, propter quā hoc facio, tu nescis modo, sed & si dicam

Pulueres
pedū, q̄tis
diana pcc-
ata.

Cant. 5

Psal. 8

Iohan. 1
March. 4

Luc. 22

March. 20.

si dicam tibi, nō potes portare modo, scies aut̄ postea, videlicet cū venerit spiritus veritatis, qui vos & huius facti causam & omnē veritatē docebit. Iohann. 16 LDicit ei Perus: Non lauabis mihi pedes in æternū. Respondit ei Iesus: Si nō lauero te, nō habebis partē mecum. Quid inquit expauescīs talē humilitatis meæ habitum, tale ministerium? Nisi ego adhuc altius præcinctus maiori dispendio lauero te, non habebis partē mecum. Vere em̄ nisi Christus Lauit nos dilectos suos lauisset à peccatis eorum in sanguine suo, nec Petrus nec quisquam cæterorum hominum partem habuisset cū illo. Hoc ergo nunc opportune Petro dicitū est, quia videlicet Chrysostomus in san- & cū expauesceret humilitatē talis magisterij, multo magis abhorrebat contumeliam dominice passionis, qua & illum & omnē mundū oportebat lauari. A poc. i LDicit ei Simon Petrus: Domine, non tantū pedes meos, sed & manus & caput. DHoc obedienter secundū nomē suis bene locutus est Simon. Simon namq; interpretatur obediens. Bene ergo non ut pauci ante dixit Euangelista, dicit ei Petrus, sed dicit ei Simon Petrus. DDicit ei Iesus: Qui locus est, nō indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. HHic manifeste dat intelligi, φ aliam præter illam exteriorē dicit necessariam pedū lauationem. Videlicet DQuis em̄ lotus est, nisi quē Christus in sanguine suo lauit à peccatis, ut ante iam dicitū est? DQuid aut̄ ad conseruandam illam spūalem mundiciam proficit ista corporalis lauatio pedū? Nunquid quotidie pro consequenda peccatorum remissione pedes lauare, & non potius sacramenta dominice passionis opus habemus percipere? DIgitur Petrus aliud intelligit, dñs aliud postmodū intelligendū insinuat, cum dicenti illi, domine nō tantū pedes meos, sed & manus & caput ipsi responderet, qui lotus est inquit, nō indiget nisi ut pedes lauet, sed est mūdus totus. DAc si dicat: Qui semel in morte, quæ nūc adeit, baptizatus est, nō est opus amplius ut p̄terita ante baptismū peccata sive originalia sive actualia lauet, sed totus mundus est, tantūmodo pedes lauet, id est, quotidiana vel cōmunita, sine quibus humana vita transfigi, nō potest, cōmissa quotidiani remedij expurget: sicut is qui solos ex itinere sordidatos habet pedes, & in reliquo corpore à sordibus liber est, vadens cubitū, non indiget nisi ut pedes lauet. DSequit. DEt vos mūdi estis, sed non oēs. Sciebat em̄ quisnā esset, qui traderet eū: propterea dixit, nō estis mundi oēs. DVos, inquit, qui permanistis mecum in temptationibus meis, mūdi estis, scilicet propter sermonē quē locutus sum vobis, quia credidistis, mundi inquā estis ex hoc, quia nunc ego sanctifico meipsum pro vobis, ut vos in veritate sancti sitis, dū ego sanctifico, id est, ego meipsum sacrificiū offero pro vobis. DIam em̄ vado immolari pro vobis ut mūdi sitis, sed non oēs. Nec em̄ omnibus vobis p̄sens passionis meæ sanctificatio prodest. DSciebat em̄ (inquit Euāgelista) quisnā esset qui traderet eū: propter ea dixit, nō estis mundi oēs. DPostq; ergo lauit pedes eorum & accepit vestimenta sua, cū recubuisse, ite dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? DErgo, inquit, quia sciens ea quæ supra dicta sunt, sic & sic fecit. Postq; rursus acceptis vestimentis suis ite, recubuit: recte dñs & magister os suū aperuit, & ea quæ deinceps sequunt, dulcia super mel & fauū eloquia de ore suo profundit. Etenim postq; resurgens à mortuis, gloriosam immortalitatis & incorruptionis vestē induit: extūc p̄ interpretē suū spiritū sanctū, quē de ccelo misit, fecit suos intelligere, qd fecerit eis, iuxta qd ex persona eius Psalmista dicit: Dextera dñi fecit virtutē, dextera dñi exaltavit me, nō moriar, sed viuā, & narrabo opera dñi. Itaq; dicit: Scitis quid fecerim vobis? Hac interrogatione excitat, ut attentos reddat auditores suos orator ḡrā & veritatis. Interrogati nāq; qd nescimus attentius, quasi manupulsantis excitati, audire solemus. Attendant nūc edentula teneritudo filiorum, qd suauī argumētatione ḡrā mater ex ore eius hoc humilitatis suæ cōmendat exēplū. Ait. Psal. 118 LVos vocatis me magister & dñe & bene dicitis. Sum etem̄. Si ergo ego laui vestros pedes dñs & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū em̄ dedi vobis, ut quēadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. Psal. 117 LSi possent modo portare serui atq; discipuli, poterat hic dñs & magister dicere sicut: Si ego, quē vos dñm & magistrū recte vocatis, dñationē, qua cū patre cūctis p̄sum creaturis, nō rapinā arbitratus sum, sicut reges gentiū & q̄ potestatē habent super eos, sed memetipsum exinanī formā serui accipiēs in similitudinē hoīm factus, & habitu invenitus ut homo, & humilio meipm, factus obediēs patri vsq; ad mortē, mortē aut̄ crucis Philippe 2. 22 LSi (inquā) ego sic feci, vt vos laue à peccatis vestris, & quū est, vt & vos apostolatū vestrū, nō dñationē, sed summā humilitatis ministeriū arbitremini, cuius in hoc profecto est, vt ponatis aias pro fratribus vestris. Hoc inquā, dicere poterat, hoc em̄ vera exēpli eius imitatio est. Cæteri pedes corporaliter lauare possunt & illi, q nullatenus exēplū dñi & magistri huius exēplū sequuntur: sed nōnullis regibus atrociores, subiectis sibi pedibus, sub religioso pastore noīe, superbissime dominant, nō solū imparati pro illis aias ponere, sed etiā ausi rapaciter viduas & pupillas deuorae. Præmisso igit̄ operis exēplo, vnde tota pendet sermonis authoritas. Sequit. Luc. 22 LAmen amē dico vobis, nō est seruus maior dño suo, neq; apostolus maior eo q̄ misit illū. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. X LExplicari verbis nequit,

CCXLII. RUPERTI IN IOHAN. CAP. XIII.

Matth. 24

nequit, quātū sit ponderis, q̄ rē oībus notā tanta seueritate astruit dicēdo; amen amē dīco vobis, cuius sermo etiā absq; iuramēto prolatus, cōelo & terra stabiliōr est, sicut ipse q̄dā loco: cōclū inqt, & terra transibūt, verba aut̄ mea nō transibūt. Cui em̄ dubiū est, seruū dño suo nō esse maiore, neq; apostolū eo q̄ misit illū. Vocabāt aut̄ tunc iā apostoli magistrū & dñm, & bene dicitis inquit, sum etenim. Igif si scitis, imo q̄a hæc scitis, nec em̄ nescire potestis, seruū dño suo nō esse maiore, vel apostolū eo q̄ misit illū; beati estis si fecerit

**Beati eritis
si feceritis
ea.**

**Filius per-
ditionis,
Iudas.**

Roma 9

Psal. 40

**Cur opor-
tuit vendi
Christum.**

Gene. 3.

Esa. 52

Esa. 35

Beati, inquā, eritis ita facie do, q̄modo ego feci vobis, q̄a videlicet in hac humilitate seminati, ve-
lūt pauca admodū grana frumenti, multū vos q̄q; fructū afferetis, & replebitis facie orbis
semines dura quidē, sed transitoria mortificati tribulatione. Et in quantas animas vestre
dilectionis humilitas sese dilatauerit, pro tantis cumulus crescat vestre beatitudinis. Ergo
beati eritis mox vt hoc tēpus miseræ pertrāsierit. **Nō de oībus vobis dico. Ego scio q̄s**
elegerim. **Beati, inqt, eritis, sed nō oēs, non inquā p̄paratū in beatitudine locū habebi-**
tis oēs. Est em̄ vñus hic inter vos filius p̄ditionis, sermonis huius expers:fur, nō minister;
infidicator, nō imitator: tenebrae, nō lux: diabolus, nō apostolus. Nō tamē errore meo fa-
ctū est, vt inter vostalis ille sit: ego nāq; scio quos elegerim, q̄s ad gloriā, quos ad flāmā,
q̄s ad honorē, q̄s ad cōtumeliam. Nō inquā nescius, vestro talē numero admisi. Sed vt im-
pileat scripture, q̄ māducat panē meū, leuabit cōtra me calcaneū suū. Idcirco inqt, susci-
neo ī multa patientia illud vas ire aptū in interitū, vt qd ab initio de me fuit dispositū, eodē
modo q̄ dispositū fuit, nūc fiat, nullo intercedēte nouo cōfilio: nō casu, sed ordine certo &
antiquitus p̄scito atq; p̄finito, testāte scripture, q̄ dicit in mea persona, q̄ edebat panes
meos, magnificauit sup me supplantationē. Sic em̄ scriptū est secundū Hebraicā veritatē;
sed hic Euāgelistā Græco scribēs sermonē maluit hoc vti exēplo, secundū vulgatā apud
Græcos septuaginta interpretū editionē. Hæc ergo scripture manifeste Iudā proditorē
atttingit. Quid aut̄ est q̄ ait, magnificauit super me supplantationē? Non em̄ ait tantum
supplantauit me, sed magnificauit sup me supplantationē. i. magnifice supplantauit me.
Quid ergo sic dicere maluit, nisi vt excitaret nos ad pensandū solerter modū eiusdē sup-
plantationis? Vt erit em̄ magnifica, vere mirabilis supplātatio fuit, vbi emptorē, imo redē-
ptorē omniū, hic vñus puerse supergressus, vendere p̄sumpsit. Qūo vel quibus vendidit?
Vt iqt saerdotibus malo suo paschale sacrificiū sic vendidit, qūo tune tēporis apud oēs
filios Israēl solenni more quarebat, & vendebat agnus p̄ singulas domos pascha mandu-
caturus. O peruersa magnificētia, o magnifica supplātatoris peruersitas, q̄ vniuersalē no-
stræ salutis hostiā faciens suā, sic quasi suū peculiū possessorē mūdi, solūq; & vñū cœli ac
terræ venalē proposuit dñm. Multū ergo alte suū cōtra illū leuauit calcaneū, cōtra illū in-
quā, non vt ipm Christus emeret, sed econtra ipm Christū venderet. Quare aut̄ hic p̄-
finitus fuerat ordo dñicæ passionis, vt hic agnus nō solū occideref, sed primo etiā vende-
retur? Videlicet q̄a homo, pro cuius salute venerat moriturus, nō solū propter transgres-
sionē mortuus, sed in ipsa trāsgressionē fuerat etiā venūdatus. Nō em̄ nulla spe proposita
persuasi sunt primi hoīes, vt mandatū trāsgredenter, sed aperient inquit, oculi vestri, &
eritis sicut dñ. Et mēdaciter quidē, sed tamē sicut dictū ē, & sic in transgressionis preciū, dī
uinitatis spes proposita est. Vnde propheta: Grātis, inqt, venūdati estis, & sine argēto re
dimemini. Igif hic ordo nostræ salutis erat necessarius, vt saluator pro venūdatis & mor-
tuis nō solū moreret, sed primo etiā venderet. Sequitur. Ammodo dico vobis vt creda-
tis, cū fuerit factū, q̄a ego sum. Hactenus inqt, nō dixi vobis, nō designauī, quis ille eset
diabolus, q̄ vñus est ex vobis, sed in hac hora dico vobis quis sit, & qd facturus sit, vt cū
factū fuerit. i. cū ille tradēdo me, calcaneū suū cōtra me leuauerit, credatis q̄a ego sum ege-
nus & pauper ille, sup quē qui intelligit, beatus erit, sicut illa scripture dicit, ego inquā, qui
& ibidē dico, nunquid q̄ dormit, nō adiūciet vt resurgat, ac deinceps, tu aut̄ dñe miserere
mei & resuscita me, & retribuā cis. Hoc inquā, ammodo dico vobis, sed primū est, vt dicā
initiū beatitudinis eiusdē, de qua iā dicere cōperā, q̄ statim vos incipiet cōsequi, vbi neq;
dño vestro serui, neq; illo q̄ mittit vos apostoli, maiores esse volueritis. Dico ego. Amē
amen dico vobis, q̄ accipit, si quē misero, me accipit. Qui aut̄ me accipit, accipit eū q̄ me
misit. Hæc vestra, o serui & apostoli, q̄ dñm vestru mittenē vos, nō vt maiores p̄ceditis
sed vt minores subsequimini: hæc inquā, vestra beatitudo est. Ecce mitto ante vos vocē
p̄coniā, toto mūdo audiendā, vt q̄ me suscipiūt, tūc vere me suscepisse se cōfidāt, si vos sus-
ceperint tanq; meipsum. Et ne paruū in suscipiēdo me putetis esse p̄miū, pro eo q̄ sum mo-
do despectus, & nouissimus viroq; via dolorū & sciens infirmitatē. Ecce & hoc dico vo-
bis, imo & om̄i mūdo, hoc p̄dico de vobis, q̄ me accipit, accipit eū q̄ me misit. Quid vero
putatis auditio hoc p̄conio, qūo sint vos accepturi oēs qui dispersi sunt filij dei, propter q̄
in vñū congregādos estis mittenē? Quantū æstimatis honorē & gloriā, etiā in hoc mūdo

sore vestræ beatitudinis, vbi nō fallitur pietas fidelium, gaudendo me & eū qui me misit, se suscepisse in vobis. ¶ Vere em̄ qui mittit vos, vobiscū & in vobis erit. Proinde omnes filii hominū, qui nascendo ex sanguinibus, & ex voluntate carnis, atq; ex volūtate viri, nascuntur secundū veterē Adam, & per illū patrē diabolū contingunt, renascēdo ex aqua & spiritu per vestrū ministeriū, nascentur secundū me nouū Adam, qui mitto vos, & per me deū patrē contingent, à quo missus sum. ¶ Cū hæc dixisset Iesus, turbatus est spū, & protensus est, & ait: Amen amen dico vobis, qā vnus ex vobis tradet me. ¶ Postq; cū tranquilitate beatitudinē seruog; fidelium, humiliumq; apostologe prædixit, nunc indigni apostoli & mali serui dicturus audaciā, turbatus est Iesus, & non quomodocunq; sed turbatus est (inquit) spiritu. Quid ergo? Nunquid contrarius sibi est, cū dicit in Matthēo: Spiritus qdem promptus est, caro aut̄ infirma. Hoc quidem difficilius solueretur, si ita dictū fuisset. Turbatus est spiritus eius. Nunc autē cum dicit: turbatus est spiritu, idem est ac si diceref, turbatus est à seipso, estq; par ei qd alibi dictū est: Tremuit spiritu, & turbauit seipsum, qā videlicet fremente & turbante spiritu, turbata est infirma caro vel anima Iesu, per quā tota hominis substantia intelligitur. Nā per spiritū quo fremente anima turbatur, vel quo prompto caro infirmatur, fortitudo diuinitatis intelligitur, quæ dū & alibi inferno, & hic traditori suo cōminatur, ex præsenti fremitus causa, id est, ex vicinia mortis infirmitas hominis turbat. Itaq; turbatus protestatus est, id est, ab ipso effectu cōprobavit, quod secundū scripturā vere calcaneum suū contra se leuaturus esset, ipse qui edebat panes eius, & ait: Amen dico vobis, quia vnus vestrū me tradet. ¶ Aspiciebant ergo discipuli ad inuicē, hæsitantes de q̄ diceret. ¶ Admiratione attoniti, & de sua quisq; cōscientia certi, ad inuicem aspiciebant & hæsitabant, id est, iuxta aliū Euangelistā, contrastati valde, singulatim interrogabant dicentes: Nunquid ego sum dñe? Erat aut̄ recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat Iesus. ¶ Dilectus iste discipulus, inter dilectos omnes dilectissimus, hoc de semetipso solus cōmemorat, quia dñs Iesus eum diligebat, & quia tunc familiari dilectione in sinu eius recubebat. Cur hoc, nisi vt necessariū nostræ fidei & saluti testimoniū, id est, psens Euangeliū testificantis, hoc est suimet autoritate confirmet? Si quidē & si oēs, scilicet quatuor, q̄s ecclēsia sancta recipit, Euāgelij scriptores testes idonei sunt, & de alicuius illoq; testimonio dubitare nefas est, tū vero hic p̄cipue dignus fidei testis est, q̄ adeo veritati, quā narrat, psens cognitor interfuit, vt recubaret in sinu eius, familiaris ac dilectus, & illi verbo præ cūctis mortalibus prope admissus, qd eructatū de cor de patris, & caro factū altius psonare decreuerat p̄ linguā & calamū eius. ¶ Etenim quem ducentē iam vxorē de nuptijs vocauerat, recte tanta illū grā remunerabat, eiusq; animā suo tā familiariter amore oblectabat, cuius carnē à cōiugio reuocatā virginēo decore accinxerat. Bene ergo, q̄a de verbo dei magna, & ceteris longe altiora dicit, ne Cherinthus vel alius quis hæreticus dubitabile velit esse qd dicit, tacere nō debuit in se cōpletū esse illud Sapientis dictū: Qui diligit cordis mūditā, propter gratiā labiorū suog; habebit amicū regē, q̄a videlicet propter excellētē castitatis decorē, dignus fuit de ipso sacro dñci pectoris fonte diuinitatē eiusdē verbi, & æterna potare secreta principij. Erat, inqt, vnus recubens ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat Iesus. Veritatē altissimā socia humilitate cōdecorat, dū nō ait, eram ego recubens, sed erat recubens vnus ex discipulis eius. itemq; dū dicit: quē diligebat Iesus, & nullā tantā dilectiōis reddit causam, videlicet solā volēs intelligi vltroneā diligētis gratiā. ¶ Innuit ergo huic Simon Petrus & dicit ei: Quia est de q̄ dicit? ¶ Quāuis humiliter nomē suū reticeat, nō tamē suā omnino psonā dissimulat, dū nō dicit: Innuit ergo illi, sed innuit huic Simon Petrus. Sic em̄ dicēdo, quasi redutto in seipm digito, demonstrat se illū esse p̄cipuæ grā filiū, cui Petrus qd à dño querere nō audebat, in illa sollicitudine & summa tristitia, innuit vt quereret ipse, dū caput in sinu dñi reclinat, & fiducia maiori vti potest inter p̄cipias amoris eius delicias. ¶ Sciendū vero est, q̄a sicut tūc in sinu diligētis dñi discipulus iste familiarissime recubebat, sic deinceps in eiusdē teneri amoris diligētissima seruatus est custodia, quā & postmodū in sinuā dñs cū dixisset Petro: Sequere me, de isto dixit: Si eū volo manere donec veniā, quid ad te? Vere em̄ ter beatus, vscq; ad finē suū, in sinu amātis dñi suauissime recubuit, quia sicut corpus eius ab omni pollutione incorruptū, sic eum ab omni q̄q dolore seruauit illæsum. Se quitur. ¶ Itaq; cum recubuisse ille super pectus Iesu, dicit ei: Dñe quis est? Cui respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctū panē porrexero. Et cū intinxisset panē, dedit Iudæ Simonis Iscariothis. Et post buccellā tunc introiit in illū Satanas. ¶ Vbiq; agnus mansuetus & innocens scripturas sanctas ruminat, & oīa sic agit, quatenus & propheticas voces impletar, & ea quæ in scripturis p̄cepta dedit, prior ipse faciat. Cur enim lupum p̄sentē sibi subouina pelle imminētē tali voluit designare indicio, cū eundē & noīe proprio, vel intē tosatis posset exprimere digito? Videlicet vt & prophetiā, quā superius attigit, verissimā

Matth. 26.
Turbatus
est spū, nō
turbat⁹ est
spūs eius.
Iohan. 11.

Osee. 13

Matth. 26.

Iohannes
virgo.

Prouer. 22

Iohannes te
nero amos
re semper
dilectus.
Iohan. 21

Psal. 40

CCXLIIII. RUPERTI IN IOHAN. CAP. XIII.

Roma.iz esse ostenderet, homo pacis meæ, in quo sperauit, qui edebat panes meos, magnificavit sa
per me supplantationē, & illud prior ipse faceret, quod per quendā sapientē docuerat di
cens: Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potū da illī: hoc em̄ facies, carbones ignis
colliges super caput eius. Quis nanq; patientius suū potest cibare inimicum? ¶ Ille homo
pacis suæ, furoso corde, & ore pacifico, socia manu panē intingebat cū illo in parapside,
& quia recumbentis in sinu eius percontationē, tacitamq; domini responsonem non au
dierat, buccellā de manu eius ore blādo excipiebat familiaris homicida. Ita factus homo
pacis suæ, fiducialiter panes eius edebat, eadē impudentia, qua illū per pacis osculū mox
traditur erat. Adeo patiēter, tanq; puer innocuus inimicum suū cibabat, sed velut anti
quus dierum carbones ignis super caput eius congerebat. ¶ Deniq; & si carbonibus non
est attractus pœnitentiæ, cuius vſtione nostris debemus inimicis cupere, licet cōtra volun
tatē nostrā plerunq; ex beneficio peiores siant, attamen combustus est ardore iracudia.
Matth. 26 Siquidē continuo post buccellam introiuit, quē iam obſederat, vincitūq; ad pharisæos du
Marc.14 xerat, vt domini traditionē sponderet pacta sibi pecunia. Videlicet vbi se intellexit hoc si
gnō demonstratū, dixitq; (vt alij Euangelistæ referūt) Ego sum Rabbi, respondēte domi
no: Tu dicis, exiuit cōtinuo cū priori avaritia, furore pariter & odio repletus diabolico q
dammodo dicens. Quoniam quidē circumuentus insperato iudicio pīcepī agor, incēdium
mēū ruina vestra restinguā. Igitur & hoc à diuīna ratione nō vacat, q; per buccellā potius
q; per aliud signū suum seruator proditorē demonstrat. Sciendū vero est, quia sicut & an
te nos dictū est, si post buccellā continuo Iudas exiuit, sicut paulo post Euangelista dicit,
proculdubio nequaq; discipulis tunc interfuit, quando dñs noster sacramentum illis cor
poris & sanguinis sui distribuit. Nec em̄ vel ille panis intinctus, quē Iudas porrexit, cor
pus eius fuit, vel catinus ille, in q; traditor manū cū illo intingebat, calix sanguinis eius ex
titit, nec ante hāc coenā paschæ veteris sacramentū corporis & sanguinis sui discipulistra
didit, sed post q; cœnauit. Quod cū ceteri Euāgelistæ apertissime dicāt, solus Lucas aliter
dixisse vīlū est, quia videlicet verba, quæ in priori cœna dñs de traditore suo dixit, idem
Lucas sic præposterauit, vt priorem paschæ cœnā, & sequentē dominici corporis & san
guinis cōsecrationē narrando coniungeret, & tunc demū verba, q; in vtroq; conuiuio di
cta sunt, cōtinuaret. ¶ Igitur exemplo domini, tolerare quidē malos boni debent in ec
clesia, donec ventilabro iudicij granū à palea, vel à tritico separant zizania, veruntamen
non eo vſq; indiscreta debet esse patientia, vt indignis, quos nouerūt, sacrosancta Christi
trādant mysteria. Sed de his alio iam loco dictū est. Sequit. L Et dicit ei Iesus: Quod facis
fac citius. Hoc nemo autē sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam em̄ putabat,
quia loculos habebat, quia dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diē festū, aut
egenis vt aliquid daret. ¶ Terra (inquit sanctus Iob) data est in manus impij, vultū iudicū
eius operiet. Quid em̄? Nunquid Iudas, vel qui in illū introiuit diabolus præceptū ace
pit, vt faceret qd non faciebat, & nō p̄missus est vt citius faceret, id est, ad efficiū
perducere qd faciebat? Aliud nemp̄ est, dicere facienti, citius fac, atq; illud vacanti præ
cipere, vt hoc vel illud faciat. Simō, inqt dominus apud Lucā, ecce satanas expetiuit vos,
vt cribraret sicut triticū. Nunquid nō ipsum dominū peruersum eius expetierat deside
rium, sicut tunc quando in typū huius, idem satan astans corā dho inter filios dei, expeti
uit beatū Iob, vt tentaret eū? Ergo dū dicit: Quod facis, fac citius, non magis hoc p̄ceptū
est, q; illud quod cū dixisset satan, iste infelicitas Iudas possessor: Pellem pro pelle, & cuncta
quæ habet homo, dabit pro aia sua. Alioquin mitte manū tuā, & tange os eius & carnem
Respondit idē dominus: Ecce in manu tua est. Concedendo vtiq; non p̄cipiendo: per
mittendo, nō percussorē mitrendo. Igitur sicut tunc, ita & nunc terra, id est, caro de terra
sumpta, data est in manus impij, permisso, nō imperio, quia videlicet impius, id est, tene
brarū princeps diabolus, vultū iudicū eius operuit, vt eandē inuidentes terram, peruersa
de illa sentiret, inique iudicaret, impiie condemnarent. ¶ Hoc aut̄ (inquit Euāgelista) ne
mo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Nec mirū. Non em̄ capere aut portare po
tent etiam cū diceret eis, quantū pro nostra salute passionis instantis haberet desiderium
Verbi gratia, cū diceret: Baptismo habeō baptizari, & quomodo coartor vſquedū p̄ficiatur. Itemq; Meus cibus est, vt faciam voluntatē eius qui misit me. Itaq; nemo discum
bentiū, nec is ipse dilectus, cui dicent: Dñe quis est qui tradet te? Respondit Iesus: Ille est
cui ego intinctū panē porrēxero, sciuit, ad quid dixerit ei. Nemo inquam sciuit. Quidam
em̄ adeo inquit nescierūt, vt putarēt, q; a dixisset ei: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diē
festū, aut egenis vt aliquid daret, videlicet q; a loculos habebat: Multū longe à rei scientia
suerunt, quia putabant illi mentionē factam esse de cura vel prouidentia egenorum, cum
permisso daretur de tradendo ad mortē patre orphanorum, & iudice viduarū. ¶ Cum
ergo accepisset buccellā, exiuit continuo. Erat aut̄ nox, Iudicatus vtiq; exiuit cōtinuo,

atq; cōdemnatus, relinquēs episcopatū suū, ut alter acciperet illū, educēte se diabolo qui stabat à dextris eius, & os suū peccator & dolosus, qd super dñm & magistrū aperuerat, post buccellā amplius dilatatū ad pharisæos ferebat: non q; a buccella illa malū fuit, sed q; malus per illā designatus, maius odiū spirabat cōtra illū qui designauerat. Nam & si solo amore lucri scelus proditionis inceperat, nūc tandem introeunte in illū satana, mixto q; cu piditatis odio, totā crudelitatē anhelās, citius faciebat, instātius properabat. Erat at inq; nox, & nox vtiq; illi, q; nox & tenebrae, filius erat, quiq; verā lucē fugiēs, corporales q; q; tenebras nequitiae magis oportunas libēter accipiebat. ¶ Cū ergo existet ille, dicit Iesus: Nūc clarificatus est filius hois, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eū in semetipso. Et continuo clarificabit eū. ¶ A tēpore noctis, qd tū erat, similitudine p; contrariū sumpta, clarificationē suā dies æternitatis & soli iustitiae dñs noster, iā adesse indicat, qua totū postmodū erat mundū illuminaturus, traditore suo cūctisq; impijs in nocte peccati remanētibus. ¶ Verbo quippe clarificatiōis toties repetito, passionis suae claritatē apud inferos chorus cantē, resurrectionisq; & ascēsionis gloriā, necnō & effusionis spūs sancti gratiā, claro deinceps, & cōsolatorio sermone mōrētibus discipulis p̄nunciāt. Nunc, inquit, clarificatus est filius hois. Qua clarificatione, nisi illa, de qua superius dixit, & ego si exaltatus fuero à terra, oīa trahā ad meipsum, & nisi granum frumenti cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet: si autē mortuū fuerit, multū fructū affert. Hoc em̄ nondū quidē peractū fuerat, sed nunc agebat, & sine dubio perficiendū erat. Proinde recte verbo hoc & multis alijs in hoc eodē sermone secundū p̄teritum tēpus vti voluit, dicendo: nunc clarificatus est filius hominis, eodē sensu, quo post multa dicturus est, & iā non sum in mōdo. Hæc autē clarificatio filij hominis, sine dubio clarificatio dei est. Hoc em̄ modo non suā (sicut alibi dicit) gloriam quæsivit, sed patrē suū honori sicut, videlicet factus illi obediens vsq; ad mortē, mortē autem crucis. Ait ergo: Et deus clarificatus est in eo. Dicat aliquis: Vnde ergo hoc scire quis potest, q; morte sua deū clarificauerit iste filius hois? Ad hæc obuians, hoc inq; experimentū habebitis. Si deus clarificatus est in eo, i. in morte eius, & deus clarificabit eū in semetipso, scilicet resuscitādo eū à mortuis, & constituendo eū ad dexteram suā in cœlestibus. Deinde cōtinuo, id est, sine intermissione clarificabit eū, dando sp̄ni sanctū in nomine eius, q; cōfessim nouos magna Ephe.1. claritate cœlos ornabit, & nouæ ḡfæ firmamentū sublevabit, in quo luceat iustitiae sol, scilicet hic filius hois, ita splendidus & altus, vt non sit qui se abscondat à calore eius, extunc em̄ rationales cœli, scilicet vos apostoli mei, bene cœlesti vita perornati, forti p̄dicatione Psal.18 contonabitis, & crebra miraculoꝝ fulgura mittetis, vestrisq; cōplura imbribus. i. erudita doctrinis, omnis terra, opera iustitiae germinabit, & intēta fide sempiternā in cœlo suscipiet claritatē filij hois. His in initio dictis, latius eiusdē clarificationis suæ magnitudinem differere incipiēs, ait. ¶ Filiali, adhuc modicū vobiscū sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudeis, q; ego vado, vos nō potestis venire, & vobis dico modo. ¶ Quicūq; vere filij sunt, & à bono patre, animoq; qualitate nō degenerāt, nequaq; ita successu magnæ hæreditatis delectant, vt de morte patris nullo dolore mordeant, & eos q; extremū trahens sp̄ni edidit gemitus, obliuiosis finant euāescere auribus. Est autē magna quidē hæreditas, & magnū dñica mortis emolumentū, scilicet æterna salus, vita & resurrectio mortuorū, quā nunq; cōsecuti essent filij, nisi testamētū morte patris suisset cōfirmatū. Vbi em̄ testamētū (inquit Apostolus) mors necesse intercedat testatoris. Testamentū em̄ in mortuis cōfirmatū est, alioqui nondū valet dum viuit q; testatus est. Ergo vt reprobationē acciperent, q; vocati sunt, æterna hæreditatis, oportebat vt testamentū Ch̄ri morte cōfirmaret, quia nō aliter in hæreditatē vitæ introducerent. Sed ipsa mors, qua testamētū cōfirmatū est, ḡfæ non necessitatis extitit, & pro nullo debito ḡfæ mater adoptatis filijs acris mortis dolore vitam parturiuit. Igif si vere filij sumus, cū lætitia nostræ redēptionis, dolorē & cōpassionē dñicæ mortis habētes, hæc & quæ sequuntur digno auditu patris nostri dicta percipiāmus. Filiali inquit, adhuc modicū vobiscū sum. Vno eodēq; nomine dum dicit, filiali, paternā suā amoris gratiā, & infirmā tunc tēporis apostoloꝝ designat infantiā. Nā ex quo fortis facti sunt, spū sancto armati, filij sunt. Nunc autē q; timidi sunt, & patrē sequi nō valent, si filiali sunt. Vnde autē vel hoc eis, vt iā dicant filiali? Videlicet ex instātē passione & morte dñi, quæ illis & nobis oībus sacramētū regenerationis est, in adoptionē filiorū dei. Non em̄ existimandū est, q; iam ante passionē eius renati fuerint baptismo regenerationis, vel q; ante mortē ipsius in quo baptizati sumus (vt Apostolus ait) quicūq; baptizati sumus in Roma.6 Ch̄ro Iesu, alicubi celebratū sit vel celebrari debuerit hoc baptismā, in quo cōsepulti sumus cū illo in mortē, vt quo surrexit Ch̄rs à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ergo ex hoc tēpore iā filiali, q; hactenus eratis seruit tantū sive discipuli. ¶ Hoc vobis dico, q; modicū vobiscū sum. Modicū inquā. i. tantillum, donec ille, q;

Clarifica
tio Christi
per passio
nem.

Iohan. 2.

Iohan. 2.

Philip. 2.

Ephe. 1.

Psal. 18

Rationales
cœli, sunt
apostoli,

Hebræ. 9

Roma. 6

nunc exiuit, ad pharisæos pueniat, acceptaçp cohorte, & à principibus & pharisæis deducèdo ministris, redeat. Extūc em̄ cōprehēsus, irrisus, iudicatus atq; flagellatus tandem interemptus, iā vobiscū nō ero, nisi q; ad horā ite, videbo vos, verunt̄ nequaq; vt nūc vo-

Cant. 5

biscum ero, peregrinus plentis, sed princeps & pater factus futuri seculi. ¶ Quæretis ergo me, & sicut dixi Iudæis, q; ego vado vos nō potestis venire, q;q illi longe alia mēte me quæ situri sint, ita & vobis dico modo. Neḡ em̄ sic remotus ero, vt vbi ego sum, venire nō pos-

Exod. 20
Ephe. 2
Roma. 5

sint impñ persequētes, & venire possint pñ diligētes: sed nunq; illi siue viuētes siue mortui nec vos qdū mortaliter viuītis: q; ego vado vel vbi sum ego venire potestis. Itaq; & vos quæretis me, & q; per verbū vestrū credituri sunt in me, plangētes vt turtures, gementes

Matth. 23

vt colubæ, ita vt fiat qd scriptū est in Canticis, singulatim unoquoq; vestrū dicēte: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est, quæsiui & nō inueni illū, vocavi & nō respondit mihi: Inuenērūt me vigiles, q; custodiebāt ciuitatē, percusserūt me & vulnerauerūt me, tulerunt palliū meū custodes muroz. Filii Hierusalē, nunciate dilecto q; a amore langueo. Quid tandem faciendū est, vt quo ego vado & vos venire possitis, & totā hæreditatē conse quamini? Audite iam. ¶ Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicē. ¶ Hoc nouū accipite mandatū, nouum inquā, in cōparatione veteri mandato præferendū. Quod em̄ vetus est mandatum? Diliges, inquit, proximum tuum.

Ego autē dico vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Quomodo ergo dilexi vos? Dile xi vos vtiq; immeritos, cū esetis natura filii iræ, sicut & cæteri, & ecce morior pro impñs, mortē sustineo pro inimicis, vt vos deo reconciliemini. Hoc vere nouum est. Vixem pro iusto quis moritur, nedū pro impñs & inimicis. Igitur inquit, mandatū nouū do vobis, cū hoc mādo vobis, vt diligatis inuicē, nō quomodo cūq; sed sicut dilexi vos. Sane iterata pceptio est, & hic ordo verborū. Sicut dilexi vos, vt diligatis inuicē: ita & mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē. Non em̄ facio sicut faciunt scribæ & pharisæi, q; alligat one ra grauita & importabilia, & imponunt super humeros hominū, digito autem suo nolunt ea mouere: sed prior ipse facio quod doceā, dū prius diligō vos, vt diligatis inuicē, & tūc plenū mandatū do vobis vt diligatis inuicē. ¶ Itaq; non vt de regib; gentiū, & eis q; potestatē habent sup eos, nonnunq; recte queri possunt milites sui, q; dura imperia subiectis imponat, & illis in sudore & puluere sanguinē fudentibus, ipsi in delitijs molliter subiectant, non (inquā) ita & vos iustum in me habebitis quæ relam. Prior em̄ ego dilexi vos, quippe q; de quietissimo finu patris in huius seculi campū pugnaturus descendī propter vos: & pro vobis animā meam pono. Proinde facti huius authoritate p̄reunte, mādatū hoc do vobis, vt & vos quietē & vitā quoq; vestrā communi vtilitati post ponentes pro fratrū, si oportuerit, salute moriamini. ¶ In hoc cognoscēt oēs, q; a mei estis discipuli, si di lectionē habueritis ad inuicē. ¶ Nō inquit, in hoc cognoscēt, si exterminaueritis facies ve stras, vel si longas orationes feceritis, aut certe si tuba p̄cīnente multā eleemosynā dederis, quæ & oīa his similia facere possunt hypocritæ, cōscia sinistra suā: sed in hoc cognoscēt, q; a mei estis discipuli, si dilectionē habueritis ad inuicē. Quod profecto nō nisi bono potest corde fieri, nec em̄ aliquod malū, vel alicuius violatio p̄cepti potest in eodē corde cohabitare dilectioni. Qui diligit proximū (inquit Apostolus) legem impleuit. Nam non adulterabis, nō occides, non furtū facies, non falsum testimoniū dices, non concupisces, & si qd est aliud mandatū in hoc verbo instauratur; Diliges proximū tuū sicut teipsum. Igitur verē erit experimentū, verū certumq; discipulatus mei testimoniuū si dilectionem habueritis ad inuicē: ita vt in circuitu vestro sunt bono odore delectati dicāt: Ecce q; bonū & q; iucundū habitare fratres in vnū. Sicut vnguentū in capite, qd descendit in barbā, barbā Aaron, qd descendit in oram vestimenti eius. Vno nāq; vnguento spūs sanctitūc & caput & barba simulq; ora vestis Aaron, bonū vbiq; odorē spirabūt in ædificationē vel acquisitionē multoq; cū & vos, tanq; barba, capiti, scilicet mihi dño, & vestræ dilectionis magistro, vicinius adhærētes, barbati, id est, fortes fueritis ad ponēdas animas pro fratri bus vestris, totāq; ecclesiā quasi vestē inferius religiosis cōuentibus subornantē exemplo vestro eadē dilectione imbueritis. ¶ Dicit ei Simon Petrus: Dñe quo vadis? ¶ Inchoatū de dilectione sermonē, iste ardentior cæteris dñi & magistri sui amator, impatienti dolore attonitus, primus interrupit, videlicet q; a dixerat: filiali, adhuc modicū vobiscū sum quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos nō potestis venire, & vobis dico modo. Ait ergo: Dñe quo vadis? ¶ Respondit Iesus: Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris aut̄ postea. ¶ Hoc postmodū palam rei probauit euentus, q; a tunc infirmus, dominū sequi non poterat Petrus, negauit em̄ tertio, ne illū pariter moriendo sequi cogeretur: sequutus est aut̄ postea, tunc scilicet quādo iā senior extendit manus suas, & dignus magistro discipulus exēplo eius cruci affixus est. ¶ Sed tūc suā ipse infirmitatē nō vides, volūtate cupidissimā sequēdi dñm, suisq; viribus maiore p̄r̄ oculis habebat, nondū experitus

Matth. 6.

Roma. 13

Psal. 132

Vnguentū

qd descens

dit in bars

bā Aaron,

acquisitionē multoq; cū & vos, tanq; barba, capiti, scilicet mihi dño, & vestræ dilectionis magistro, vicinius adhærētes, barbati, id est, fortes fueritis ad ponēdas animas pro fratri bus vestris, totāq; ecclesiā quasi vestē inferius religiosis cōuentibus subornantē exemplo vestro eadē dilectione imbueritis. ¶ Dicit ei Simon Petrus: Dñe quo vadis? ¶ Inchoatū de dilectione sermonē, iste ardentior cæteris dñi & magistri sui amator, impatienti dolore attonitus, primus interrupit, videlicet q; a dixerat: filiali, adhuc modicū vobiscū sum quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos nō potestis venire, & vobis dico modo. Ait ergo: Dñe quo vadis? ¶ Respondit Iesus: Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris aut̄ postea. ¶ Hoc postmodū palam rei probauit euentus, q; a tunc infirmus, dominū sequi non poterat Petrus, negauit em̄ tertio, ne illū pariter moriendo sequi cogeretur: sequutus est aut̄ postea, tunc scilicet quādo iā senior extendit manus suas, & dignus magistro discipulus exēplo eius cruci affixus est. ¶ Sed tūc suā ipse infirmitatē nō vides, volūtate cupidissimā sequēdi dñm, suisq; viribus maiore p̄r̄ oculis habebat, nondū experitus

Iohan. 21.

expertus qd ferre recusarent, & qd ferre valerent languidi, humanæ imbecillitatis humeri, nisi spū sancto, q nondū datus, firmarent, supra petram Chfm fundati. Vere eterni volens sequi, dixit Dñe, quo vadis? & proinde longe aliter huic rñdendum erat, q illi, cui dicentis Dñe, sequar te quocunq; ieris. Respondens ipse: Vulpes (inqt) foueas habent, & volucres cœli nidos, filius aut hois non habet vbi caput suum reclinet. Itaq; dicit: quo ego vado, nō potes me modo sequi, sequeris aut postea. Tanq; diceret: Idcirco interrogas, qa sequi optas, sed modo non potes, timore nanq; deficiet fides tua; verunt̄ tu aliqui conuersus, me sequendo confirmas frēs tuos. L Dicit ei Petrus: Quare non possum te modo sequi? Animā meā pro te ponā. Verum qdem est, qd ait Petrus, dum futuro tempore sic enuntiat: Animā meā pro te ponā, eterni futurū erat, & dñs sic dixerat: sequeris autem postea. Verunt̄ qm̄ præsens periculum, de quo tunc agebat, intendebat cum hęc diceret Petrus & in illo durare sibi posse videbatur, dñs autem & præsens infirmitatis humanæ, & futurū præuidebat tempus fortitudinis eius, impleri oportebat in comparatione dñi, & magistri de seruo ac discipulo qd ait scriptura: Omnis homo mendax. Dñs natq; cōscius voluntatis, & cognitor infirmitatis dixerat: Non potes me modo sequi, affirmabat se posse confidens de viribus suis, Itaq; experimēto concludēdus, & sibimet ostendendus erat, vt nulla deinceps de statu suo, p̄sumat tabula, cum tā fortis lapla sit columna. L Respondit Iesus: Animā tuā pro me ponis? Amē amē dico tibi, nō cantabit hac nocte gallus, donec ter meneges. Sic dictū, & sic deinde factū, nullus tacet Euangelista, qa videlicet multum utile nō frustra visum est, ad reprimendū humanæ infirmitatis ausum. Alto nanq; diuinitatis cōfilio factū est, vt in illa pturbatiōis nocte oībus Apostolis scandalū patiētibus, maxime princeps Petrus suæ ad tps in expertæ infirmitatis relinqueret, trināq; negatiōe lapsus, & ipse experto crederet, & nos scire faceret, q nisi auxiliū à dño veniat, noster cito pes moueat, & si ille dormitauerit, q solus nouit & potest custodire, tam sole per diē q̄ luna per noctē vrimur. i. tam diuinitatis q̄ humanitatis Ch̄fi fidem in tentatione p̄dimus.

Sed de hmōi perturbationibus Psalmista, cum diceret, mystice loquens: Super montes stabant aquæ, ab increpatione tua fugient, à voce tonitru tui formidabunt, secutus adiunxit: Terminū posuisti, quem nō transgredient, neq; conuertent operire terram. Ergo & hoc recte sapia dei prouidit, vt huic Petri apostoli negationi, quæ totius ecclesiæ tentationes p̄currit, terminum poneret. s. gallicantum, post quem ille iam ultra non negaret, sed negationis præterire maculam amare flendo dilueret. Qnid aut̄ hoc sibi vult, q̄ Petrus & ter negare p̄mittit, & tali potius q̄ alio termino præfixo, eius negatio finita corrigitur? Non em à mysterio vacare credendū est, quod ei, fine cuius prouidētia factum nō est, sic fieri complacitū est. Quid ergo terminus iste, s. gallicatus, mystice significat? Utq; bonum dñicæ resurrectionis nuntium p̄figurat, qa profecto media nocte resurgens dñs noster, angelorum ora in laudem excitauit, & per eos bonum vitæ & victoriarum suæ nuntium ad contristatos & tristitiae caligantes nubilo Apostolos misit. Sed ante hunc tantæ felicitatis auditū tres cōtinuas noctes perseuerat eorundē Apostolorum scandalum, s. ab hora, qua eo relicto omnes fugerūt. Ergo trina negatione peracta, gallus cecinit, & sicut Lucas refert, dñs Petru respexit, qa videlicet tertia scandali nocte transacta, nuntium illud suauissimum insonuit, q̄ propheta vtcunq; exprimere gestiens, dñicum hominē, in persona patris allocutus: Exurge (inqt) gloria mea, exurge psalteriū & cythara, & confessim in persona filii respondentis: Exurgam diluculo inquit. Hoc (inquam) consolationis nuntiū ad tristes Apostolos, tertia scandali nocte transacta plati, Petru ex nomine attigit dicēte an gelo: Dicite discipulis eius & Petro, qa præcedet vos in Galilæam, ibi eū videbitis. Sequit̄ Et ait discipulis suis: Non turbet cor vestrum. Creditis in deum, & in me credite. Dilige ter hoc animaduertēdum est, maxime, qa non ait, non turbemini, sed non turbetur, inqt, cor vestrum. Nunq; em pater continuo moriturus, hanc à pupillis suis fortitudinē exigit, vt secum pariter ad mortē duci non vereant̄. Aut nunq; hoc ipsum, qd paulo ante futurū esse firmabat, modo contraria vice p̄suadet, vt non fiat, videlicet vt pcusso pastore non dispergant̄ oues, aut vt Petrus contra suæ veritatis assertionē fortis fiat, & non negetur eum ter anteq; gallus cantet. Ergo q̄ ait, non turbet cor vestrum, idē est, ac si dixisset, non deficiat fides vestra, & est sensus: Qm̄ (inqt) satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū & tanta trituriæ vis erit, vt disperganimi omnes, & me solum relinquatis, hoc vnum restat persuadere, vt corporaliter dispersi, saltē corde in pturbato p̄manatis mecum in tētioni bus meis. Hoc em est, vnde rogaui pro te Petre, vt dum voce negas, saltē in corde fides tua nō deficiat. Et de hoc ipso q̄ offendis in verbo, aliqui cum cōuersus, cōfirmes frēs tuos. Itaq; nō turbetur cor vestrum, sed credentes in deum, credite & in me, neq; tentationū mearum euentu turbati, errasse vos arbitremini in eo, q̄ hactenus credidistis in me. Credite (inquam) in me, Et si nunc ingruentis asperitas hyemis extrinsecus virētia cōfessionis

Matt. 8

Luc. 22

Psalm. 113

Psal. 102

Psal. 59. 107

Marc. 16

CAP. XIII.

Zacha. 13

Luc. 22

Cantic. 2
Roma. 10

Iohann. 11

Ante passi
onem dñi
omnes erant
in peccatis
Esa. 46

Apoll. & s

Iohann. 20
Ite ergo
& accipia
vos ad me.

1. Cor. 15

ANX. 9AD

Quodlibet

Christus est
via ad pa-
trem

vestræ folia deterit ac dispergit, viuat saltæ intrinsecus radix bonæ arboris, ut postq; hac hyem transierit, postq; hic imber abierit, & recesserit de radice credulitatis, quæ viget in corde ad iustitiam, res florescat oris confessio ad salutem, atq; ita animæ vestrae rursus vi ne florentes, & dantes odorē, suæ pulchritudinis testimonio palā faciat, q; vox rediuii turturis auditæ est in terra nostra, dicentis ad illā, quæ p; vos adducēda est de cunctis gentibus, ecclesiam: Surge propera amica mea, speciosa mea, columba mea & veni, veni de libano veni coronaberis. Ultis tandem audire qd; sibi velint, ea q; mox visuri estis, & quoq; metu dispergemini, vel cur ego illuc vadā, quo abeuntē vos non potestis me modo sequi. Ecce dico vobis. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis, q; a vado parare vobis locū. Iccirco (inqt) vado qud; non potestis me modo sequi, in domo patris mei mansiones multæ sunt, & māsores eaq; oēs filios dei, q; ab initio dispi sunt pro culpa primi parentis eoq; (q; a desertorem diabolum secutus, priuauit seipsum & omne genus suum illis mansionibus) oportet per mortem meam tam de viuis q; de mortuis, tam de Iudæis q; de gentibus cōgregari in vnū, Ista est causa, cur vadā, cur p; passionem mortis transeam ex hoc mundo ad patrē, q; a domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus mansiones illæ iam essent, iam dixissem vobis, q; a vado parare vobis locū. Et si abiero & præparauero vobis locū, ite ergo venio & accipiā vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Hoc totū dixissem vobis, si quo minus mansiones illæ in domo patris mei multæ iam essent. Nunc autē mansiones qdem iam ab origine mudi paratæ, mā sores autē imparati sunt, Adhuc em̄ estis in peccatis vestris oēs filij Adæ, qd; etiam non difitentes magni & electi fidelis Abrahæ filij. Facti sumus (inquiunt) vt immundi oēs nos, si cut pannus menstruatae omnes iustitiae nostræ. Igif dixissem qdem vobis, q; a vado parare vobis locum, si quo minus mansiones illæ in domo patris mei paratæ essent: nunc autē dico vobis, q; a vado parare vos ipsos locis vel mansionibus illis, i. lauare vos à peccatis vestris in sanguine meo, vt digni sitis introire in illas sydereas mansioes, in illa cœlestia sancta sanctoꝝ, vt sitis regnū & sacerdotes, q; a non aliter vos suscipient illæ mansiones, iuste & legitimate hactenus exhæredatos pro cōis patris vestri vitio, nisi per me aliū patrem, p; me (inquam) in morte mea vos regenerantē introducamini, ordine iustitiae seruato. Et si abiero, vosq; sic p;parauero, ite ergo venio ad vos, s. resurgendo à mortuis, pace inter deum & vos reformata legatus fidelis: Itē ergo (i quā) venio, pacē & remissionē peccatorū vobis annuntians, dicēs q; Pax vobis. Deinde accipiā vos ad meipsum. Notate ordinē verbōꝝ, p;erpendite distinctiones tēpōꝝ. Non dico vobis, q; a venio & accipio vos ad meipsum; nec em̄ uno eodem q; tpe & à mortuis resurgo, & à vos accipiēdo ad meipm tollo de hoc mundo: sed nunc qdem p;sentī tpe venio, q; a cito resurgo: vos autē non statim accipio, sed tandem accipiā, postq; & alios ad easdē mansiones per vos inuitauero, vt vbi sum ego & vos sitis, simul q; omnes quo scūq; vobiscū adducetis, vt mansiones impleant, quæ in domo patris mei multæ sunt. Quare autē multæ sunt? Videlicet q; a diuersa sunt merita venientiū, diuersa dona grārum, quæ vobis & illis distributa vel distribuenda sunt. Itaq; sicut alia clritis solis, alia claritas lunæ, atq; alia claritas stellæ: stella quoq; differt à stella in claritate, sic & ipsæ mansiones multæ sunt, & in gloria differunt. Verunt̄ omnes in firmamento immortalitatis & incorruptionis stabilitæ sunt. Hæc illa causa est, propter quā tāta in me fieri p;mittā, vt vos videntes timeatis, & oēs in hac nocte scandalū in me patiamini, ita vt qui vestrū fidētissimus est (sicut dixi) ter me neget anteq; gallus cantet: postea vero cōfirmatos accipiā vos ad meipsum, q; a videlicet tunc sequemini, q; sicut paulante Petro dixi non potestis me modo sequi. Ecce ad qd; vadā dixi vobis. Et quo ego vado scitis, & viā scitis. Vtq; Petro dicent: Dñe, quo vadis? Non dixit statim: Ego ex hoc mundo transeo, vel ad patrem vado, sed hoc tñ: Quo ego vado (inqt) nō potes me modo sequi sequeris autē postea Proinde adhuc oībus suspensis, & quo abiret se nescire arbitrantibus: Dñe (inqt Thomas) nescimus, quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Cum (inqt) necdum dixeris nobis, quo vadis, qđ tu dicis nobis: & viam scitis? Consequit̄ em̄, vt si q; aliquam ignoret patriam, multo magis viā nesciat, quæ dicit ad istam patriam. Itaq; magis ac magis oībus intentis ad audiendum, tandem illis viam indicat, quā se nescire putabāt. Nam sequitur: Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas & vita. Me (inqt) scitis, in me credidistis, me Chm filium dei viui confessi estis. Ego autē, ego ipse quē ita scitis, via sum, per quā illuc eundū vobis est, quo ego vado: via (inquā) sum, qd; & vos ipsi pene fatemini, dum prompta voluntate vultis me sequi, qd; tñ modo facere non potestis. Ecce ego dico vobis, qualis via sum. Nemo venit ad patrē, nisi per me. Quid est: Nemo venit ad patrē, nisi p; me: qd; inquā

est, nisi nemo credit in patrem, si non credit & in me? Propterea dixi vobis, creditis in deum & in me credite. Nam siue Iudeus, siue haereticus sit, nihil proficit, confitendo deum celi & terra, & ois ornatus eoꝝ crearem esse, nec em peruenit ad patrem tali confessione, q[uod]a non credit in me, Iccirco quemcūq[ue] pater ad se attrahere dignat, attrahit ad me, vt conformis factus imaginis filij, adoptionē accipiat ꝑ sp̄m adoptiōis, fiatq[ue] haeres, cohæres aut eiusdē filij. Quare aut non solū dixi: ego sum via, sed addidi, & veritas & vita? Videlicet, q[uod]a cū corde credat ad iustitiam, ore aut confessio fiat ad salutem; sicut bene diligo credentem, sic & veracē facio ore confitentem, sic & nihilominus meipsum ostendendo eternaliter viuifico credentem atq[ue] confitentem. Itaq[ue] q[uod]a nemo recte ambulat, nisi credendo in me, via sum: & q[uod]a ne mo verax est, nisi confitendo me, veritas sum: & q[uod]a nemo viuit, nisi q[uod]a habet me, vita sum. Etenim nemo habet patrem, nisi q[uod]a habet me: nemo venit ad patrem, nisi qui videt me. Via sum per quā credendo itur, veritas per quā confitendo puenit, vita qua beate ac sempiternè viuit. Igif[te] (vt iam dixi) & quo ego vado scitis, & viam scitis, q[uod]a videlicet & patrem meū ad quā vado scitis, & me filium eiusdē dei viui confitentes scitis. Scitis (inquam) sed tamen nondum cognouistis. Non em scire idem oīno est quod cognouisse. Siq[ue]dem & mulier, anteq[ue] ducat virū, scit quā ducere velit, verunq[ue] non recte vel proprie d[icitu]r cognouisse, nisi priusq[ue] duxerit, & ei naturali more copulata fuerit. Itaq[ue] & vos nunc q[uod]em iam me scitis, sed spiritum amoris nondū accepistis, quo yestrā anima degustato substantia vel naturam viri sui, s. filii dei, ab vniuersis quācunq[ue] condita sunt, discernere norint. L. Si cognouissetis me & patrem meum utiq[ue] cognouissetis. Si (inquam) sicut personam meam scitis, & creditis me esse Ch̄m filium dei viui, si ita substantiam vel naturam meam cognouissetis, & patrem meū utiq[ue] cognouissetis. Non em alia patris, atq[ue] alia filij substantia vel natura est, sed quālis pater, talis & filius est. Etenim sicut dixi Iudeus: Ego & pater unū sumus. Igif[te] si cognouissetis me, si q[uod]d reuelante nō carne & sanguine, sed patre meo q[uod] est in celis, adhuc intrinsecus quasi à lōge prospexit, illud intra vos accepistis dilatata oīia, & apto sensu ad intelligendum scripturas, quāc omnes de me loquunt, & patrem meum utiq[ue] cognouissetis, utpote ambulantes in via eius, stantes in veritate eius, viuentes vita, quāc abscondita est in illo cum Christo filio eius, non ignorātes, sed optime per legem & prophetas & psalmos agnoscētes. qualiter de me fieri voluerit, quale mihi mandatum dederit, qualiter & vobis ad illū vestigia mea sequendo accedendū sit. Ita patrem meū cognouissetis. L. Et amo do cognoscetis eū, & vidistis eum. Postq[ue] em abiero, & præparauero vobis locum, dum iter venio ad vos, reconciliationē factā annuntians dicensq[ue]: Pax vobis, accipite sp̄m sanctum, quōc remiseritis peccata, remittunt eis, & aperio vobis sensum, vt intelligatis scripturas, extunc & me & patrem meum cognoscetis. Et proinde iam non dico vos seruos, sed amicos meos, q[uod]a oīia quācunq[ue] audiui à patre, id est, oīia in quibuscunq[ue] obaudiui patri meo, nota facio vobis. Amplius aut ex quo iter sp̄m sanctum de cœlo do vobis, vt facundi atq[ue] fortes sitis ad p̄dicandū cunctis gentibus me & patrem meū, sicut cognouistis, & nullo aduersariū errore vllatenus inuoluamini, extunc patris cognitione illustrati eritis. Ita cognoscētes, iam vidistis eum. Sic em cognouisse, vidisse est. Itaq[ue] extūc iam vidistis eu, nondū in facie ad faciem, sed quasi ꝑ speculū in ænigmate, donec accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis, ex parte cognoscetis, extunc autem videntes sicuti est, similes ei eritis. L Dicit ei Philippus: Dñe, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quasi filium iam vidissem sicuti est, sic Philippus locutus est: Dñe (inquietus) ostende nobis patrem & sufficit nobis. Tanq[ue] diceret: Te magister & dñe Christe fili dei viui, te (inquam) iam vidimus, & agnoscimus, dileximus, & confessi sumus, & beatos esse fatemur oculos nostros q[uod]a te videre meruimus. Iam nihil superest, nisi vt patrem ostendas, nam de te sufficit nobis. Hæc dicens, profecto filium se non cognoscere confirmabat, q[uod]a videlicet in hoc visibili invisibilis diuinitatis divitias querere, vel esse nesciebat, ad quas illos & paulo aī inuitauerat dicendo: Ego sum via, & veritas, & vita. Sequit[ur] ergo: L Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscū sum, & non cognouistis me? Philipe, q[uod]a videt me, videt & patrem. Quid hoc loco habet admirationis, q[uod] ait Phillipus: Dñe, ostende nobis patrem, & sufficit nobis, vt tanto tempore mirest maiestas sapientiae, & dicat: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Nonne paulo ante ignorantia discipulorum sine admiratio significauit, dicendo: Si cognouissetis me, & patrem meum utiq[ue] cognouissetis. Ergone minoris est ignorantia siue erroris, neq[ue] patrem adhuc, neq[ue] filium cognouisse quam putare filium sine patre, vel facilius quam patrem, sicuti est, videri posse. Ita plane sentiendum est. Nam qui neq[ue] patrem, adhuc, neq[ue] filium cognoscit, sicut eatenus non cognoscet. Apostoli, puer vel infans est, cui lacte & non solido cibo opus sit, qui vero post aduentum spiritus sancti, ex quo apertis sensibus scripturas oportet intelligi, filium magis quam patrem visibilem afferit, haereticus est, quia dissimilem vel in qualēm patri filium facit. Igitur aduersus Cherinti &

Roma, 8

Via, veritas
& vita.
Roma, 10Iohani, 10
Matth. 16

Coloss. 3

Luc. 24

Iohani, 18

1 Cor. 13

Iohani, 3

Luc. 24

Iohani, 18

Luc. 14

obtempero
obtempero
obtemperoobtempero
obtempero

Matth.15

Arr̄j blasphemias, cæterosq; q̄ cōsubstantialitatē patris & filij negare ausi sunt, nos quo admirantes hanc opportune audiamus admirationē dicentis: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me? Tanto (inquit) ipse, tam veri sermonis, tamq; admirādoꝝ ope rum testificatione instructi, adhuc & vos sine intellectu estis, neq; cognoscitis me non solū visibilem hōiem, sed & inuisibilē dēū esse? Quō eñ cognoscitis, q̄ videntes me hōiem, totum illud, qđ est Ch̄fus filius dei viui, vos vidisse putatis, & dicitis: Ostende nobis patrem & sufficit nobis. ¶ Philippe, q̄ videt me, videt & patrem. Non eñ aliud sum ego, & aliud pater: non aliud (inquam) licet alius, q̄a non dissimilis qualitate, sed & qualis quantitate, non diuersus habitu, non remotus loco, non tempore posterior, sed om̄e qđ pater, hoc & filius est, nisi hoc tm̄ q̄ ille solum pater, & non filius est: ego aut solum filius & non pater. Igitur q̄ me videt, videt & patrē, & econtra, q̄ me non videt, non potest videre patrem. ¶ Quomodo tu dicas, ostende nobis patrē? Non credis, q̄a ego in patre, & pater in me est? ¶ Quomodo (inquit) tu dicas, ostende nobis patrē, videlicet addendo, & sufficit nobis, quasi illum sicuti est, iam videris? Non credis, q̄a ego in patre, & pater in me est? id est, q̄ tota natura patris in filio, tota nihilominus natura filij in patre est, ita vt ego & pater vnū simus, & alter sine altero nunq; videat, nihil loquaf, nihil operet. Hoc ergo rectius dixisses, ostende nobis dēū, & sufficit nobis: deum (inquit) vnū patrem, & filiū, & sp̄m sanctum, q̄ est sine vlla differentia deus inuisibilis, q̄ habitat lucem inaccessibilem, quem vedit mortaliū nemo, nec viderē p̄t. Nec eñ videbit me homo (inquit ad Moysen) & vivere potest. Hoc profecto recte dicat homo fidelis, q̄ tedium patitur p̄sentis, & amorem habet futuri seculi, q̄ diligit dēū, & hoc nequam fastidit seculum, dicat inquam talis: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quemadmodum eñ (inquit Psalmista) desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus, Sicuti aīa mea ad deum fontem viuum, q̄n ve niam & apparebo ante facie dei? Deum eñ (inquit Iohannes Baptista) nemo vedit vnquā, vnigenitus, q̄ est in sinu patris, ipse enarravit. Hoc autē valde reprehensibilis ignorantia est, q̄ si dicitis: Dñe, ostende nobis patrē, & sufficit nobis, nescientes & non credentes, q̄a ego in patre, & pater in me est. Proinde sicut dixi Iudeis, q̄ si verbis meis nō creditis, opibus credite, vt cognoscatis & credatis, q̄a in me est p̄t, & ego in patre meo, & vobis dico mo do. ¶ Verba quā ego loqr vobis, à meipso non loquor. Pater autē in me manens, ipse facit opa. ¶ Hic & illuc duo testimonia compono, alterꝝ dictorꝝ, & alterꝝ factorg. Dignū hoc in sermone meo testimoniu est, q̄a sicut scitis, sicut per oīa experti estis, verba quā ego loquor vobis, à meipso non loquor. i.e. non de corde meo, sicut propheta mendax confingo. Veꝝ namq; habent effectum verba quācūq; loquor. Dicit namq; lex: Hoc habebis si gnum, qđ in nomine dñi propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dñs non est locutus, sed p tumorem animi sui propheta confinxit &c. Ergo veꝝ & dignū est in sermone meo testimonium, quod secundnm legem saltem vobis amicis meis satisfacere debuerat ad credendum, veꝝ istud quoq; esse, qđ & vobis discentibus, & Iudeis aduersantibus p̄ se dico, q̄a in me est pater, & ego in patre meo. Ecce autē cum hoc testimonio dictorꝝ, p̄ lam oībus decertat aliud testimonium factorg. Nam pater in me manens, ipse facit opa. Nunq; si mentirer in sermone, pater mecum esset in tantoꝝ opeꝝ exhibitione? Nunq; maneret, vel tamdiu p mansisset in me mirabilium effector sp̄s eius, q̄ à superbientibus lo let recedere, sicut recessit à Saul? Igitur q̄a & in lege scriptum est, q̄ duorꝝ hominum testimoniū veꝝ fit, qđ ultra hæretis? ¶ Non creditis, q̄a ego in patre, & pater in me est? ¶ Sig dem scripturam legalem sequamini, credite propter veritatis & sapientiae sermonem, quem ex me iugiter auditistis. ¶ Alioq; n propter opera ipsa credite. ¶ Alioq; n. i. & si vos potius signa petitis, neq; sapientia & veritate contenti estis, propter opera ipsa credite, quā ex patre meo multa vobis ostendi. Nunq; vero solus ego testimonium eoꝝ quā dico opera celestia facio? ¶ Amen amen dico vobis, q̄ credit in me, opa quā ego facio, & ipse faciet, & maiora hōe faciet, q̄a ego vado ad patrem. ¶ Ecce hōe ipa verba quā nunc loquor, dicens: Amen amen dico vobis, q̄ credit in me, opera quā ego facio, & ipse faciet, postmodum visuri estis, vitrum à meipso loquor, id est, de proprio corde cōfingam effectu caritura, an permanente patre in me, palam fiant om̄i mundo teste, om̄i mundo, quasi ad spectaculū

1. Timot. 6

Exod.35

Psal.41
Iohan.1

Iohan.10

Deute.18

1 Reg.16

Deu.17.19

Quomodo

Ap̄l̄ mai

ra fecerunt

q̄ Christus

Acto.5

lætis animaꝝ suāc cursibus, in vnā fidē nominis mei cōcurrente. ¶ Dicat aliquis: Quō, vel in quo maiora, q̄ credit in te faciet operaꝝ Quānam possunt esse maiora? Ad hōe inquit: Ecce ego, vt taceam cætera, quā facturus est, qui credit in me, forte dubitabili majoritate opibus meis præferenda. Verbi grā: quale est in plateis ponī infirmos in lectulis, vt veniente illo qui credit in me, saltem umbra illius obumbret quēquā illorum, & liberentur ab infirmitatibus suis, vt inquam de huiusmodi taceā, ecce dico vobis: Ego salutaris doctrinaꝝ sermone vna tm̄ lingua, Hebræa, s. in vna tantum gente ista non valde magna prædicō, & paucissimos ex eis conuerto, vos autem qui creditis in me, postmodum sancto sp̄itu

titu accepto, linguis omnibus, omnium q̄ppe in ore vestro nascens genera linguaꝝ om̄i
 bus (inquam) linguis c̄ celestis sap̄e sermonem cunctis gentibus loquemini, q̄ eratis ho-
 mines idiotæ, & sine literis, & innumerabilem cunctis gentibus multitudinem fructuoso
 labore in æternā salutē acqretis. Ergo q̄ credit in me, opa quæ ego facio, & ipse faciet, &
 maiora hōꝝ faciet. ¶ Vnde vero hoc illi, q̄ credit in me, vt tanta faciat? Videlicet q̄a ad
 patrem vado. Per hoc em̄ q̄ transeo ex hoc mundo ad patrem, factus pro vobis illi obe-
 diens v̄sq̄ ad mortē, mortem aut̄ crucis: Per hoc (inquam) fiet, vt vos remissionem pecca-
 torum accipientes, alioꝝ quoq; peccata remittere possitis. In ipsa q̄ppe morte, qua vado ad
 patrem, vos eidem patri deo reconciliabimini, & tunc induemini virtute ex alto, vt fiat
 quod scriptum est: Cœli enarrant gloriam dei, & opa manuū eius annuntiat firmamentū
 Non sunt loquelæ neq; sermones, quoꝝ nō audiant voces eorū. In omnem terram exiuit
 sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Hæc profecto maiora sunt hōꝝ, quæ nunc
 ego p̄ me facio, & hæc paulo post facietis, q̄a ego ad patrem vado. Et quodcumq; petieri
 tis patrē in noīe meo, hoc faciā, vt glorificet pater in filio. Modo petitis, dicentes: Do
 mine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis; petitis inquam, sed non in nomine meo, nec
 enim cognovisti me adhuc, cum tanto tempore vobiscum sim. Non (inquam) cognouis-
 tis, q̄a ego in patre, & pater in me est, & q̄a nemo venit ad patrem, nisi p̄ me, neq; acci-
 pit quisquam à patre, nisi p̄ me, & iccirco v̄sq̄ modo non petitis quicq; in nomine meo.
 Tunc sancto spū edocti veritatis petetis, dicentes: Dñe, ostende nobis patrem in teipso,
 & teipsum in patre tuo, & quodcumq; sic petieritis, quodcumq; postulaueritis in confessio-
 ne nominis mei. s. filij dei, & saluatoris vestri (hoc em̄ nomen meum est, & in hoc noīe pe-
 titis, quoties ea quæ salutis sunt, petitis) hoc faciam, vt pater glorificet in filio, vt ostendat
 vobis pater in meipso. Tunc etem̄ vos, q̄ modo dicitis: Dñe ostende nobis patrem, & suffi-
 cit nobis, filium cognoscetis, & cognoscendo filium, patrem quoq; cognoscetis. Ita ergo
 glorificabit, ita vobis gloriōsus ostendet pater in filio, & videbitis eum, nunc qdem dum
 adhuc in mundo estis, p̄ speculum, & in ænigmate, & cognoscetis ex parte, postea vero
 cognoscetis sicut & cogniti estis, & facie ad faciem desideratum in filio patrem videbitis.
 Hoc (inquam) faciam, si petieritis patrem in nomine meo. Si qd petieris patrem in nomi-
 ne meo, hoc faciam. Non vos, neq; illoꝝ quenquam, q̄ per vos credituri sunt, hic error
 inuoluat, vt putet sic omnem orationem dirigendam esse ad patrem, p̄ me Ch̄m filium
 eius, vt ad psonam filij nullam debere dirigi suspicet. Nam & quodcumq; petieritis patrē
 in nomine meo, hoc faciam. Et si qd petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Hæc
 de consubstantialitate patris & filij dixit ipse filius dei, ad corrigendum sensum illum, quo
 dixerat Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Nunc ad inceptum
 reuertit, & sermonem de dilectione, quem interruperant Petrus, Thomas & Philippus.
 Ille dicendo: Domine, quo vadis. Hic autem: Domine, nescimus quo vadis, & quomodo
 possumus viam scire. Iste vero: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Sermonē
 (inquam) de dilectione sic inchoatum: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem,
 sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem, hoc modo prosequir. Si diligitis me, manda-
 ta mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscū
 in æternū. Qm̄ (inqr) ego (vt supra dixi) dilexi vos, & pro magna vestri dilectione va-
 do parare vobis locum, imo vosipso parare, & dignos facere mansionibus illis, quæ in do-
 mo patris multæ sunt, si vos non ingratiaꝝ qua vicissitudine diligitis me, mandata mea ser-
 uare, illa videlicet, quæ iam dare vobis cœperam, dicens: Mandatum nouū do vobis, vt di-
 ligatis inuicem, sicut dilexi vos. Mandatum q̄ppe dilectionis, & vnum mandatū, & multa
 mandata sunt. Non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falsum testimonium
 dices, & cætera mandata in hoc vno instaurant. Diliges proximum tuum sicut teipsum.
 Hæc ergo mandata mea seruate, & sic inuicem diligite, sicut dilexi vos. Ecce ego ipse q̄ vo-
 bis hoc dilectionis mandatum do, prior ipse faciens quod iubeo, vosq; in finem, id est, v̄sq̄
 ad mortem diligens, ecce in ara crucis rogabo patrem meum, ecce in die passionis meæ,
 preces supplicationesq; ad eum, qui me saluum facere possit à morte, cum clamore vali-
 do, ac multis lachrymis offeram, & exaudiendus sum pro mea reuerentia. Ita rogādo pa-
 trem (sicut ait Philippus) ostendam vobis. Patrem (inquam) in meipso, & meipsum in pa-
 tre meo ostendam vobis: Cuius ostensionis principiū, hoc erit, q̄a pater & aliū paracletū
 dabit vobis. s. spm̄ veritati. Erratis em̄ nescientes scripturas, dum optatis quod vobis non
 expetit, videlicet, vt non vadam, & tamen dicitis: Ostende nobis patrem, ignorantes pa-
 triet inimicitarum stare inter deum & homines, non aliter soluendum, nisi ego vadam,
 nisi ego p̄ passionē mortis transea ex hoc mundo ad patrem. ¶ Me ergo rogante, & me-
 ipsum in cruce sacrificiū offerente, fiet vt patrem ostendam vobis, & ille me assumpto, vo-
 bisq; per absentiam corporis ablato, alium paracletū det vobis, spm̄ veritatis. Paracletus

Acto.4

Philip.2

Luc.24

Psal.18

1.Cors.13

Mandatum
nouum do
vobis
Roma.13Rogabo pa-
trē meū
in ara crus-
cis.

Hebræ.3

Ephe.2

Grazie

Lucæ. 24.
Paracletus
dī propter
remissionē
peccatorē

Heb. 9

Plasm. 17.

Esa. 53.

Mūdus, ga
gaudet in p
senti, nō ac
cipit para
clētum
Proverb. z
Psal. 119
Psal. 41

z. Cor. 4.

Sapiæ. 5

Iohan. I

4. Reg. 3

**Mirabile te
stamentum
Christi**

Græce, Latine consolator dicit. Iccirco aut̄ hic sp̄us veritatis recte paracletus vel conso-
lator dicit, q̄a videlicet filios sponsi de morte, vel absentia patris consolat vero scriptura-
rum sensu, dicendo q̄ oportuit pati Ch̄m, & resurgere à mortuis tertia die, & pdicari
in nomine eius p̄cniā & remissionem peccatorē. Quo nomine nusq̄ antehac appellata
tus inuenit, q̄a videlicet quis veteribus sanctis, & ip̄is ante passionem Ch̄i Apostolis da-
tus fuerit, non sic vlli datus erat, vt deberet appellari paracletus, nec em̄ in remissionem
peccatorē fuerat datus, anteq̄ glorificare Iesus. In eo quippe tota est consolatio paracle-
ti, q̄a luctum antiquum p̄ sac̄m passionis Ch̄i abstergit, dum deo patre p̄ mortem fi-
lii sui propitio facto, noua regeneratione de filiis iræ, filios reddit gr̄æ, de seruis peccati,
filios iustitiae de filiis mortis & p̄ditionis, filios vitæ & acquisitionis. Extunc dicimus: In
conuertendo dñs captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, & ex tunc repletum est
gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Principium igit nobis patrem ostendē-
di paraclesis est sp̄us sancti, in remissionem peccatorē dati, ex quo summus pontifex no-
ster, q̄ hæc loquit, p̄ suum sanguinem ad rogandum patrem in sancta sanctoꝝ introiens,
æternam redemptions inuenit. Quam eius rogatu longe ante propheta sp̄uali ocu-
lo intuens, affectuosa imp̄catione sic ait: Exaudiat te dñs in die tribulationis, protegat te
nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueat te. Memor sit omnis
sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundū cor tuum, & omne
confiditum tuum confirmet. Impleat dñs omnes petitiones tuas, &c. vsq; ad finem psalmi.
Igit pupillis suis coram positis, sponsus iste cōtinue auferendus, tutorem magnum pro-
uidens: & ego(inqt)rogabo patrem meum, & ille me (vt Esaias dixit) pro transgressorib;
exorantem, vt non pereant, exaudiens, alium paracletum dabit vobis, vt maneat vo-
biscum in æternum, vt p̄ducat vos ad videndum patrem facie ad faciem, vt ostendat vo-
bis in filio patrē, & filiū in patre manentem, & ipse in vobis manens, commanere faciant
intra vos gloriosam & æternam patris & filiij, suamq; inseparabilem & vnam maiestatē.
Sequit, & dicit de eodē paracleto veritatis sp̄ū. Quem mundus non potest accipere, q̄a
non vedit eū nec scit eū. Vos aut̄ cognoscetis eum, q̄a apud vos manebit, & in vobis erit.
Mundum hic appellat amatores mundi. Quare aut̄ paracletum hunc sp̄m veritatis non
possunt accipere immundi amatores mundi. Videlicet, q̄a consolationem suam habeut,
quia non lugent, q̄a de peccatis suis, quoꝝ hic paracletus remissor est, non dolent. Para-
clesis nanq; i., consolatio gaudentibus importuna & sup̄crua est. Igit amatotibus mū
di huius, q̄ laetant cum maleficerint, & exultant in rebus pessimis, non daf paracletus hic
sed eis q̄ lugentes dicunt: Hei mihi q̄a incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habi-
tantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Item: Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa-
nes die ac nocte, dum dicit mihi cotidie, vbi est dens tuus, & his similia. Itaq; paracletū
hunc mundus non potest accipere. Quare? Quia non vedit eum, nec scit eum. Quid non
vidit, infidelitatis est, q̄ nescit eum, sup̄biꝝ est. Infidelitatis nanq; est, non respicere vel nō
curare, nisi præsentia quæ vident, & in illis intentum vel contentum esse, vt non cogitet
æterna quæ non vident. Item superbiꝝ est, non scire, i., non approbare talem paracletum
imo & vitam eorū, q̄ consolations eius exquirunt, & stimare insaniam, & finem illoꝝ sine
honore. Vos autem(inqt)q̄ mundo gaudente inde ploratis & fletis, vnde gaudet ille, vos
(inquam) cognoscetis eum. Et vnde cognoscetis eum? Quia apud vos manebit, & in vo-
bis erit. Duobus modis approinquabit, q̄a paraclesin suam, s. remissionem peccatorē vi-
bilibus operando sacramentis, apud vos manebit, i. nunq̄ ecclesiastico conuentui deerit,
& priuatam vel propriam indfundendo gr̄am, in vobis erit, & si non semp manebit, q̄a
videlicet præter eum, de quo dictum est: Sup quem videris sp̄m descendenter, & man-
tem sup eum, præter eum (inquam) in nullo semp manet, sed nonnunq̄ de sua quamlibet
sancta mansione se subtrahit, iterumq; oratione vel dei laude inuitatus redit. Quod cum
ex multis liqdo constet sanctæ scripturæ locis, manifestius in Helizæ o propheta gestum
sacra narrat historia. Qui cū consuleret à rege Israel, dicete: Quare congregavit nos das
tres reges, vt traderet in manu Moab, adducite mihi(inqt)psaltē, cumq; caneret psaltes fa-
cta est sup eū manus dñi &c. Igit apud vos manebit (inqt) q̄a sacramētorē virtute vel esse
etū nunq̄ deerit, in vobis aut̄ gr̄a qdem semp erit, non tñ eiusdem gratiæ semp actu ma-
nebit, Sequit: Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. O admirabilis testatio,
vbi eadē morte patris, qua se putant orphanos fieri, nascunt, & hæreditatē capiunt filii,
& eodē patre resurgente à mortuis, simul cū eo tutor paracletus venit, testificatus de il-
lo, q̄a viuit, totamq; illis in omni p̄torio vel concilio defensurus hæreditatē paternæ re-
surrectiōis: Quia de acrendo(inqt) alio cōsolatore auditis, iccirco vos orphanos fore
arbitrantes contrastamini. Non ita erit: Non relinquā vos orphanos, veniā ad vos. Poti-
us si nō arbire, vos orphani eētis, illa videlicet orphanitate, quā deplorās propheta dicit,

Record

Recordare dñe & vide quid acciderit nobis, intuere & respice opprobrium nostrum? Pupilli facti sumus absq; patre, matres nostræ quasi viduae. Patres nostri peccauerunt & non sunt, nos aut iniquitates eoz portauimus. Quid em acciderit vobis, unde sitis orphani, nisi si q; patres vestri peccauerunt, & non sunt, vos aut iniquitates eoz portastis. Quid est aliud opprobriu vestru, nisi humani generis originale peccatum? Nempe propter illud pupilli facti estis absq; deo patre, & haereditas vestra versa est ad alienos, domus vestra ad extraneos, quia q; debueratis filij græ dei, & coloni esse paradisi, nūc filij iræ sicut & cæteri, ad alienā haereditatē mortis, & extraneā domū tenebræ deturbati estis. Igitur nūc vsc; orphani à deo pro culpa veteris Adā, renascituri iam estis eidem deo per me nouū Adā. Non em relinquam vos orphanos, sed vadam, & iterum vos per mortem meā parturiam deo, & hoc facto resurgens ite veniā ad vos. Quando fiet hoc? Ait. L Adhuc modicū, & mundus me iam non videt: vos aut videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis. Modicū inquit superest. Quantum em est hinc vsc; in horam sequētis diei nonam, tantillum videt me mūdus iste in maligno positus, & ab hora nona iam me nō videt, necq; in hoc seculo, neq; in futuro, nisi die illa qua iudicabit. Tūc em isti impi amatores mūdi videbūt: videbunt inquā in quē transfixerunt. Vos aut, qui de hoc mundo non estis, quos ego de hoc mūdo elegi, itē post hoc modicū videbitis me, q; ego viuo, & viuens vobis appareo: Viu inquā, & vos in æternū viuetis, propter hoc ipsum q; viuo, mortuus pro vobis. Prius tam vestigia mortis meæ sequemini. Et proinde nō dixi, quia eodē tēpore quo ego viuo, & vos viuetis: sed ego nunc quidē, id est, præsentī tēpore viuo, quia cito resurgo. Vos aut oēs in nouissimo die resurgetis, mecumq; in sempiternū viuetis. In illo die vos cognoscetis, q; ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. In illo inquit die, in noīe magna solennitatis, die magni & veri luminis, cuius intuitu Psalmista cantandū post captiuitatē in ædificatione domus, canticū præcinuit dicens: Cantate dño canticum nouum, cantate dño omniā terra. In illo inquā die vos cognoscetis, quia ego in patre meo, & pater in me est, quod non modo cognoscentes dicatis: Dñe ostende nobis patrē, & sufficit nobis, & annunciatib; de die in diem, id est, de patre in filiu, vel de filio eentes in patrē, p̄dicabitis hoc salutare dei, scilicet quomodo ego patrē rogauerim, & aliū paracletū dederit vobis. Ita iuxta propheticū p̄dicti psalmi titulū, ædificabitis domū post captiuitatē, id est, ecclesiam nouā de gentibus, post peccati & mortis destructionē. Et iam tunc quidē, dum ego viuo, primus vel princeps in gloria resurrectiōis fulgeo, vos cognoscetis q; ego in patre meo, & pater ī me est: Amplius aut dū vos viuetis, cū vos quoq; resurrexeritis, hoc ipsum cognoscetis, q; non īā ex patre, non per speculū & in ænigmate, sed facie ad faciē videbitis. Sequit. L Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Ostenso quē vsc; in finē suos diligat ipse, quomodo prior mox facturus sit qd p̄cipit ipse, non diligendo verbo neq; lingua, sed opere & veritate: deinceps quo fine & ea nobis dilectio sit obseruāda, latius incipit exponere. ¶ Qui habet, inqt, mādata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Ac si dicat: idcirco supra dixi, si diligitis me, mādata mea seruate: q; videlicet dignitas dilectionis nō in vocis superficie, sed in veritate cōsistit, & in opere. Igitur q; habet mādata mea & seruat ea, ille est q; diligit me. Alioquin si habeat & nō seruet, hoc signo cognoscat seipsum, q; nō est de sorte diligentium me, sed de gente ista peccatrice, de hypocrisis istis, de qbus bene prophetauit Esaias dices: Populus hic labijs me honorat, cor aut eoz longe est à me. Hic inquā comparabitur viro, consideranti vultū nativitatis suū in speculo. Cōsideravit se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui aut habet, & seruat ea, huius anima cōparabitur filio regis, cuius omnis gloria ab intus, quanq; & foris eadem gloria nō nihil resulgeat in simbrijs aureis, quapropter & cōcupiscet rex speciem eius. Vn de & sequitur. L Qui aut diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligā eum, & manifestabo ei meipsum. ¶ O q; beata dilectio, quæ nō vt seruulis timor dubiam liberationē, sed certam gratiam, iamq; p̄sentem ex parte haber remunerationē. Seruū quippe timor p̄cenæ subigit, atq; ad audienda domini p̄cepta plaga cōminatione compellit, & idcirco nondum meretur diligi, nondum admitti cōfilijs, vel secreta domini sui nosse dignaus existit. ¶ Amicū autem dilectio sic dilatauit, vt cū præceptum acceptauerit, placitum quoq; non recusat consilijs: vt verbi gratia, non sit contentus causisse adulteriū, sed etiā valeat meliori amore occupatus, licetū contēnere coniugij. Hic (vt ait propheta) in excelsis habitabit, munimenta saxorū sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, regē in decoro suo videbūt oculi eius. Ait ergo: Qui aut diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. Qui (inquit) diligit me, propter hoc ipsum q; diligit & cuncta etiā licita dilectioni meæ postponit, diligit familiarius à patre meo, qui communiter omnes prior dilexit, sicut iam alio loco dixi, q; sic dilexit deus mundū, vt filiu suum vnigenitū daret: diligitur inquā familiarius, & panis scripturarū, panis vtiq; vitæ & intellectus

Hæreditas
nostra vers
sa ad alie
nos,

Zacha. 12

1. Cor. 13

Iohan. 5

March. 15
Esa. 29

Iaco. 1.
Psal. 44

Timor ser
uulis.

Esa. 33

Iohan. 3

RUPERTI IN IOHANNEM CAP. XIII.

telle cōstus dabitur illi ad māducandū, & aquæ fideles sapiētiæ salutaris ad bibendum, sicq; cibatus atq; potatus, dū spaciat per amplū contēplationis campū, regē in decore suo vi-debit interioribus oculis suis, quē (vt paulo ante dixi) vos nō cognouistis, cū tanto tēpore vobiscū sim. Videbunt, inquā, oculi eius, imo nūc videre incipient regē in decore suo, nā in futura vita perficiet hāc beata visio. **L**Dicit ei Iudas, nō ille Iscariotis: Dñe quid factū est, qā manifestaturus es teipsum nobis, & nō mundo? **J**Iudas iste, cognominis eius q; sicut proditor, quis sit, iā alio loco dīctū est, videlicet frater Iacobi minoris, q & Thaddæus dicitur. Dñe inquit, quid factū, subauditur, si tu nondū nobis manifestatus es? Si em̄ teipsum nobis & nō mundo manifestaturus es, ergo nec nobis adhuc manifestatus es. Nā te quo nos vidimus, sic vidit & mūdus: vidit inquā te, vidit opera tua mirifica mūdus, quē & nos vidimus. Quid ergo factū est, si non in oībus his manifestatio tui facta est? **R**espōdit ei Iesus: Si quis diligit me, sermonē meū seruabit. Et pater meus diligit eum, & ad eum venimus, & mansionē apud eū faciemus. Qui non diligit me, sermones meos nō seruat. Et sermonē quē audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hāc locutus sum vobis, apud vos manēs. **R**esponzionē hanc ad percontationē prædicti discipuli dicentis: Dñe quid factū est, quia manifestaturus es teipsum nobis & non mundo, reddere se tandem in-nuens. Hāc inquit locutus sum vobis, apud vos manēs. Ac si diceret, Apud vos manens plentia corporali, nō meipsum vobis adhuc manifestavi, sed tantū annunciaui, & locutus sum, & sermonē feci, quē si quis seruauerit, hoc magnū recipiet præmiū, q; ego manifestabo ei meipsum. Hoc est qd ait: Si quis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diligit eū, & ad eū veniemus, & mansionē apud eū faciemus. Quibus dictis & idē confirmat q; iam dixerat: qui aut̄ diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligā eū, & manifestabo ei meipsum, simulq; & eiusdē manifestatiōis melius exprimit modū. Quis em̄ modus erit eius manifestatiōis? Et ad eū inqt veniemus, & māsionē apud eū faciemus. **N**ō ergo pu-tandū est hoc esse manifestari dei filiū diligētibus eū, q; veniet cū nubibus, vt videat eum oīs oculus, q;q & hoc sine dubio futurū sit, q; videlicet modo eū videbūt, & q; eum pupuge runt. Et quidē aduētus ille sicut fulgor parēs ab oriente usq; in occidentē, sic oībus cōspicuus expectatiū, iusti or̄ erit lētitia: q; cū apparuerit (ingt Aplus) Chrs vita vestra, tū & vos apparebitis cū illo in gloria, sed expressa est magnificētius hāc manifestatio, de qua nūc agitur: q; a veniemus inqt ad eū, & māsionē apud eū faciemus. Igif intus diligētibus dei filiū: intus inquā, in interioribus aīz, dilectus ipse filius cū patre manifestat. Et hoc p-fecto magnū dilectiōis est p̄miū, q; pater & filius p̄ sp̄m sanctū deus unus, dilecta aīz intrsecus mira & ineffabilis charitatis voluptate copulat. **S**ed quō inquis, dictū est hic: & māsionē apud eū faciemus, cū alibi propriū hoc fuerit signū, quo sanctus sanctoꝝ foret agnoscēdus, scilicet mansio sancti sp̄s, qui alterius naturæ nō est, q; pater & filius, quibus de personis hic enunciāt: & ad eū veniemus, & mansionē apud eū faciemus. Ergo qd in hoc mortali corpore viuif, manet quidē in animabus sanctis p̄ manifestationē filiū, pater & filius, nihilominus & sanctus (sicut superius iā dictū est) vtriusq; sp̄s, per infusionē aut̄ propriæ substātiæ, vt māsione æterna maneat, hoc in remuneratione vēturi seculi adim-plendū feliciter expectat. Nam nunc quidē dilectus mittit manū suā per foramen, & ven-ter humanæ infirmitatis intremiseit ad tactū illius, veltanq; sibilus auræ tenuis, raptum si-gens osculū, fugit idē dilectus, in illa autē beata vita, amicus amicæ plena & permanente voluptate copulabit. Et gaudebit (inquit propheta) sponsus sup sponsam, & gaudebit su-per te deus tuus. Talis mansio patris & filiū & sp̄s sancti, p̄sertim dilectionis & dificatione p̄paratur. Ait ergo: Si quis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diligit eū, & ad eū veniemus, & mēsionē apud eū faciemus. Ecce euāngelica voce dominus demon-strat cur Psalmista dixerit: Omnis cōsummationis vidi finē, latū mādatū tuū nimis. Quid em̄ latius hoc mādato dilectionis, quo sic mens humana dilatatur, vt intra substātiæ lux palatiū, maiestatē capere possit patris, & filiū, & sp̄s sancti. Sapiat hoc, & suauī gustu videat is, q; in terris vitā cœlicā ducēs, & bene eruditus magisterio diuini amoris, agere no-uit in tēplo cordis sui solēnitatē deliciōsæ contēplationis. Nā qui laborat & onerati sunt qd iā sua ferunt onera, refectionē huius dulcedinis sapere nequeunt. Sequitur: Qui nō di-ligit me, sermones meos nō seruat: & q; sermones meos nō seruat, nō diligit me. Nō ergo credat aliquis, quicqd sibi animus de dilectione dei sine operis attestatione r̄siderit: op-e-ratur etem magna, si est: si vero operari renuerit, amor nō est. Ne vero leue quis putet qd ait dñs: Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Ne inquā parua cuiq; videatur in dignitas, nō seruare sermones ab eo dictos, ecce iterū dicit. **E**t sermonē quē audistis nō est meus, sed eius q; misit me patris. Nam & hoc paulo ante dixit: Verba quā ego loquor vobis, à meipso non loquor. Certe q; sermonē suū loquitur, mendaciū loquitur, & autho ritate legis iam sāpe dicta contēnnendus est, qā mendax est. Sermo autem quē audistis impletus

Iudas
Thaddæus

Apol.

Coloss. 3

Cantic. 5
3. Reg. 19

Ela. 62

Psal. 28

Dilectionis
ne operas
tione nihil
est.

Quæ aut conuētio Ch̄ri ad Belial &c. Iḡit̄ si odit vos mundus inqt, hoc scitote, & hæc vo-
bis sc̄ia pro testimonio simul, & pro consolatione sit, q̄a de mundo non estis, sed ego ele-
gi vos de mundo. **H**oc (inquam) scientes consolamini, q̄a mundo non semper vos odio
habere vacabit, nec ista odiū licentia diu constans erit. Stabitis em̄ potius vos postmodū
in magna cōstantia aduersus eos, q̄ nos angustiauerūt. Videntes turbabunt timore horri-
bili, & mirabunt in subitatione insperata salutis, & gemētes pr̄ angustia sp̄us, dicent in-
tra se, p̄cniā agentes: Hi sunt quos aliquā habuimus in derisum, & in similitudinem im-
properij. Non insensati & st̄imabamus vitam ipsorum insaniam, & finē illoꝝ sine honore,
quomodo ergo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Hęc scito-
te, simulq; memoriter tenete, q̄a mundus me priorē vobis odio habuit. Quid hoc ad rē?
Seq̄tur: **L**Mementote sermonis mei, quē ego dixi vobis: non est seruus maior dñō suo. **J**
Illa nāq̄ odiū qđ prior ego passus sum; sc̄ia & ista huius sermonis mei nēoria, vestrā vos
obliuiosam verberabitis impatientiam, & teneras propriæ voluntatis r̄darguetis delicias.
Quid em̄: Nunq̄d scientes vel reminiscentes ea quæ dixi, in contumelias & persecutioni-
bus quæ vobis accidēt, admirabimini: Nunq̄d de dñō spinis cororato, purpuraq; irrisio-
ria induito, vos serui mei gemmata diadematate, purpuramq; serio v̄stiemdam appetere au-
debitis? Nunq̄d talis est ordo legitimæ curiæ, vt rege colaphizato, cōsputo, & exalapato,
serui eius altis eoz in theatro sellis insideant, & eisdē manibus, quæ dñm sic afficiunt, si-
bimet applaudi studeant? Non ita est? Sed qđ: **L**Si me p̄secutiſunt, & vos p̄sequenſt: Si ser-
monē meum seruauerint, & vestrū seruabunt. **J**Profecto hæc inimicitiae cōsuetudo ē.
Qui em̄ dñm p̄sequunt, q̄uo seruos eius fidelitati studētes, non p̄sequant. Palam aut̄ vo-
bis est, q̄a sermonē meū nō seruauerunt, q̄a p̄sequunt, & occidūt me. Scitote ergo, q̄a nec
vestrū sermonē seruabunt, sed p̄sequenſt vos, lapidabūt, crucifigēt, & occidēt vos, & expel-
lēt de ciuitatibus suis, & ita fugietis de ciuitate in ciuitatē, flentes & cōfiteentes, q̄ peregrini
suis & adueniæ super terram, nō habētes hic manente ciuitatem, sed futuram iniquitates,
vestris

vestris etiam parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis incogniti, à qbus ad mortem
 quoq; trademini, & ita propter me talē dñm vestrū sibi exosum, oībus odio eritis. Sed
Nomē Ch̄ri
oīa aduersa
sa sanctis le-
ua reddit.
 hæc oīa faciēt vobis propter nomen meū, qā nesciunt eum q me misit. Ecce itē quāta
 est cōsolatio dicētis. Sed hæc oīa faciēt vobis propter nomen meum. i. propter noīs mei
 oīiū. Magna plane & diligentibus ad formandā patientiā sufficiens. ¶ Nam dilectorem
 Ch̄si angunt qdem hoīm odia, fatigant opprobria, molestāt maledicta, affligunt rerum
 dāna, vel etiā corporis tormēta, sed hæc oīa temperat, & leuia reddit festiuā p̄mioꝝ secu-
 ritas. Gloriosa nanq; noīs Ch̄si dignitas, propter quod hæc patiunt, opprobria condeco-
 rat, maledicta sanctificat, damna in lucra, tormēta in magnā spei vertit delicias. Recte igit
 tur prænuntiatis p̄secutoribus, sed hæc oīia (inqt) faciēt vobis propter nomen meum.
 Quare aut tantum habent vel habebunt noīs mei odium, vt hæc oīa faciant propter noī-
 men meū. Videlicet, qā nesciunt eum q me misit. Nesciūt inquam, i. seire nolunt. Nam
 ne ignorantia veniale, siue excusabile putes, audi qd sequit. Si non venissem, & locu-
 tus fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc aut excusationē nō habent de peccato suo.
 Qui me odit, & patrē meum odit. Ne (inquā) istoꝝ, de qbus sermo est, quasi ignoran-
 tia ignoscēdum esse putes, veluti illoꝝ, de qbus scriptū est: Paruuli petierunt panem, &
 non erat q frangereteis. Exponens ipse qd dixerit: Nesciunt eum, q me misit, vniuersali
 sententia illos p̄cussit, dicens: Quid me odit, & patrē meum odit. Igit illud nescire, odiſſe
 est. ¶ Et huius execrabilis, horrendi atq; diabolici oīiū p̄ctm, quo & patrem, & ipsum pa-
 tris oderunt filiū, sic dixit: Si non venissem, & locutus fuisset eis, p̄ctm non haberēt. Quid
 enī? Nunq dixit, p̄ctm nullum haberēt. Non vtq; sed p̄ctm vtq; nō haberēt, videlicet,
 vt subaudias p̄ctm oīiū: oīiū (inquā) quo & filium dei, & patrē dēū oderunt. Hoc p̄ctm
 non haberent (inqt) si non venissem, & locutus fuisset eis. Quantu vero reatus est ex eo
 illorum esse p̄ctm, qā venit, & locutus est is, cuius aduentus tulit mundi p̄ctm. Cuius cul-
 pꝝ est, propter hoc odiſſe illum, qā pacem & amicitiam locutus est. Hoc imitanſ p̄ctm,
 quicūq; de bono peiores fiunt. Tale est hoc, ac si dicast: Nisi Abel placita deo munera ob-
 tulisset, Cain iratus non fuisset, neq; vultus eius concidisset. Qualis est ista excusatio? Imo
 non excusatio, sed vehemens pueritatis est accusatio. Paulus apostolus illis propter hu-
 miliandā gentiū conscientiam, caute condolens cum dicit: Testimoniū illis phibeo, q̄ emula-
 tionē dei habēt, sed non scđm sc̄iam, nullatenus putandus est eōe excusare ignorantiam.
 ¶ Quid enī intelligi voluit in eo, q̄ cum dixisset: Aemulationē dei habent, statim exceptit
 dicens: sed non scđm sc̄iam, nisi idem, ac si dixisset: veram sc̄iam non habent, quæ non in-
 flat. i. dei charitatē. Consequit ergo illos, iuxta eandē Apostoli ſniam, dei habere odium.
 Et sic dixisse illum: aemulationē dei habent, sed non scđm sc̄iam, ac si dixisset: ore qdem
 siue labijs legem dei defendunt, sed in corde à charitate dei, quæ vera sc̄ia est, inanes sunt.
 Propheta quoq; cōsonante, p̄ q̄ dicit deus: Populus hic labijs me honorat, cor aut eōe
 longe est à me. Igit q̄ ait: Si non venissem, & locutus fuisset eis, p̄ctm non haberēt: nunc
 aut excusationē non habent de p̄ctō suo, idem est, ac si dixisset: Si non locutus fuisset, si
 non iustitiā annuntiassem, & opibus eōe contrarius fuisset, inuidia vel odio cōflagrat nō
 fuisset, qd omnē aufert peccati excusationē. Nam vt intelligas quod de peccato dixerit,
 statim intulit: Qui me odit, & patrē meum odit. Hoc ergo illud est, qd per prophetam p̄-
 dictū est: Zelus apphendit populū ineruditum, qā videlicet eius, cuius cultores esse vide-
 ban, veniente & loquente illis filio dei, vitijsq; ipsoꝝ dissentiente, zelo malo exarserunt.
 Sed parū est qd ait, se venisse, & locutū fuisse. Loquela nāq; eius (sicut iam ſāpe dictū est)
Johan. 8
Deu. 17. 19
 sic erat quasi vnius hoīs testimoniū, qd contemnentes Iudæi, dicebant: Tu de teipſo teſi
 monium phibes, testimoniū tuū non est verū. Ergo ſicut & tūc dixerat: Et in lege vefra
 ſcriptum est, qā luoḡ hoīm testimonium veſe est. Ego ſum q testimonium perhibeo de
 meipſo, & testimonium perhibet de me, q misit me pater, faciendo. ſ. opera. Opera enim
 (inqt) quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipa testimoniū perhibent de me, q pater me
 misit: ita & nūc itidē luo recitat testimonia. Prætermiſſo nāq; vno testimonio, dū dicit
 Si nō venissem, & locutus fuisset eis, &c. statim addidit. Si opera nō feciſſem in eis, quæ
 nemo aliis fecit, peccati non haberent: Nunc aut & viderunt, & oderunt, & me, & patrē
 meū. Si parū (inqt) era, q̄ locutus ſum, quanq; verū & ſanū sermonem locutus ſim,
 & ex veritate ſermonis lexi: ubat illū agnisci, quem deus miserit, ecce per aliud testimo-
 nium iusta addicunt dānatū: Si opa non feciſſem in eis, quæ nemo aliis fecit &c. Quid
 enim? Nonne manifeſte p̄auricatores legis ſunt, in qua ſcriptū eſt: Quia duoḡ hominū
 testimoniū verum eſt, cum oīis habentes testimonia dictoꝝ. ſ. & factoꝝ, impleant ſcri-
 pturam dicentē: Captabunt in atriam iusti, & ſanguinē innocentē condemnabūt. Vbi
 namq; iudicibus deest legis ſuffragum, damnatio cuiuslibet hoīs reputat in homicidium.
 ¶ Quomodo vero intelligendū eſt: Iud, q̄ cum dixisset: Si opa non feciſſem in eis, statim
 addidit:

addidit, quæ nemo alius fecit. Quid inquā est, nemo ali⁹, nisi nemo malus, videlicet qualis ego ab illis sum iudicatus? Alius q̄ppe ab illo nemo est bonus, p̄fertim cum per bonos oēs, quicunq; talia operantur, non nisi ipse operetur, qui facit mirabilia magna solus. Potest tñ istud quoq; sicut & alia multa in hoc sermone, licet præterito tēpore dictum, de futuro re-
ete intelligi, & sic dixisse dñm, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, ac si dixis-
set, si non resurrexissem à mortuis, & ascendissem in cœlū. quod vtiq; nemo alius fecit. Ita-
q; si non venissem, inqt, & locutus fuisset, si opera nō fecissem, peccatum non haberēt. Nunc
aut opera patris mei, opera cœlestia feci, & viderunt, & videntes oderunt & me & patrem
meū, & inde cauteriatā habent conscientiam, quia per odiū magis q̄ per ignorantiam pec-
catū in me commiserunt. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, q̄a odio
habuerūt me gratis. Et viderunt inquit & oderunt, vnde & excusationem non habent de
peccato suo. Sed hoc ip̄m lex eorū fore pdixerat, cuius videlicet sermo legis, sermo dei est,
& solui non pōt, quin fiat, sicut scriptū est, seruata in omnibus veritate sermonis, quæcunq;
de me sp̄us sanctus prælocutus est. Igitur & vos æquanimiter impugnationes eorū immeri-
tas, & odia mecum ferte gratuita. Notandū q̄p hoc loco dñs cum posset de psalmis (q̄ ni-
hilominus personæ eius ascripti sunt) simile cōmemorare exemplū, verbi grā, vt est illud:
surgentēs testes iniqui, q̄ ignorabam interrogabant me, retrubuebant mihi mala pro bonis,
vel illud, q̄ retrubuūt mala pro bonis, detrahebāt mihi, maluit de hoc psalmo, scilicet cēteſi-
moctauo sumere vbi scriptū est, locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonib⁹ odij
circūdederunt me & expugnauerūt me gratis. Quod cōmode sumptū ex eo cōprobāt, q̄a
similiter in primo graduū cantico dicit q̄sq; imitator eius, per multas tribulationes ad æter-
nam remunerationē ascendere contendēs. Cū his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum
loquebar illis, impugnabant me gratis. Constat enim quia præsenti loco euangelij infor-
mat suos discipulos, vt per patientiā imitatores sui fiant, dicendo, si mundus vos odit, scito-
te q̄a me priorē vobis odio habuit &c. Cōpetenter igit hunc scripturæ sermonem comme-
morauit q̄dammodo dicetis, iuxta sensum q̄ & cætera superius dixit. Si quisq; vestrū quod
mūdus odit, sicut & me priorē vobis odio habuit, si inquam quisq; vīm labiis iniquis & lin-
gua dolosa obſefſus plorat & dicit: Hei mihi q̄a incolatus meus prolongatus est, habitui
cum habitantibus Cedar, & cū his, qui oderūt pacē erā pacificus, cū loquebar illis, impugna-
bant me gratis. Scitote, q̄a & super me priorē, os peccatoris & os dolosi apertū, & locuti
sunt aduersum me liogua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerūt
me gratis. Sequit: Cū aut̄ venerit paracletus, quē ego mittā vobis à patre, sp̄m veritatis, q̄
à patre procedit, ille testimoniu⁹ perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, q̄a ab
initio meū estis. Ecce tres sunt q̄ testimonium dant huic filio hoīs, q̄ vere sit filius dei, v̄l
tra quē numerum testimoniū secūdum legem non oportet, nec fas est exigi. Nam iustum est &
legitimum, vt in ore duorum & trium stet omne verbum. Dicebant autem aduersarij ei⁹ Iu-
dæi, sicut iam superius commemoratum' est: Tu de teipso testimonium dicas, testimonium
tuū non est verum. Econtra ille: Ego sum q̄ testimonium perhibeo de meipso, & testimo-
niū perhibet de me q̄ misit me p̄f. Hæc sane testimonia pauloante recapitulabat, dicendo, si
non venissem, & locut⁹ fuisset eis, qđ testimoniu⁹ ipsius filij de seipso est: ac deinceps, si opa
non fecissem in eis, q̄ nemo alius fecit: quod est testimonium patris de filio. Pater enim, in-
quit, in me manens, ipse facit opera. Ecce nunc tertius testis sp̄us sanct⁹, de quo sic ait: Cum
aut̄ venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis qui à patre pro-
cedit, ille testimonium perhibebit de me. Igitur sicut hic idem Iohannes in epistola sua di-
cit: Tres sunt q̄ testimonium dant in ecelo, p̄f & filius & sp̄us sanctus. Pater inquā faciēs ope-
ra, verbum ipsum qđ erat in principio deus apud deum, personās de carne sua dicendo, ego
principiū qui & loquo vobis, & his similia: sp̄us sanctus, consolaturus apostolos inter omes
mūdi persecutions vel odia. Itaq; glorietur fides, exultet spes, gratuletur charitas: quia vi-
delicet huic filio hominis, in quem credimus, in quo speramus, quem diligimus, non desunt
trinitatis testimonia, ne vacet ampli⁹ procacitati Iudaicæ dicere, tu de teipso testimonium
perhibes, testimonium tuum non est verū. Nunc ipsa lectioñis huius euangelicæ verba con-
sulamus. Cum autem venerit, inquit, paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum
veritatis, qui à patre procedit. Tribus distinctionibus hoc loco persona vel maiestas spi-
ritus sancti descripta est, videlicet quia paracletus, quia spiritus veritatis est, qui à patre pro-
cedit: & interpositum est quem ego mittam vobis à patre. Vnde spiritus veritatis vel para-
cletus, id est, consolator appellatus sit, iam superius dictum, videlicet vbi ait: si diligitis me,
mandata mea seruate, & ego rogarō patrem, & aliū paracletū dabit vobis, vt maneat vo-
biscum in æternū, sp̄m veritatis quem mundus non potest accipere. Restat deinceps il-
lud consyderare, quod nunc additum est, q̄ à patre procedit. Itemq; illud, quod ipse filius æ-
qualis patri, gloriam commendans suę maiestatis, sic interposuit dicens: quem ego mittam

Z vobis

Psalm. 71

2. Timo. 4

Psal. 108

Matth. 8

Psalm. 34

Psalm. 37.

Psalm. 119

Ibidem.

Psal. 118.

Deute. 17

Iohan. 8

Iohan. 14.

Iohan. 12

Iohan. 8

Iohan. 14

CCLXVI. RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. XV.

Johan. 8
Psal. 18.

Johan. 7

Luc. 24

Johan. 10.

Johan. 8

vobis à patre. Igitur ipso aspirante primum illud conemur ut cūq; eloqui quod dictum est qui à patre procedit. ¶ Notandum in primis, quod de spiritu sancto filius dei loquens, p̄fensi tempore dixit, qui à patre procedit, cum de semetipso longe superius aduersus ludostificans, p̄r̄terito tempore dixit, ego enim à deo processi & veni. Cum enim h̄c diceret, iam utiq; processerat ipse tanquam sponsus de thalamo suo, scilicet factus homo visibilis, q̄ inuisibilis deus erat. Hic autem paracletus spiritus sanctus ad homines nondum processerat. Nondum enim (inquit Euangelista) spiritus erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Hoc tunc agebatur ut procederet, p̄eunte digno apparatu magnæ poenitentie quam in se exceperebat in vnigenito dei natura carnis nostræ satisfaciens pro antiquo delicto p̄uariationis Adæ, ut procederet inquam, videlicet adueniens in remissionem peccatorum, q̄ modo nulli vñquam datus fuerat ante salutare passionis Christi sacramentum. Ipsu sane processionis verbum dignitatem personæ eius exprimit, videlicet quia dominus est equalis domino patri vel filio, qui & ipse (ut iam dictum est) dominus processit & venit. ¶ Proprietas autem vel differentia processionis in eo est, quia filius quidē processit & venit, videlicet ad condendam sanctæ ecclesiæ domum, quam per ipsum condidit, qui vniuersa creauit deus: spiritus autem sanctus tunc processit, & vsq; in finem seculi procedere non definit, ad dedi candam & illustrandam domum eandem, ut inhabitet in illa & inambulet deus viuis p̄ & filius, & ipse qui illam dedicat & consecrat spiritus sanctus. Amplius autem quando p̄ verbum suum deus pater omnia condidit, filius quidem semel processit, quia semel & simul oia condidit: spiritus autem sanctus extunc usq; in æternum in subiectam rationalem creaturæ procedere non definit, quia videlicet absq; processione eius, in opia creaturæ sublisteret nequit, quomodo absq; solis lumine luna non lucet, ut perhibent physici. ¶ Et quidem b̄a sanctorum angelorum societas, semper quasi plena luna est, & nec deficit nec minutuit, ex quo peccatis apostatis angelis, ipsi peccare nolentes, positi sunt in aspectu solis æterni. Vn & reluent plena luce ornatoe cœlorum, id est, hoc eodem spiritu sancto semper in eos procedente. Verum illa quæ in hoc seculo peregrinatur electorum hominum ecclesia, non semper in eodem statu permanet, sed nunc subleuata per contemplationem, donis eiusdem spiritus plus fulget: nunc obscura pressuris vel seculi turbinibus, minus lucet, donec finiatur iste mūdi circuitus, & ipsa quasi plena luna in conspectu solis sui quieta resideat. Bene ergo cum de seipso tempore p̄r̄terito dixerit filius, ego enim à deo processi & veni: de sp̄u sancto p̄senti inquit tempore, qui à patre procedit. Proinde filius ore catholicæ ecclesiæ, non procedens, sed genitus: spiritus autem sanctus, non genitus, sed procedens recte dicitur. ¶ Ipsu est autem quibusdam Græcorum hæreticis, quod hic spiritus sanctus non à patre & filio, sed à patre procedat solo: videlicet quia sic quasi cum determinatione filius dixit, spiritum veritatis, qui à patre procedit. Sed huic peruerso sensui presens veritas ex aduerso reficit: Cum enim dicit, qui à patre procedit, simul idem filius, qui & hoc eodem in loco dicit, quem ego mittam vobis, & alibi: Ego, inquit, mittam promissum patris mei in vos. Quid namq; est aliud paracletum mitti, quām procedere spiritum veritatis? ¶ Ipsa utiq; missio processio est, nisi hoc tantum, quod in sua substantia semper inuisibiliter spiritus procedit: in aliena autem specie ad tempus missus est, scilicet cum vel super dominum in specie columbae, vel sup apostolos eius apparuit in igne. Alias autem cum veraciter dicat idem filius, non creditis quia ego in patre, & pater in me est: Quomodo sp̄us q̄ à patre procedit, à filio quoq; pariter non procedit: Nunquid localis est filius vel pater, ut cum de secreto fonte paterni pectoris spiritus sanctus procedit, non procedat de vnigenito filio qui est in sinu patris? Cū igitur & alibi dixerit, ego & pater vnum sumus, nullatenus hic sibi patrīq; dispareat, communione p̄cessionis spiritus sancti, dicendo, quem ego mittam vobis, & qui à patre procedit, sed longe aliud est, quod his verbis intelligendum suis fidelibus innuit. ¶ Vehementer em̄ h̄c quoq; sententia repugnat hæreticis, quicunque in spiritum sanctum blasphemare aucti sunt, dicendo quod creatura sit. Quomodo enim si creatura est, à patre procedit? Nōne omnis creatura ex nihilo creata est, & earum nulla de substantia dei processit? Quid enim de deo aliud q̄ deus procederet? Igitur diuinæ naturæ simul & maiestatis testimonium est sancto spiritui, quia filius, sicut de seipso testatus est, dicens, ego enim à deo processi: sic & de illo testatur, qui à patre procedit. Et de his ista sufficient Nec enim loco p̄senti propositum est, cūcta differere, quæ aduersus hæreticam prauitatem poterant dici de vera diuinitate spiritus sancti. ¶ Nunc ad ordinem redeamus. Ille (inquit) testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Perhibebit spiritus sanctus, perhibebitis & vos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis p̄dicare quod nostis. Hoc sicut dictum, ita & factum est, ad hoc sicut veritas promisit, ita & perfecit. ¶ Venit enim paracletus, missus est spiritus veritatis, processit tunc visibiliter, qui semper inuisibiliter procedit: visibiliter (inq; tunc processit, non tamen in sua substantia, qua est inuisibilis, sed in linguis ap̄paruit

Apparuit igneis, & in corde accedit, & in ore disertos reddidit, & ita instructos testes Christi testis ipse inuictus spūs sanctus, ad publicum produxit. Tunc intonuerunt cœli enarrantes gloriam dei, non existentibus loqueli sermonibus, quorū non audirent̄ voces eorum, enarrantiū hanc filij dei gloriam, & annuntiantium hæc opera manum ei⁹, quia in sole posuit tabernaculum suum, tanq; sponsus procedens de thalamo suo: & quia à summo cœlo egressio eius, & cursus eius vñq; ad summū eius, i. quia de summis cœloꝝ, vt homo fieret, verus deus descendit, atq; decurſa via passionis, tanq; gygas exultans iteꝝ ad summuꝝ cœli occurrit. Quid igitur Iudaici facerent, qui dixerant: Testimoniū tuū non est vere, quid inq; dicerent captiuū gentium, quando huic filio dei tam glorioſo testi acquiescētes, ſuper ipsum continuerunt reges os ſuum. Sequitur: L Hæc locutus ſum vobis, vt non scandalizemini. Hoc itidem eodem mō ſentiendum eſt, quo & illud ſuperius, vbi cū diſcipulos ſuos turbando fore firmasset, dicendo Simoni Petro: Amen amen dico tibi, non cātabit gallus hac nocte, donec ter me negabis, ſtatim intulit: Non turbetur cor vestrū, i. & fi p̄r timore lingua titubat, fides in corde veftro nō deficiat. ¶ Eodem inquā modo & hoc ſentiendū eſt, q; cum dixerit eis: Oēs in me ſcandalum patiemini in iſta nocte, nunc dicit: Hæc locutus ſum vobis, vt non scandalizemini. Aliud nāq; fuit in illa nocte ſcādalizari, aliud eſt absolute, vel ſine vlla determinatione ſcandalizari. Scandalizati etem ſunt in illa nocte, cum propter noctis illius turbinem, percuso p̄fatore, metu diſpersæ ſunt uestiſed non fine vlla exceptione ſcandalizati ſunt, quia cōpatientib⁹ animis cū illo erant, à q; corporaliter diſperſi fugiebāt, & nec ipſe Petrus, cū trepidō ore negaret, corde in eū credere definit, quem cōfessus fuerat eſſe Chrm filium dei. Non ergo fruſtra fuit, q; eos p̄rmonuit atq; p̄muniuit, dicendo: Hec locutus ſum vobis, vt non scandalizemini. Et adiecit, L Aſfq; synagogis facient vos. Hoc factum eſſe Christi diſcipulis in Actib⁹ Apoſtoloꝝ plenissime legitur. Flagellati nāq; in synagogis etiam de ciuitatibus exturbabant, adeo conuerſi ad gētes, synagogas alias, imo Ecclēſias nouas glorię dei conſtituerunt, ad quas lege & testamento dei translato, ipſi qui illos abſq; synagoga fecerant, abſq; synagoga dei fierent, & in synagoga Satanae exclusi remane rent. Sed paꝝ eſt q; ait: Aſfq; synagogis facient vos. Addidit ergo, L Sed venit hora, vt oīs q; interficit vos, arbitretſe obſequium p̄ſtare deo, &c. ¶ Et hæc quidē inquit, iam facere cōperunt, iam abſq; synagogis fecerūt vos. Iam dudū eīm̄ conſpirauerūt, vt fi quis me confite tur eſſe Chrm, extra synagogam facerēt eum. ¶ Sed venit hora vt qd amplius eſt faciant, i. vt interficiant vos, & tanta authoritate, tanta rōnīs aſſimilatione, vt oīs qui interficiat vos, arbitretur, i. arbitrari videat, obſequium ſe p̄ſtare deo. Nam reuera & fi Saulus existimat obſequium ſe p̄ſtare deo, alligando, & interficiendo Chri diſcipulos, non tamen hoc itidem ſentiendum eſt de illis, de quibus pauloān̄ dixit: Nunc autem & viderunt, & oderūt & me & patrem meum, ſcilicet de pontificib⁹ & phariseis, qui tulerant clauem ſciētiaꝝ, & nec ipſi introibant, nec alios intrare finebant, quippe primum ipſum dominum interficiētis, deinde diſcipulos eius, non vere arbitrabantur, ſed arbitrari videbātur obſequium ſe p̄ſtare deo. Alias autem, ſi iuxta proprietatem verbi attendas, quid fit arbitrari, vnde & iudices rem quamlibet ſuo iudicio metientes dicunt arbitrari, reuera inimici Christi, & patris ipſius dei interficiendo diſcipulos eius, arbitrabātur obſequium ſe p̄ſtare deo, i. iudicabāt, quamuis contra conſcientiam ſuam, ſic placitum eſſe deo, ſcilicet p̄tendendo quaſi neceſſariam loci vel gentis caſam, ſicut primo ipſi fecerunt aduersus ipſum dominum dicentes: Si dimittimus eum ſic, oēs credent in eum, & venient Romani, & tollēt noſtrum locum & gentem. Nempe in hoc arbitrio pertinaciter permanentes, item pro loco vel gente ſe ſtare subdole arbitati ſunt, qñ ſtatuerunt contra Stephanum testes, qui dicerent ſe audiffe eum dicentem, quia Iefus Nazarenus deſtruēt locum iſtum. ¶ Igitur venit hora, inquit, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe p̄ſtare deo. Hora inquam, id eſt, breue temp⁹. Non enim diu licuit illis interficere Christi diſcipulos, quaſi pro illo dei templo, cui⁹ emulabantur quidem veterem cultum, ſed non ſecundum ſciētiam, id eſt, dei charitatem, quam veram, id eſt non inflantem conſtat eſſe ſcientiam. Siquidem ſubuerſum eſt poſtmodum, non à Christi diſcipulis, ſed à gentibus Romanis impleta prophetia, quaē de illa corrupta vinea p̄dixit: Exterminauit eam aper de ſylua, & singularis feruſ depaſtus eſt eā. Hora hæc plane persecutionis Iudaicæ, breue tēpū extitit. Neq; eīm̄ de idololatriſ persecutorib⁹ hoc diſcendum fuit, quippe qui non hora, ſed longis multorum temporum persecutionib⁹ Apoſtolos & martyres Christi interficiendo, non deo, ſed dijs ſuis obſequium ſe p̄ſtare arbitrabantur. Sequitur. L Et hæc facient vobis, quia non nouerunt p̄fem, neq; me. Ac fi dicat, Iccirco vos non ſolum abſq; synagogis facient, ſed etiā interficien, q; oderunt & me & patrem meum. Cum enim ſupra dixerit, nunc autem & viderunt, & oderunt me & patrem meum. Itemq; Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo, non vtiq; ignoratiām excusat, ſed odium cognoscere nolentium condemnat, dicendo: Quia non nouerunt pa-

Pſal. 18

CAP. XVI.

Iohān. 15

Matth. 26:1

Zachā. 13:1

Act. 5. 13:1

Apoc. 3:1

Iohān. 5:1

Act. 7:1

Luc. II.

Iohān. 11:1

Act. 6:1

Roma. 10:1

Pſalm. 79:1

CCLXVII RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. XVI.

e. Thess. 10.

trem neq; me. Huiusmodi contumacis ignorantiae perueritatem Apostol^o Thessaloniken sibus insinuans, cum præmisisset in flamam ignis, dantis vindictam his, q; non nouerūt de um, statim addidit: Et qui nō obediunt Euangelio dñi nostri Iesu Christi, qui peccas dabūt in interitu à facie domini. Recte igitur per hoc quod ait: Quia non nouerunt, contemptus dei signatur & odium. Et protinus subiungitur. L Sed hæc locutus sum vobis, vt cum vene rit hora, reminiscamini, quia ego dixi vobis. J Facient (inquit) sed vos consolamini. Nā ic circo nunc ea prædico vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vo bis, & reminiscentes illud q;q; non obliuiscamini, quod pollicitus sum, quia in omnibus pres suris, nec capillus de capite vestro peribit, & inimicis occidentibus corpora, in patientia ve stra possidebitis animas vestras. L Hæc aurem ab initio nō dixi, quia vobiscū eram. At nūc vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, q; vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. J In hac euangelica lectione primum diligenter il lud perspiciendum est, quid intendens dominus dixerit: Vado ad eum qui misit me, & ne mo ex vobis interrogat me, q; vadis. Nam vere quidem cum hæc diceret, abitur^r erat in cœ lum, tam manifesta ascensione, vt nō opus fuerit vlli Apostolorum interrogare eum, q; va dis: Videntibus illis quia eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Verū sic eo va dente, nō tristitia, sed gaudium impleuit cor eorum, sicut manifeste Lucas testat, quia & ipsi adorantes reuersi sunt in Hierusalem cū gaudio magno. De cuius inenarrabilis gaudij illo rum magnitudine propheta lōge p̄dixit: Ascendit deus in iubilatione, cōtinuo subiungenst. Et dñs in voce tubæ, videlicet pro terrifica secundi aduentus eius prænuntiatiōe, quia dixerunt angeli illis intuentibus in cœlum: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntē in cœlum. Itaq; nō tristitia, sed gaudium corda discipuloꝝ impleuit, p eo q; ipsis cernentibus sal uator in cœlum ascendit. ¶ Ait aut̄ hic: Sed quia hæc locut^r sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Et paulo post: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus au tem gaudebit. Vera ergo ratio postulat, de via vel transitu passionis eius hoc dictum intelli gi, de quo & Euāgelista superius: Sciens (inquit) Iesus q; a venit hora, vt transeat ex hoc mū do ad patrem. Præterea scire oportet, quia per passionem Christi hoc actum est, q; ḡfā pa racletus spiritus in nos effusa est. Nam si Christus non passus in cœlum ascēdisset, profecto iste spūs gratiæ, qui per sanguinem eius peccata remittit, datus non fuisset. Quod ip̄e sua cō firmat sententia dicens: Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terra mor tuum fuerit, ipsum solum manet. Hoc igitur sensu præeunte, quid dicat audiamus: Hæc au tem ab initio non dixi, quia vobiscum eram, & est sensus. Ea quæ de paracleto spiritu sc̄o nunc vobis dico, iccirco ab initio, id est, ex quo me secuti estis, non dixi, quia vobiscum era, quia nondum propter peccata vestra vulneratus, nōdum propter iniquitates vestras de ter ra viuentium abscessus vel contritus eram. Iccirco inquam de hoc paracleto, de hoc spū ad optionis filiorum hæc vobis non dicebam. At vero nunc vado ad eum qui misit me, nūc in quam quando traditus in mortem, in manus patris commendo spiritum meum. ¶ Quid au tem hoc sibi vult, quod ait: Et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Videlicet quia fue rat interrogatus ab illis dicentibus: Domine quo vadis, & iterum: Domine nescimus q; vadis, & quomodo possumus viam scire, & videbantur sibi promptis animis modo seq & pa rati esse cum eo, & in carcerem, & in mortem ire. At illi fugere habebant, & eum solum re linquere, quem sic instanter interrogabat. Bene ergo ait: Et nemo ex vobis interrogat me, quo videlicet illam solitudinem suam suavi redargutione prænuntians, de qua postmodum dicturus est: Amen dico vobis, venit hora vt dispurgamini omnes, & me solum relinquatis. Tunc enim reuera nemo ex eis dixit: Dñe, q; vadis, quia neminem velle vel posse eum sequi, fuga declarauit. ¶ Subiūxit ergo: Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor ve strum: Gaudendum (inquit) vobis est, quia vado ad patrem, præsertim quia (vt superius di xi vobis) ego vadens rogabo patrem, & alium paracletum dabit, & quia in domo p̄is mei mansiones multæ sunt, in qua præeunte ac duce hoc paracleto, accipiam vos ad meipsum: sed ecōtra tristitia impleuit cor v̄m, quia hæc locutus sum vobis, quia videlicet in hac hu mana cōuersatione præsentem me semper habere cupitis. L Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim nō abiero, paracletus nō veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. J Magno plane sententiam suam p̄dere firmat, dicendo: Ego ve ritatem dico vobis. Cur hoc, nisi quia vere expedit nobis, scire vel credere, q; nisi fuisset ip̄e passus, nos sp̄m adoptionis filioꝝ nō recipieremus? Ob hoc vere expediebat nobis vt abiret & hoc nihilominus expedit vobis credere, quia factum nō esset, qd per ipsum gratiam recō ciliationis acciperemus, nisi ip̄e abiens sanguinem suum fudisset. Ait ergo: Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Et exponēs quām vere hoc expeditat: Si enim (inquit) non abiero, paracletus non veniet ad vos. ¶ Quare si non abiero, paracletus non veniet ad vos? Videlicet quia non erit in quo consoletur vos. In quo enim consolabitur vos, nisi ego

*Matth. 10.
Luc. 21.*

Acto. 1.

*Luc. 24
Psalm. 44.*

Iohan. 13.

Iohan. 12.

Esa. 53

*Roma. 8
Luc. 2.*

Iohan. 14.

Iohan. 14.

Roma. 8

ego sicut mandarū dedit mihi proficitus fecero, & inobedientiā primi hominis obedientiæ virtute excludens, perditam vobis restaurauero anima& vitam, corporumque resurrectionē ac quirendo: Ergo si non abiero, si nō de torrente in via bibero, nō veniet ad vos paracletus, i. consolator: sed nec paracletum se profitebitur iste spiritus sanctus, vt pote, non habens in quo consoletur vos, vel quid dicat vobis paternæ præuaricationis præiudicium portatibus. Amplius aut & omnes consolationes irritæ erunt quascunque locutus est hic spiritus sanctus per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius. Nec enim implebuntur scripture, quia idem spiritus sanctus prophetis, communem miseriam lugentibus pro consolatione inspirauit. Nam quæcunque scripta sunt, idcirco ad vestram doctrinam scripta sunt, vt per consolationem scripturarum spem haberetis vitæ quam in Adam perdidistis. Igitur expedit vobis, inquit, vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus nō veniet ad vos. ¶ Si aut abiero, mittam eum ad vos. Mittam eum ad vos. i. mittam eum in vos. Non enim de loco ad locū mittitur, quia vbique est deus spiritus sanctus, neque parietibus comprehenditur, sed sensibus mentis & fide suscipitur. Hoc sane semel & iterū fecit dens noster quod nunc promittit. Semel ipsa die qua resurrexit, quando vtique iam abierat, iam de sua minoratione ad gloriam & honorem, de mortali conditione ad immortalitatem, de hoc mundo ad patrem transierat. Tunc enim, i. ipsa die, stans in medio discipulorum suorum, insufflavit & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Accipite, inquam, paracletum in maximam consolationē, i. in peccatorum remissio nem, & in scripturarum reuelationem. Sic enim & in hoc Euangelista statim sequitur, quorum remiseritis peccata remittunt eis, & Lucas in eandem narrans apparitionem, tunc, inquit, aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. De qua spiritu emissione suo loco plenius dicendum erit. Iterum vero tunc misit, quando decimo post ascensionem eius die, congregatis in vnū discipulis factus est repente de cœlo sonus tanque aduenientis spiritus vehemētis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Tunc inquā ite misit hunc paracletum, vt qui omnibus æ qualiter datus fuerat in remissionem peccatorum, nunc singulis pro voluntate sua divideret diuersa dona gratiarum, vt essent facundi ad prædicandū, fortes ad toleranda certamina passionū. Sequitur: Et cū venerit, ille arguet mundū de pectō, & de iustitia, & de iudicio. De pectō quidem, quia nō crediderunt in me. De iustitia vero, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Magnam spiritus sancti fortitudinem, & oīm eorum summam quia nunc vsque spiritus idem tonat voce sua mirabiliter, mira cum suavitate agnus dei mox immolandus prænuntiat. Cuncta enim quia homines hoc spiritu sancto inspirati vel inflammati, fortiter atque suaviter ex tunc prædicant, principaliter de his tribus disputatione, peccato, iustitia, atque iudicio. Quæ singula exponēs, de pectō, inquit, quia non crediderūt in me, & cetera. Horum duo sunt opposita sibique cōtraria s. pectō atque iustitia. Tertium est iudicium, in quia duobus illis, peccato videlicet atque iustitiæ, loca vel promissioma condigna reddēda sunt. ¶ Peccatum sane hic non tantum Iudæorum accipendum est, qui non crediderunt in eum quem corporaliter præsentem viderūt & audierūt, sed primum quidem Iudæorum, deinde Græcorum, i. omnium totius mundi nationū. Nō enim dixit, ille arguet de peccato Iudæos, sed ille inquit arguet mundum: neque Iudæos tantum, sed omnem quoque per apostolos Christi arguet spiritus sanctus mundum. Quomodo inquis totus redarguendus erat mundus, de hoc peccato, quia non crediderūt in eum, cum in una tantum prædicauerit gente Iudæos? Ad hæc inquam, Altius plane consyderādum est incredulitatis pectō: Omne quiape vitium & omnis iniquitas generis humani ab incredulitate sumpsit initium, quia videlicet, primi homines, plus serpenti quia deo crediderunt vel obaudierunt, & exinde corrupti posteri eorū & gentes magis diabolo vel idolis eius quia deo credentes, & Iudei magis Antichrm quia Chrm expectantes, communiter peccauerunt, & omnia (ingr. Apls) in incredulitate conclusa sunt. ¶ Itaque per pectō quod sic exposuit dicens, quia nō crediderunt in me, omnis iniustitia vel inobedientia veteris hominis, & per iustitiam quam sic designauit dicens, quia ego ad patrem vado, oīs iustitia vel obediētia noui hominis intel ligenda est, de quibus vtique scilicet pectō atque iustitia mundum spiritus sanctus in eo redarguit quia pro predicatorē suos vrgere nō desinit, instans opportune importune, vt exuant veterē hoīem cum actibus, & induāt nouū, eū quia secundū deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Iustitia nanque noui hoīis in eo pulchre designat, quia ait, quia vado ad patrem. i. quia obediens patri vsque ad mortem, præsentis vitæ cōmunem relinque cōuersatiōem. Quod sic debe re intelligi, & supra iam dictū, & adhuc postmodū dicendū est, vbi ait: modicum & iā nō videbitis me, & ite modicū & videbitis me, statim adiungēs, quia vado ad patrem. Ergo peccatū cui hæc iustitia presentī loco opposita est, radix oīm peccatorum, scilicet originale peccatū est, cui cū in baptismo Chrfi abrenūtiare iubemur, & eiusdem noui hominis fides iudiciūque futurum nobis credendum cōmittitur, vere de pectō & de iustitia & de iudicio mundum redarguit spiritus sanctus, vt nō vacet vlli homini nescire, quis peccati, quia iustitię finis sit, quan

CCLXX RUPERTI IN IOHANNEM. CAP. XVI.

quām tremendū iudiciū ad discernendū vtriusq; meritū in fine futurę fit. ¶ Sane q; ait. De iudicio aut, q; princeps mundi huius iā iudicatus est, cōsequente eoꝝ damnationē, q; adhuc illi adharent, terribiliter expressit, quia videlicet iudicato capite, mēbra q; pariter p̄cipitan da credunt, dicente iudice: Ite maledicti in ignē æternū, q; pr̄paratus est diabolo & angelis eius. Igitur passionē Christi cōsecuturus aduentus sp̄s sancti, causa digna est, cur contristari nō debeant eius discipuli, p eo qd ad patrem vadit. Sed ea q; nunc dixit, & cetera huius modi quæ de ipso sciri oportet & credi, ipsi ferre nōdum erant idonei. Vnde & p̄tinus ait. L Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare mō. Ergo qd superius dixerat: Iā nō dico vos seruos, q; seruu nescit quid faciat dñs eius: vos aut dixi amicos, quia oia quæ cunq; audiui à patre meo nota feci vobis; de futuro oportet intelligi, & idcirco pr̄terito ē pore sic enūtiari, q; sine dubio mox futurę est qd p̄mittit. Sequitur. L Cum aut venerit ille sp̄s veritatis, docebit vos omnem vtritatem. ¶ Omnem quippe veritatem, quā scire oportet ille docebit vos, aperiendo vobis sensum, vt intelligatis scripturas, & cognoscatis in veritate cuncta, q; vel parabolice dicta, vel figurate facta cōtinentur in lege, & p̄phetis, & psalmis de me. L Nō enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. ¶ Inde inquit est sp̄s veritatis, & inde vos omnem veritatem docebit, quia nō loquetur à semetipso, sed quæcūq; audiet loquetur. Spirit⁹ enim qui à semetipso loquitur, nō sp̄s veritatis, sed sp̄s est mendaci⁹, & omnes p̄phetas mendaces facit, vt prophetent de corde suo qd dñs nō est locutus, & confringant esse qd nō est, vel malum esse qd bonum, & bonum esse quod malum est. Non sic loquetur iste spiritus, sed quæcunq; audiet loquetur, i.e. ea quæ sunt, quæ vera existunt, & authoritatem in scripturis habent, loquetur, nihil cōfingens, nihil perueriens, & veros prophetas faciet vos, vt non loquamini à vobis metipsis, sed loquamini quæcunq; audietis in lege, & p̄phetis, & psalmis de me, nihil cōfingentes, nihil deprauantes, sed vero sensu veridicā scripturā exponentes. Ita nō à semetipso loquitur, sed quæcunq; audiet, loquet per os vīm sp̄s veritatis, & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis, vt nō solum p̄pheta cum docti auditores, sed etiam futurorum ipsi cognitores & p̄phetis sitis cōpares: in super & futuram beatitudinem vestram tali nuntio p̄egustantes. ¶ Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. ¶ Ille inquam talis tam verus, & tam idoneus testis me clarificabit, quia de meo accipiet. i.e. de eo quod scriptum est de me, accipiet, & annuntiabit vobis, vestro patenter insinuādo intellec̄tui. Verbi gratia, Meū est illud dictū in psalmo: Dñs dixit ad me, filius me⁹ es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditarē tuā, & possessionē tuā terminos terræ. De hoc meo testimonio accipiet, vobisq; intimabit autoritatē testificandi de me, q; ego dñi dei filius sim, nō adoptatus, sed genitus, quia dixit ad me: Ego hodie, id est, in æternitate, genui te, & q; ille iusserit mihi nunc facio, postulare gentes, qd inquam nunc facio in istis diebus carnis meæ, preces supplicationesq; ad eum, q; me saluū facere possit à morte, cū clamore valido, ac multis lachrymis offerens, & profecto mox p̄ mea reverentia exaudiet me: Dabo inquiens tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionē suā terminos terræ. Hoc profecto meum est, & quoties tale qd annuntiabit, vel aperiet vobis, de meo accipiet, quia cū ego verbū dei sim, oēs scripturæ dei meæ sunt, testimonia mea sunt. Et hoc faciens, ille vtiq; me clarificabit, testimoniū perhibens de me, vt vos q; in omni pr̄torio, in oībus synagogis, vel cōcilijs, talē habentes vel aduocatū, vel p̄locutorē, testimoniū perhibeat, q; ego filius dei sim, & q; oēs gentes, oēsq; termini terræ hæreditas vel possessio mea iure sint. Quærat forte alius, cur nō dixerit: Mea accipiet, sed de meo accipiet, & annuntiabit vobis. At ipse continuo. ¶ Omnia quæ habet p̄f, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. ¶ Quæris inq; cur nō oia, sed de meo accipiens annuntiabit? Ecco dico: Oia quæ habet pater mea sunt. Quænā sunt quæ habet pater? Habet immortalitatē, & lucē inhabitat inaccessibilē, & talia quæcunq; illum habere sacra scripture testis est, quæ vtiq; hominum nemo dum vivit, sicuti sunt, videre vel cognoscere potest. Hoc em̄ vobis in futuro repositū est, vt cognoscatis nunc ex parte quidem, & videatis per speculū in ænigmate, tunc autem cognoscatis sicut & cogniti estis, & facie ad faciē videatis. Hæc aut oia quæ habet pater sic incōprehensibilia, mea sunt, quia videlicet eiusdem, cuius & ille. naturæ ego sum, & est mihi cū illo una diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. ¶ Recte igitur nō dixi mea, sed de meo accipiet, vide licet ppter ea, quia nō in vita præsenti omnia, quæ patris & mea sunt, vobis annuntiabit, sed ex parte cognoscere, & ex parte p̄phetare dabit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Sequitur. ¶ Modicū & iam non videbitis me, & iterum modicū & videbitis me, quia vado ad patrem. ¶ Iuxta alios Euangelistas, interea dum hæc dicuntur, erant apostolorum oculi grauati, & importune dormitabant præ tristitia. ¶ Sciebat autem ille, quem nihil latebat, qualiter interim Iudas perditionis filius, & mortis minister, agitante se diabolo, discurreret, festinaret, accipiens cohortem, & à principibus & phariseis miniſtris

stros, laternas ac faces accendens, & arma conducens. Quæ omnia, priusquam fierent, hoc itidem salus nostra dominus Christus proposuerat, vt non perderet quenquam ex ipsis, quos pater sibi dederat. Igitur secundum quod apud alium Euangelistam dicit sic: Nō potuisti vna hora vigilare mecum, vigilate & orate, ne intretis in tentationem, & in hoc Euāgelista volens eos sollicitos, & ad euadendum paratos esse: Modicum (inquit) & iam non videbitis me. ¶ Modicum sustinete mecum, & vigilantibus oculis confyderate & attendite me. Nō post hoc modicum, i.e. post hanc horam vel diem instantem, iam non videbitis me. Ne vero turbetur cor vestrum, ecce & hoc vobis dico, quia iterum modicū & videbitis me, qd vado ad patrem. ¶ Notandum qd dicendo: Et iam non videbitis me, & iterū videbitis me, pene circa idem opposita vel contraria constituit. s. videre & non videre, videlicet ad commendandam veritatem resurrectionis, qualis & in ipso post modicum, & in nobis in fine seculi futura fit. ¶ Cū enim utrobiusq; dicit, me, seipsum & non alium in vera substantia carnis resurrectum esse asserit: cum autem, & iam non videbitis, & videbitis, dicit immutationem, i.e. aliā eiusdem carnis gloriam fore repromittit. Hoc inquit notandum, quia iam non videbitis, i.e. in æternum non me videbitis (inquit), s. qualem nunc videtis, utique passibilem, mortalem, cum hominibus conuersantem, humanas infirmitates scientē, virgines dolorē, & nouissimum viroq; talem iam non videbitis me post hoc modicum, id est, post diei sequentis horam nonam. Nā ecōtra immortale atq; impassibile ite videbitis me, atq; ita nō quidem alium, sed tñ lōge alteratum videbitis me. Igitur qd dicturus iterum videbitis me, pmittit; iam non videbitis me, profecto non humanæ substantiæ veritatē interituram, sed naturæ gloriā per virtutem resurrectionis asserit immutandā. Sequitur. ¶ Dicebant ergo ex discipulis eius ad inuitē: Quid est hoc qd dicit: Modicū nō videbitis me, & ite modicū & videbitis me, & qd vado ad patrem? ¶ Videlicet qd virtutem resurrectionis nesciebant, imo nec ipm resurrectum esse credebat, quippe qui de illo magna sentientes, nec hoc saltē, qd moriturus esset intelligere poterant. Proinde non mirum, qd vim sermonis capere nequivant. ¶ Dicebant ergo: Quid est hoc qd dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur. ¶ Poterat utique dñs sic hæsitantibus quid loqueretur edicere verbis eidētioribus, verē res ipsa mox subsequens oīa commodius declaratura erat. Hoc pfecto teneris mentibus expediebat, vt nec omnino reticeret, nec totam, sed ex parte rem doloris immensi verbis p̄nuntiaret, videlicet ne illa tē pestas irruens repente nimis, fidei fundamentum in illis penitus euerteret, sed sensim reuelatus dolor tolerabilius fieret. Proinde adhuc ita sequitur. ¶ Cognouit ergo Iesu, quia volebant eum interrogare, & dicit eis: De hoc quæratis inter vos, quia dixi vobis: Modicū & nō videbitis me, & ite modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Amen amen dico vobis, qd plorabis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. ¶ Ecce palam est, quia cū consilio suo doctrīx sapientia, suauiter agens, & sollicitudinem auger, & causam sollicitudinis subiectam ex magna parte continet. Præmisso nāq;: De hoc quæratis inter vos, quia dixit: Modicum & iam non videbitis me, &c. non dicit cōtinuo, qd intellectui primum esset r̄vnū modicum est, ab hinc usq; ad horam nonam instantis diei, qua transacta sepeliēndus sum, & iam nō videbitis me, & aliud modicum est, ab eadem hora usq; in diem tertium, qd resurgam, & ite videbitis me, sed ita subiungit: Amen amen dico vobis, quia flebitis & plorabis vos, mundus autem gaudebit. Hic subaudiendum est, sed postmodū plorabit & vulturabit, vel risus eius dolore miscebitur, & extrema gaudij eius luctus occupabit. Nam econtra mox sequitur: ¶ Vos autem contrastabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. ¶ Mūdi huius inquit immundi, qui suis immunditijs me aduersantem odit. Mundi inquam, i.e. amatores mūdi, inde gaudium erit, quia vado ad patrem, quem tñ ille nescit. ¶ Sed tale eius gaudium contritio duplex absorbebit. Primum, quia venient dies in quibus dicent: Beatae steriles, & venires qui non portauerunt, & vbera qd non lactauerunt, videlicet qd veniēt Romani & tollēt eorum locum & gentem, secundū pauore ipsorum: deinde qd tandem videbunt in quē transfixerunt. V̄fa autem tristitia quantā lœtitia operetur, vel quanta delenda sit gaudio, ecce p̄ si mile vobis intimo. ¶ Mulier cū parit tristitiam habet, qd venit hora ei⁹. Cū autem pepererit puerum, iam non meminit p̄ssuræ, propter gaudiū, qd natus est homo in mundū. Igitur & vos nunc quidē tristitiam habetis, vt hoc qd per conclusionem sic infertur. Igitur & vos nunc qdē tristitiam habebitis, cōmodius sedeat, sumere prius vel subaudire cōuenit, sanctā ecclesiam mulierem magnā esse & inclytam, eiusq; virum siue maritum, patrem oīm deum, puerū autem eius, quem ex eodem viro per magnā veri amoris concepit gratiam, ipsum esse, qui hæc loquitur, dñm nostrum Iesum Christum. Hunc enim tunc primitus per fidem concepit, qd iam adolescentula in Abraham pmissiones audiuīt dicentis: In semine tuo bñdicentur oīes gentes, & credidit, & ex tunc beata progenies mente grauida, verbum pmissionis baiulans in patriarchis & pphetis per eiusdem verbi incrementa pficiens, quasi foeta alio magis ac magis tumuit, tandemq; diu desideratum puerum mulier eadem, cui⁹ beati apostoli magna

Hebr. 14
Esaiae. 13

Prover. 14

Lucæ. 23
Iohann. 11
Zacha. 5

Gene. 22

CCLXXII. R V PERTI IN IOHAN. CAP. XVI.

portio sunt, in magno dolore & angustia passionis enixa est, videlicet eum in die eternitatis feliciter nascentem, i. à mortuis resurgentem, & iam non meminit pressuræ propter gaudium quia natus, quia renatus est, & rediuius est hō in mundum redemptum, & salutatum, ut mūdi, imo cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt obtineat principatum. Proposita itaq̄ similitudine q̄ dicit: Mulier cum parit tristitiam habet: cum aut̄ pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, hoc quod iam dictum est, per subauditionē sumendum est, & sic validior conclusio sese inferet: Et vos igitur nūc quidem tristitiā habetis. Ite aut̄ video vos, & gaudebit cor vrm, & gaudiū vrm nemo tollet à vobis. Vos inquit qui nunc estis quasi mulier in vtero habens, q̄ clamat parturies, & cruciatur vt pariat, ego ite aut̄ video, vobisq̄ videndus apparebo, separatus quidem à vestra mortalitatis vtero, sed bono vestro natus, & immortalis factus in regnū eternum. Et gaudebit cor vrm, & gaudium vrm certū & verē, nemo tollet à vobis. Nam vos constanter gaudentes dicetis: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Vere enim inuanum frement, & inania meditabuntur, qñ cedent vos in synagogis, ibi etenim magis gaudebitis, & ibitis gaudentes à conspectu concilij, qñ digni estis pro nomine meo contumeli am pati. Quod & si corpus occiderint, sic quoq; cor vestrum gaudebit, quia gaudium vrm non in carne, quæ potest occidi, sed in corde vel anima, quam persecutor occidere non potest, repositū erit. Vrm igitur gaudiū nemo tollet à vobis. Et in illo die me non interrogabis quicq;. Nūc de hoc quereritis inter vos, quia dixi vobis: Modicū & iā nō videbitis me & iterum modicum & videbitis me, & vultis me interrogare, verē in illo die gaudiū vri me non interrogabitis quicq; horum: scietis enim regē vel effectū præsenti euidentia perdocti. Sed & cæterorū qccidit scitu opus erit, ex illo die sensum habetis apertum, scripturas interrogabis, legis, prophetarūq; & psalmorum volumina consuletis, & ipsa vobis edisserent, qd fecerim, aut qd locutus sim vobis. Sequitur. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in noīe meo dabit vobis, vsq; mō non petistis quicq; in noīe meo. Petite & accipietis, vt gaudiū vrm sit plenū. Sæpius replicādo, suisq; inculcādo discipulis dñs noster, vt in nomine suo petendū esse nouerint, si quid patrem petere velint, mediatorem dei & hoīm sese salubriter cupit agnoscī. adeo necessarium, vt nemo ad patrē venire nisi per ipsum, nemo à patre quicq; possit impetrare nisi per nomen suum. Vnde salutaris mos, & catholica hæc more sanctæ ecclesiæ orandi regula est, vt in omni oratiōe, quā ad patrē dirigit, subiugat: p dñm nřm Iesum Chrm filiū tuū, q̄a videlicet ppter hanc nulla via, nullumq; est aliud ostium, ad qd respiciens efficaciter dicat: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo eleuatio manū mearū sicut sacrificium vespertinū. Solū huius vniq; eniti filii dei nomen, qd est Iesus Chrs, necessarium vniuersæ orationis est vehiculū, q̄ in cœlū directo cursu perlata, cōfistat ante patris cōspectū, salutēq; de finu eius & gratiam fugere valeat remissionis peccatorū. Verē hoc Ap̄lī necdū sciebant: iccirco iam abitur magister vitæ, hoc illis: in sermone suo commendabat attentius. Itaq; dum dicit: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in noīe meo, dabit vobis: ecōtra subaudiendū est, quia nihil pater dabit vobis, nisi orates in nomine meo petieritis. Superioribus aut̄ ita præsens lectio coniungitur: vt scias, inquit, q̄ vere magno fructu gaudiū subsequentis, nunc vos tristitiā habeatis, sicut mulier cum parit, hoc vero dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. In nomine inqt meo, i. secundū nomē meū, qd est Iesus, & saluator interpretat. Cuius noīs causam sive rōnē angelus btō Ioseph exprimēst: Ipse enim inqt saluū faciet pp̄lm suū à peccatis eorū. Ergo in noīe Iesu petere est illud petere, propter quod ipse qui hoc nomen sibi elegit, descendit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus est, crucifixus, mortuus, & sepultus est, & surrexit tertia die, & ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris. Quare autem hoc totum factū nisi vt per nomen eius remissionem peccatorum acciperemus? Ergo cum quid petimus, quod causæ huic fine dubio cooperetur, fiderenter tanq; in noīe Iesu petentes nos accepturos speremus. Qui sensus ex alio Euangeliū loco melius eluet: Amen inquit dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacūq; petierint, fieri illis à pte meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quinam sunt hi duo consentientes, qui inquam sunt duo vel tres in nomine Iesu congregati, nisi de quibus præmiserat, dicens: Si peccauerit in te frater tu⁹, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si non te audierit, adhibe tecū adhuc vnu. Tunc nanq; duo sibi consentiunt, qñ is qui peccauit frater, fratrem audit corripiente: tunc inquā duo vel tres congregati in noīe Iesu sunt, qñ vel inter se & ipsum solum quis corripit peccātem, vel nondū auditus adhibet secū adhuc vnu. Qui profecto tunc vere congregati sunt, & vere sibi cōsentiant, qñ is qui peccauit, lucrificatus, inclinatur ad pœnitentiæ cōsensum. Proinde fiducia datur illis vniæ vel salutis fraternalæ, cum dicitur: Si duo ex vobis cōsenserint super terram de omni re, quacunq; petierint fieri illis, & ex præcedentibus necessario subaudiendū est, vt dicas de omni

Apoc. 12.

Psal. 2.

Act. 5.

March. 10.

Lucas. 10.

Luc. 24

1. Timot. 2.

Psal. 104.

Matt. 1.

de omni re peccati. ¶ Cæteroꝝ aut̄ quicquid petierimus pro superfluis volūtatisbus nosiris,
nequaquam ppter has vel cæteras huiusmodi pollicitationes suas, quasi debitor iure tenen-
dus est, præsertim cum in oratione sua, quam Ap̄lis dicētibus: Doce nos orare, ipse compo-
suit summam oīm quæ petenda sint, septem petitionibus secundum septem dona sp̄is san-
cti designauerit, quarum prima est, Sanctificetur nōmē tuum: septima, Sed libera nos à ma-
lo. Igitur cum dicit: Amen amē dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit
vobis, oportet vt neq; à patre quicquam, nisi quod nostræ salutis sit, petere audeamus, neq;
nos impetrare aliter, nisi per vnigeniti filij nomen arbitremur. ¶ Quod quia necdum Ap̄li
(vt prædictum est) nouerant: V̄que modo inq; non petistis quicq; in nomine meo. Deniq;
nondum iam perfecte nouerant eum, licet crederent, vel confiterentur eum Ch̄m filiū dei
viui, necdum inquam tam plane cognouerunt eum, vt scirent illi eum legationem suscep-
ſe nostræ pacis, & mediatorem datum esse ad impetrāndam hominibus gratiam dei patris.
Proinde nō petierant quicq; hactenus in nomine eius, siquidem nec ipse hoc illis aī hanc ho-
ram sua passionis mandasse inuenitur, quanq; multa in plerisq; locis de orationis instantia
sit locutus. Et addidit: Petite & accipietis, vt gaudiū v̄m sit plenū. Ordo vel sensus hic est.
¶ Petite, vt gaudium v̄m sit plenum, & accipietis. In q; aut̄ gaudiū plenū esse poterit, nisi vt
veniamus & appareamus ante faciem dei. Omne nanq; gaudiū mundi hui⁹ deceptiuum, &
omnis risus eius erroneus est, solum autem de visione dei, & risus faciei eius plenis plenitu-
dinem habet, & in veritate est, nec enim obscurari vel auferri potest. Igitur cum dicit: Peti-
te & accipietis, vt gaudiū v̄m sit plenum, illa tantummo petēda esse innuit, q; proficiant ad
visionem dei, in q; solo plenitudo gaudiū est. Tandem in calce sermonis infert. L Hæc in pro-
uerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cū iam nō in puerbijs loqr vobis, sed palam de patre
annūtiabo vobis. ¶ Quænā sunt q; in puerbijs locutū esse asserit? Nunq; ex q; surrexit à cœ-
na prouerbia sive parabolas dixit, & non potius plano sermone præcepta dilectionis, & hor-
tamenta patientiæ dedit: Siqdem & Ap̄li solum hunc sermonem respicientes, quem in illa
nocte hucusq; pduxit; Ecce inquit nunc palam loqueris, & prouerbium nullum loqueris.
¶ Cum ergo dicit, hæc in puerbijs locutus sum vobis, &c, non ad verba ipsa, quæ tunc loq-
batur referri voluit, alioquin magis propriæ sic dixisset: hæc puerbia locut⁹ sum vobis, si tñ
reuera prouerbia poterant conuenienter dici, quæ hactenus locutus est eis: Sed hæc inquit q;
nunc instant, quæ nunc aguntur, scilicet passionem meam, pro qua cor vestrum tristitia nūc
impleuit, resurrectionē q; vel ascensiōem, qua visa gaudebitis, & gaudium vestrum nemo
tollet à vobis, paracleti quoq; effusiōem, quem si abiero, mittam ad vos, vt iam dixi. Hæc in-
quam in prouerbij hactenus locutus sum vobis, varijs præsignauit figuris vsq; in hanc ho-
ram passionis, imo vsq; dū tradente me spiritum, scindatur velum templi à summo vsque
deorsum, ipsa sui scissione contestans, ea quæ hactenus latebant sub figuris, deinceps in veri-
tate clarescente mysteria verbi dei. Extunc enim iam nō in prouerbij loquar vobis, sed pa-
lam de patre meo annūtiabo vobis, ita vt præsentibus rebus, quarum figuræ præcesserunt
vos non solum intelligere ea quæ præsens ipse feci, vel locutus sum vobis, sed etiam quæ in
figura cōtingebant patribus vestris, discutere & apire possitis. L Illo die in nomine meo p̄-
tetis. ¶ Illo inquam die reuelatæ gratiæ, die salutis, & acceptabili tempore, quando sp̄is ve-
ritatis docebit vos omnem veritatem, de meo accipiens, & annuntians vobis: vos in nomi-
ne meo petetis, quia videlicet cognoscentes me, & credentes quia ego in patre, & p̄ in me
est, v̄g; deū & hoīem, & que vt p̄em adorabitis, & sic in noīe meo petetis, qd̄ vsq; modo nō
fecistis. L Et nō dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim p̄f amat vos, quia
vos me amastis, & credidistis quia à deo exiui. ¶ Non inquit illo die ego rogabo patrem de
vobis. Ne forte hæreticus nō intellexerit, quomodo supra dictum sit: Et ego rogabo patrem
& aliū præacletum dabit vobis, & inde argumentet, patre minorem esse filium, eo q; roga-
re minoris sit, ecce & hoc ediuerso infert: Et nō dico vobis, q; ego rogabo patrē de vobis,
scilicet illo die, q; (vt iam dixi) in noīe meo petetis. Nam isto qdem die, q nūc ingruit, die tri-
bulationis meæ, q; capiūt animam meam, & irruunt in me fortis, ego rogabo patrē, & alium
præacletum dabit vobis: rogabo inq; sacerdos factus ipse sacrificiū secundū passibilem ho-
minis naturā: illo aut̄ die & deinceps, q; ite in gaudio cordis v̄fi videbitis me, iā non roga-
bo patrem de uobis. Quare: Ipse enim pater amat uos. i. isto rogatu meo fibi reconciliatos
iam habet amicos uos, & de filiis iræ fecit filios græ suę. Vnde hoc? Quia uos me amastis, &
credidistis, q; à deo exiui. L Exiui à patre, & ueni in mundū: ite & relinq; mundū, & uado ad
patrem. L Exinaniui me formā serui accipiens, & ueni saluare mundū, custodiendo uias du-
ras propter uerba labiorū patris, dū non loquor opera hoīm. Ite & relinquo mundū, depo-
nens seruitij iugū, & uado ad patrem, ppter passiōem mortis recipiens gloriam & honorē.
Propter hoc ipse pater illo die amat uos, quia credidistis hoc. Etenim ista credulitas effici-
ens causa est, ut mea p̄st uobis passio, ut reconciliemini deo, vt non iam filios iræ, sed gratiæ
reputet

Matth. 6

Ephe. 2

Ecc. 2

Match. 27

1. Cor. 10

2. Cor. 10

Psal. 58

Ephe. 3

Philip. 2

Psal. 10

Hebr. 2

CCLXXXIII. R V PERTI IN IOHAN. CAP. XVI.

reputet & amet vos, ita ut iam ex illo die non oporteat me patrem rogare de vobis, qd modo semel facio, semel enim morior, & qd morior peccato non meo, sed vestro morior, deinceps viuam deo, qd sicut dixi vobis vado ad patrem, a qd propter hoc exiui, ut hoc modo redirem. Hoc nempe illud est, qd Psalmista cœlis enarratis audiuit aure prophetica. Præmisso namq; hoc versiculo, quo exposuit quam dei gloriam enarrauerit, dicens: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanq; sponsus procedes de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currēdā viam suam, statim subsecutus est: a summo cœlo egressio eius. ¶ Igitur Cherint atq; similes eius hæretici mentiti sunt dicendo, ante Mariam nō fuisse Christum: Quia exiui (inquit) a patre & veni in mundum, cōtestante propheta, qd a summo cœlo egredies sum. Sequit. L Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Dixerat enim eis ipse: Hæc in puerbijs locutus sum vobis, vénit hora, cum iam in prouerbijs non loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. Non aduerterant qd iam in præsenti tempore dixit: Hæc in puerbijs loquor vobis, sed præterito: Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Vnde iam superius dictum est. Dixerunt ergo: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Quod & si ex parte verum est, nunc, i.e. in hac coena nullum prouerbium dixerat, attamen nō palam erant illis omnia quæ dixerat. Nam & paulo ante dixerunt: Quid est hoc qd dicit nobis: Modicum & iam nō videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Nescimus quid loquitur. Adeo caligabant in illa magna tristitia nebula, qua non solum oculi, sed & interni sensus eorum erat grauati, vt ipsam quoq; ignoratiā vel tarditatem suā nescirent. Sed huic errori fides suberat, discussis ignorantia tenebris, & sedatis tristitia vel timoris tempestatibus, in suo tēpore apparitura. Nā sequit: Nunc scimus quia scis omnia, & nō opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus quia à deo existi. ¶ Venerabilis & sapientia dei cōdigna hæc p̄fessio est, qua dī: Nunc scimus quia scis omnia. Omnia namq; scire, solius est, vel sapientia eius, cuius nō est numerus, attingit autem à fine, vsq; in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hæc em̄ sola scit omnia, & omnium scrutatur corda, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Quo aut experimento istud cognoverint, indicant continuo subiungentes: ¶ Et nō opus est tibi, vt quis te interroget. Hoc plane idoneum tāta rei testimonium est. Quis em̄ est doctoꝝ adeo strenuus, vt saltem obiectis semper sufficere possit interrogationibus, ne dicā tacitis auditōrum occurre cogitatiōibus? At ille dñs & magister, quanta bñvolentia docebat, tanta & potentia corda omnium in manu sua tenebat, ita ut nō nesciret quid cuiq; deesset, quietia nulla eum cordis cogitatio lateret. Quod cum multis experimentis, vicino qd discipuli confitmati fuerant argumento, quia videlicet paulo ante dicente illo: Modicum & iam nō videbitis me. & cætera, cum dicerent quidam ad inuicem: Nescimus quid loquitur, cognovit ipse, quia volebant eum iuterrogare, & non fuit ei opus, vt interrogarent, p̄uenit enim eos dices: De hoc quæritis inter vos? Bene ergo scimus (inquit) quia scis omnia, neq; nos dubitamus, recte sic illos dixisse de illo, sine qd nemo aliis tetendit super vnumquemq; scientiā vel intellectus lineaſ: Et nō est (auit) opus tibi, vt quis te interroget, videlicet quō cuiq; homini docere cupienti opus est, aperiri verbis in qd hæreat sensus auditoris. Quod vero adiūcunt: In hoc credimus, quia à deo existi, idem est ac si dicant: In hoc credimus quia tu es ipsa sapientia, quæ dicit: Ego ex ore altissiml produi. L Respōdit eis Iesus: Modo creditis? Ecce venit hora, & iam venit, vt disperganimi, vnuſquisq; in propria, & me solum relinquatis: Sed nō sum solus, quia pater mecum est. ¶ Mō (inquit) creditis? Modo scitis? Bene quidem est, qd creditis: & bene est, quia scitis: sed videte ne turbetur cor vestrum, videte ne hæc ipsam crudelitatem de cordibus vestris fuget ventus, tollat aura. Nam ecce venit hora, & nō lōge est, sed iam venit, de qua dictum est: Quia Satanás expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: Venit (inquam) hæc hora, in qua tāta tempestate cribrabit vos Satanás, vt disperganimi, vnuſquisq; in ppria, scilicet pcul fugientes ab angustia mea, & contenti salute quisq; propria, & me solum relinquatis, vt solus vadam immolari pro vobis. Nam quo ego vado, vos (sicut superius dixi) non potestis me modo sequi. ¶ Sic implebitur scriptura, quæ in persona mea dicit: Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum: circunspexi, & nō erat auxiliator: quæfui, & nō fuit qui adiuuaret. Itaq; (vt iam dixi) omnes in me scandalum patiemini, quia dispergemi, quia fugam capietis, & me solum relinquetis. Veruntamē nō sum solus, quia pater mecum est. Nec enim sic exiui à patre, & veni in mundum, vt ille me reliquerit solum. ¶ Nunquid ergo fallitur spiritus meus in propheta dicente: Deus deus me⁹, vt qd dereliquisti me⁹ Absit. Tantillum tacebit deus meus, filebit & patiens erit, donec isti (quorū est hora quæ iam venit, & potestas tenebrarum) videant, & derideant me, loquātur labijs & moueant caput, fodiant manus meas & pedes meos, & dinumerēt omnia ossa mea, diuidat sibi vestimenta mea, & super vestem meam mittant sortem. Tantillū inquā tacebit, & dereliquerit me videbitur, quia filebit: sed post hæc non longe faciet auxilium suum à me, eruet enim

Psal. 13.

Matt. 26

Psal. 146.

Sapient. 8.

Hiere. 17.

Iob. 38

Ezech. 24.

Lucæ. 22

Esaiae. 63

Matth. 26.

Piat. 121.

enim à framea aiam meam, & de manu canis vnicā meā, à mortuis me resuscitās, & exinde palam ego faciam, q̄ non reliquerit me solum, quia narrabo nomē eius fratribus meis, & in medio Eccleſiæ laudabo. i. laudabilem faciam eum. Eph. 3
 ¶ Hæc locutus sum vobis, vt in me pacē habeatis. Matth. 10
 ¶ Quā pacē, niſi peccatorē remissionem? Quā pacē, niſi illaꝝ quæ inter deū & homines erant inimicitiaꝝ solutionem vel reconciliationem? Hanc inquit pacem valde necessariam, vt in me, id est, per mortem meam habeatis, iſcīrco hæc locutus sum vobis; locutus sum inquam, i. feci. Verba nanq; mea iam facta sunt, quia videlicet certū est futura esse, imo & impossibile est non posse fieri quæ locutus sum vobis. Quæ nam sunt ea q̄ locutus sum vobis, niſi incarnationis meæ, quæ iam facta est, & eius, quæ sine dubio mox futura est, passio-Luc. 12
 nis, ſimulq; & resurrectionis meæ certa mysteria? Hæc ego locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, testante ſcriptura, cum dicit: ¶ Si fuerit angelus loquens pro eo, vnum de ſimilibus, vt annuntiet hominis æquitatem, miſcebit eis, & dicit: Libera eum, vt non descendet in corruptionem. Inueni in quo ei propitier, &c. Vnū plane de ſimilibus eſt in hiſ q̄cunq; locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, vt liberemini, & in corruptionē non descen-Roma. 8
 datis, vt in me, qui ſolus inuentus ſum, de⁹ propitiēt vobis. Quod eſt illud vnuſ? Hoc ſcilicet, q̄ & ego & que vt vos paſſibilis atq; mortalis homo ſum. Nam cætera diſſimilia ſunt, q̄a vi-z. Cor. 16
 delicet ſolus ego de cœtis hominib⁹, qñ & quō volui natus ſum, quando & quomodo volo morior, nihilominus & quando volo reſurgo, & in cœlū ascendo. Igit̄ hæc locutus sum vobis, idem eſt ac si dixiſſet: Hæc facio vobis. Sequitur. CAP. XVII.
 ¶ In mūdo preſuram habebitis, ſed cōfidite, ego vici mundum. Pſal. 101
 ¶ Non inquit in mundo, ſed in me pacem habebitis: Nam ecōtra-Matth. 26
 rio preſuram in mundo habebitis. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis flagella-Marc. 14
 bunt vos, & ante reges & præfides ducemini propter me, & morte afficien t ex vobis. Non inquam pacem, ſed huiusmodi lites & bella & inimicitias in mundo habebitis. Sed confidi-Luc. 22
 te, & nolite timere eos q̄ corpus occidunt, & poft hæc non habent qd faciant. Nam ego vi-Pſal. 104
 ci mundū, q̄ppe q̄ occiſus ab illo, tertio die reſurgam. Hac ergo confidētia nolite timere, ha-Ho. 10. 5
 bentes pacem in me: etenim vos q̄q; occiſi reſurgetis, & eritis ſocii victoriæ meæ, conſortes
 regni, particeps gloriæ. Hab. 10. 5
 ¶ Hæc locutus eſt Iefus, & ſubleuatis oculis in cœlum dixit: Př, ve-Hab. 10. 5
 nit hora, clarifica filiu tuu, vt filius tuu clarificet te. Hab. 10. 5
 ¶ Huic orationi ſaluatoris congruit ille
 psalmi centesimi primi titulus talis: Oratio pauperis cū anxiareſ, & effunderet prece ſuā co-Hab. 10. 5
 ram dño. Etenim illa hora anxiata eſt anima pauperis hui⁹, & erat tristis vſq; ad mortē, ita
 vt (ſicut aliud euangelista refert) factus in agonia, & prolix⁹ orans ſudauerit, factusq; fit ſudor eius ſicut guttae ſanguinis decurrētis in terram. Hab. 10. 5
 ¶ Sciendū q̄ppe, q̄a non in illo cœnaculo, in q̄ cœna facta fuerat, hanc orationē fudit, Nam ſuperius Euangelista illū inde egrediē-Hab. 10. 5
 tem ſignificauit, videlicet vbi iam exacta magna parte ſermonis, cū dixiſſet: Iam non mul-Hab. 10. 5
 ta loquar vobiscū, venit enim princeps mūdi huius, & in me non habet quicq; ſed vt cogno-Hab. 10. 5
 ſcat mundus, q̄a ego diligo patrē, & ſicut mandatū dedit mihi př, ſic facio, repente ſic intu-Hab. 10. 5
 lit: Surgite eam⁹ hinc. Quo tamen tūc abierūt, nō dicit, ſed luce clarius ex alijs accipim⁹ Eu-Hab. 10. 5
 angeliftis. Sic enim concorditer referūt: Et hymno dicto exierūt in montem oliuarū. Illic
 orationem iſtam fuisse celebratam perſpicuū eſt. Nam poſtquam illuc exiſt, tunc (inqt Mat-Hab. 10. 5
 thæ⁹) venit Iefus cū illis in villam, q̄ dř Gethſemini, & dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic donec
 vadam illuc & orem. Et assumpto Petro & filijs Zebedæi, cœpit contristari & moest⁹ eſſe.Hab. 10. 5
 Et ſubinde: Et progressus inqt puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens: Mi př, ſi
 poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Hoc idem Marc⁹ euidēter narrat. Lucas q̄q; egressum
 illū refert in montem oliueti, & auulſum à diſcipulis ſuis, quantū iact⁹ eſt lapidis, poſtitis ge-Hab. 10. 5
 nib⁹ oratiſſe, addens hoc, q̄a fact⁹ in agonia prolix⁹ orauit, & factus eſt ſudor ei⁹ ſicut guttae
 ſanguinis decurrētis in terram. Itaq; consonantib⁹ cunctis, hanc orationē dixit in monte
 oliueti, præſentib⁹ Petro, & duob⁹ filijs Zebedæi, nā à cæteris diſcipulis auulſus eſt quan-Hab. 10. 5
 tū iact⁹ eſt lapidis. Alijs nanq; ſedere iuſſis, donec vadā inqt, & orem: poſtmodū Petro & fi-Hab. 10. 5
 lijs Zebedæi q̄s aſſumpferat: Sustinetate ait hic, & vigilate mecū. Et progressus, non iā quan-Hab. 10. 5
 tū iact⁹ eſt lapidis, ſed puſillū, procidit in faciem ſuā. Hab. 10. 5
 ¶ Vnde non adeo miꝝ eſt hūc Euangeliſtā, filiu Zebedæi prolixā ei⁹ ſcripſiſſe orationē, cū alij tam breuē ſcripſerint, q̄a videlicet
 vadens vt oraret, hūc ſolum ex oībus Euangeliſtis aſſumpfit, & hoc audiente orauit. Quid
 igitur pauper iſte anxiatus orauerit, quem clamorem ad deū patrem fine dubio peruenturū
 emiſſerit, in hoc Euangeliſtā pleni⁹ habentes, apponam⁹ ſi aures habemus audiendi & audia-Hab. 10. 5
 mus quid clamauerit, quā coram domino p̄ ſuo prece ſuā effuderit. ſubleuatis (inquit Eu-Hab. 10. 5
 angeliſtā) oculis in cœlum, videlicet quo ſuā orationis dirigebat clamorem validū, dixit: ¶ Pa-Hab. 10. 5
 ter venit hora, venit inquam hora, ſubauditur magnæ anguſtiaꝝ vel tribulationis, in qua defi-Hab. 10. 5
 ciunt ſicut fumus dies mei, & percutior ſicut ſcenum, leuiter occiſus iuxta communem con-Hab. 10. 5
 ditionem oīm mortalium, Sed tu clarifica filium tuu, videlicet magna reſurrectionis clarita-Hab. 10. 5
 te, vt filius tuu clarificet te, ſcilicet præclara diſcipulor̄ ſuor̄ prædicatione, vel mortuorū
 reſurrectione

CCLXXVI. R VPERTI IN IOHAN. CAP. XVII.

resurrectione. Sequit eoim. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne qd dedisti ei, det eis vitam æternam. ¶ Sicut dedisti ei potestatem ois carnis, id est omnis hominis, siue lu

Roma. 3.
Acto. 8.

dæ, siue Gentiles, & enim non est ludorum deus tñi, sed & gentium: sicut inquam dedisti ei potestatem, & decreuisti illum super omnes gentes esse regem, & principem, atqz salua-

Roma. 1.

torem, ad dandæ penitentiæ & remissionē pectorum, sic attende, datumqz tuū siue proposi-
tum confirmare rerum veritate, in eo videlicet, vt omne qd dedisti ei, det eis vitam æternam,

scilicet duplarem animaqz atqz corporqz resurrectionem. ¶ Ita cum dixisset: Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, tanqz quæreres in q se à patre clarificari, vel patrem ipse clarifi-

Psal. 40
Esaie. 53
Psal. 29.

care vellet: sic (inquit) clarifica iam actu, sicut clarificasti potestate, vt faciat deinceps filius tuus illud, propter quod incarnatus, vel homo factus est, id est omnibus, quos dedisti ei, vitam æternam det. Et tanqz iterum quæreres, quid pertineat hoc ad clarificationem patris, dare

vitam mortuis, quia dixit, vt filius tuus clarificet te, protinus adiungit: L Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. ¶ Igitur q dixit: clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, idem est, ac si dixisset, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum & attestare me esse filium tuum in virtute, cuius rei clara cognitione, causa est effectiva hoib[us] vita æterna. ¶ Eo suspirat vel intendit to-

tum huius orationis incensum, magno charitatis igne adustū, non q paup[er] iste dubitet vtrū propheta suus verum sibi prænuntiauerit dicens: Nunquid qui dormit non adiicit vt resurget? Sed vt scirent qui tunc audierunt, & intelligent q hanc eius orationem nunc legunt vel audiūt, q salus, vita, & resurrectio nra, moriendi & resurgendi causa fuerit illi, qui pecca-

Hebr. 1.

tum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In alio q Psalmo , cum iuxta sensum hu-
iusc[em] orationis, qua nunc dicit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, diceret spūs eius: Do-

mine deus meus clamaui ad te, & sanasti me, &c. Tandemqz quasi dubius quereret: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem. Nunquid confitebitur tibi puluis,

aut annuntiabit veritatem tuam? Statim vt vere certus intulit: Audivit dominus, & misertus est mei, dñs factus est adiutor meus, & reliqua. Itaqz tam in hac oratione sua dominus, q in propheticis scripturis, spūs eius non dubius orat, dum & illuc post clamorem suū dicit: Au-

divit dominus, quod magnæ est certitudinis, & hic, præmisso: Pater clarifica filium tuū, subiungit continuo: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt ostendat q oratio sua non in

incerto, sed in potestate sit. Sequitur. L Ego te clarificau super terrā, opus consummaui qd dedisti mihi vt faciam. ¶ In q iam clarificauerit patrem filius, postmodum expositor est, di-

pendo: Manifestau nomen tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo. ¶ Non ergo que-

stu opus est, quomodo qui dixerat: clarifica filium tuū, vt filius tuus clarificet te, nūc dicat: ego te clarificau super terram, quia lector vltro intelligit, clarificatum quidem iam esse pa-

trems in cognitione filij apud mentes illorum qui credebant, q hic talis à deo exierit, quæ & confessi iam fuerant esse Christum filium dei viui, sed nondum illis bene cognita maiestate vel bonitate eiusdem filij, multum deerat de glorificatione paterni nominis. Iccirco vtrūqz

dixit, vt & filius tuus clarificet te, & ego te clarificau. Cui par est quod posteri dicit: Et no-

tum feci eis nomen tuum, & notum faciam. Quod vero nunc addidit: opus consummai, quod dedisti mihi vt faciam, idem est ac si dicat: Mandatum tuum impleui, factus hō mortal is, & nunc ad summum obedientiæ, scilicet ad mortem, in qua nunc agonizor, sponte p-
ueni. Proinde mox subiungitur. L Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate

quæ habui priusq mundus esset apud te. ¶ Et qm (inquit) consummaui opus, quod dedisti mihi, nunc, scilicet in hac hora quæ venit, clarifica tu me pater, i. resuscita me: Clarifica inquæ apud te, videlicet constituendo ad dexteram tuae maiestatis in excelsis, eadem claritate quæ habui antequam mundus esset apud te, vt nihilominus adoretur ab angelis recens forma ser-

Apostoli
lux mudi,
Math. 5.

ui, quæ adorabatur ab angelis antiqua forma dei. Aliter: Et nūc clarifica tu me p apud temetipsum claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te, videlicet vt sicut spūs me us in principio ferebatur super aquas, vt angelica creatura per me verbum tuum crearetur te dicentes: Fiat lux, ita & nunc idem spiritus super aquas feratur, vt per me filium tuum noua hominum creatura nascatur, dum in morte mea baptizantur, vnde angelorum, qui cecidit decimus ordo restauretur. Nam hoc etiam modo clarificatio, qua ego tunc clarui, nūc iterabitur. Nunc demum quia dixerat: Ego te clarificau super terram, exponit in quo clarificauerit dicens: L Manifestau nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. ¶ Princi-

Ergo

Ergo nomen tuum (inquit) nomen patris mei, vel quod pater meus sis, manifestavi per opera, quae nemo aliud fecit hominibus, quos dedisti mihi de mundo, quos ad me attraxisti; electos de mundo, quia non caro & sanguis reuelauit eis, sed tu pater mihi, qui es in celis. Tu erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nisi enim tui essent, non mihi eos dedisses. Quomodo autem tui iam erant, & nondum mel, nisi quia te quidem deum invocabant, sed me filium tuum esse, vel huius filij respectu patrem te vocare, ne cedum sciebant? Ergo in eo eos mihi dedisti, qui filium tuum esse, illis reuelasti. Quo cognito, ecce ipsi sermonem tuum seruauerunt, quia videlicet omnia relinquentes, me sequuti sunt. Quia tui sermonis observationem certam esse, testatur lex dicens. Qui dixerit patri suo & matrui, nescio vos, & fratribus suis, ignoror illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel. Igitur quos dedisti mihi, tui erant, & in eo sermonem tuum seruauerunt, quia relictis omnibus, me sequuti sunt. Nunc cognoverunt, quia omnia quae dedisti mihi, hi abs te sunt: quia verba, quae dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt, & cognoverunt vere, quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Hoc vere, quia tu mihi eos dedisti, consequens erat, ut cognoscerent, ut verba quae dedi eis, acciperent, cognoscerent & crederent. Nisi enim eos tu mihi dedisses, nunquam cognouissent: sicut non cognouit perditus ludas, cuius ab effectis palam omnibus est, quia non eum tu mihi dedisti, nec tui causa me sequutus est, sed cum non esset tuus, tuis per hypocrismum fuit admixtus, peccator & dolosus. Propterea nunquam hoc illi sapuit quod isti cognoverunt, scilicet quod omnia quae dedisti mihi, id est, quae cunq[ue] feci opera, quae cunq[ue] dixi doctrinae verba abs te sunt: sed dixit mala in corde suo cum eis sentiens, qui dixerunt: In Beelzebub principe demoniorum ejicit demonia. Et non est hic homo a deo. Palam ergo de istis est, quia tu eos ad me attraxisti, quia cognoverunt, quia de operibus meis recte senserunt. Cognoverunt inquam quia verba non alia, nisi quae dedisti mihi, dedi eis, & acceperunt acceptione digna, vide licet ut (sicut iam dictum est) propter verba mea reliquerint omnia sua. Cognoverunt (inquit) vere, quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Cum idem esse videatur exire filium a patre quod mitti, cur vtrumque dixit, & quia a te exiui, & quia tu me misisti, nisi ut & qualem iudicet charitatem, & suimet scilicet filii venientis, & patris mittentis? Etenim pater quidem filio mandatum dedit, ut veniret bibere pro nobis calicem passionis, sed nihilominus idem filius spontanea charitate venit. Denique non tanquam minorem propter charitatem suam, pater mandato suo coegit, sed ut vere coequalē & pari dilectione voluntem misit. Igitur ut vtriusque, scilicet patris & filij charitatē iudicet, & cognoverunt (inquit) quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. His ita praemissis, ait. Ego pro eis rogo. Tandem orationē suam aperit, pro qua subleuatis in celo oculis, hactenus obseruavit, dicens: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, &c. Hoc plane, iuxta Apostolum, observandum est in oratione legitima, ut per ordinem fiant obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Quem ordinem ipse totius sanctae orationis magister & dux presenti loco seruasse coprobat. Primo namque obsecrationem promisit, dicens: Pater venit hora, clarifica filium tuum &c. in quibus quasi benevolentiam patris ambivit, usque ad id quod nunc ait: ego pro eis rogo. Est autem ab hoc loco oratio, i.e. verba supplicantia quidem, sed nondum explicantia quid velit aut quo tendat. At vero quod postmodum ait: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, & reliqua, postulatio est. Et deinde quod subiungit: Pater iuste, mundus te non cognouit, &c. gratiarum actio est. Igitur prima obsecratione, iam nunc orationem annexens, Ego, inquit, pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quae tui sunt. Vero ergo mundo gaudenti, orante pro suis, i.e. moriente & in aram crucis se sacrificiū offerente Christo unigenito filio dei: quae pro eis quos dedisti mihi (inquit) rogo, non pro mundo. Mundus enim, hic accipiuntur dilectores mundi, tam diuersi ab eis, pro quibus Christus rogat crucifixus, quam diuersi erant, apud deum Aegypti filii Israhel, sacro sanguine agni postes suos signantibus. Vnde igitur (ut dictum est) cali mundo, quae quod rogat Christus verus agnus dei, nihil illi proficit, ut cum rege suo principe tenebrarum diabolo, citius in profundū inferni demergatur: solis illis, quos pater filio dedit per crucem & sanguinem eius euadentibus. Quia tui sunt inquit, Et tanquam quereres, quomodo vtrumque dixerit, & mihi eos dedisti, & tui sunt, adhuc plenius subiunxit. Et mea tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Non ergo desinunt esse patris, quos pater filio dedit, quia neque sine filio pater, neque sine patre filius quicquam possidet. In quo vero clarificatus est filius in eis, scilicet in omnibus quae sunt patris? In eo videlicet, quod nihil eorum ad patrem nisi per filium gratiam venit: nemo siue mortuorum siue viuorum, nisi per crucem & sanguinem filij, videre potest gloriam patris. Quod quia nunc agitur, scilicet ut moriatur & resurgat, & sic viuorum atque mortuorum dominetur. Et clarificatus sum (inquit) in eis, videlicet

Matth. 12
Deute. 33

Iudas ele
ctus admiss
xtus.

Matth. 12
Lucæ. 11
Iohan. 9
Iohan. 6

1. Timot. 2

Quid hic
mundus.

CCLXXVIII. R V PERTI IN IOHAN. CAP. XVII.

quasi iam sit factū, quod protinus est futurę. Vnde & subditur. L Et iam nō sum in mūdo & hi in mūdo sunt, & ego ad te venio. L Cū hæc loqueretur, vt iq; in mūdo erat, quia vī biliter aderat, & mortale vitā spirabat, imo quia pressurā in mundo habebat, & tamen in mundo nō erat, quia iam à traditore venditus, moxq; tenēdus & ad mortē ducendus erat. Ergo nō omnino, sed quodāmodo iam in mūdo nō erat, q; iam in termino vitæ p̄sentis, & iam in exitu mundi pedē irruocabilē posuerat. Quia vero sic vadēs, & dicēs, & ego ad te venio, gloria & honore coronabat, & constituebat super opera manū patris: quia (in quā) sic de torrēte in via bibens, propterea protinus habebat exaltare caput, recte omnino quasi de p̄terito dixit, & clarificatus sum in eis. ¶ Causam aut̄ quare sic vadēs, pro suis roget, interposuit dicēst: Et hi in mūdo nō sunt. Causa quippe magna & negotiosa est, de qua salutis amicū curare oportet, quod se stabilitate littoris, i. immortalitatis pace & securitate potito, sui remiges in fluctibus difficili nauigio periclitant, fine dubio perituri, nisi salutis ab ipso portus illis p̄paretur. Itaq; nunc demū ab eo postulat pro illis, i. quid roget, propter quid obscurauerit, manifestius aperit. Ait em. L Pater sancte serua eos in noī tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos. ¶ Summā necessariā postulationis breuitet est eloquutus, dicēdo: vt sint vnū sicut & nos. Et hoc multoties repetit: q; vere magnū, quia p̄clarū, quia gloriosum & optabile est, esse vnū, & q; magnū sit, à similitudine ipsius vel patris colligamus, quia dixit, sicut & nos. ¶ Quidnā est, vnū esse, nisi semper idem esse, & sine permutatione immutabiliter perdurare? Sic plane vnū est deus unus, pater & filius & spūs sanctus: vnū inquā & idem. Vnde & dicit ad Mosen: Ego sum qui sum. Et Psalm. Cœli (inquit) peribunt, tu aut̄ permanes, & omnes sicut vestimentū veterascent. Et sicut operoriū mutabis eos & mutabuntur, tu aut̄ idem ipse es, & anni tui nō deficiēt. ¶ Homo aut̄ postq; à paradisi æternitate peccāto deiectus est, vbi pro modo suo, vnū esse vel fieri poterat, palam est iam vnū nō est: quippe qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunq; in eodē statu permanet. Quā eius mutabilitatē, imo & defectionē Psalmista quoq; deplorans: Mane, inquit, sicut herba transeat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret & arescat, quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Ergo vnū esse desīt, & in hoc dei, qui semper vnū & idem est, similitudinē perdidit. ¶ Dei aut̄ filius, qui hæc moriturus nunc loquitur, idcirco nunc moritur, vt ad vnum, i. ad æternitatis stabilitatē homo reformatur, vt mortuus in anima, & moriens quoq; in corpore, beata vtriusq; resurrectio reparet, & deinceps nullis subiaceat casibus, nullis mutationibus perturbet. Igitur qd dicit: Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos. Adoptionē filiorū dei postulat illis, pro quibus & patitur: quia videlicet in noīe patris seruari nullo modo melius intelligitur, q; vt hoc idē sit, quod est in dei filios adoptari. Nam idcirco patrē sanctū inuocat, vt sibi sanctificet quos filios, nō qui dem per naturā, sed per gratiā habeat. ¶ Et notanda verbi proprietas, dum dicit, serua. Seruari nanq; proprie dicuntur, qui capti in bello, cum iure belli possint occidi, victoris miseratione vita donantur. Sic nimiū cū mundo isto, dei inimico, iuste damnādi fuimus sed victoris dei gratia dimissi seruamur. Vnde & iuxta rei veritatē serui sumus, licet propter abundantiam gratiæ filij nominemur & sumus. ¶ Hoc sane prætereundū non est, cū dicatur, vt sint vnū sicut & nos, nō dei nobis & qualitatē dari, sed similitudinem comparari. Non em ait, vt sint vnū quod & nos, sed fint (ingt) vnū sicut & nos. Quod hic idē Iohannes in epistola sua cōmendans, nō ait & quales, sed scimus (inquit) quia cū apparuerit, similes ei erimus, qm̄ videbimus eū sicuti est. Hoc ergo agitur, nō vt natura deo & quales simus, sed vt gratia similitudinē dei recuperemus, vt videndo eū qui solus vere est, ex ipsa eius visione sumus vnū, sicut & ipse vnū est. Vnū inquā. i. immortales atq; impassibiles, & nullius viciſſitudinis obumbrationi subiacentes. Sequitur. L Cū essem cū eis, ego seruabam eos in noīe tuo. L Corporali, inquit, p̄sentia cū essem cum eis ego seruabam eos, nō tamē addidit, vt essent vnū sicut & nos. Hoc em̄ fieri nō potuisset, quādiu cū eis ipse maneret passionis exp̄s. Quomodo vero illos seruarit, monstrat propositū sic. L Quos dedisti mihi custodiui, & nemō periret ex eis, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. L Ergo sic tantum illos se seruasse dicit, vt episcopatus suos non perderent, sicut perdidit ille filius perditionis, vt scriptura impleretur, videlicet q; dicit in illū: Fiant dies eius pauci, & episcopatus eius accipiat alter, &c. ¶ Quod per præsentiam eius factū fuisse, s. vt vel sic custodiretur, satis ex eo liquet: qui mox vt ab eis auferri cōcepit, maximus eorū Petrus negauit, & episcopatum suum perdidisset, nisi quia conuersus ipse in eum respexerit. Igitur quia seruui illos (inquit) eousq; vt in horam passionis meā corde mecum permanferint, quamvis corpore fugientes, me solum reliquerint, & idcirco in salutem & peccatorum remissionē fiat illis effusio sanguinis mei. Deinceps o pater sancte serua eos (inquit) in nomine tuo, vt fortis facti per oīa mūdi pericula perseuerātes, ad hoc perueniat, quo (vt iā dictū est) sim ill-

Psal. 8
Psal. 109

Quid est,
vnū esse.
Exod. 3
Psal. 10.

Job. 14
Psal. 89.

Roma. 8

Iohann. 3

Filius per-
ditionis lu-
das pditor
Psal. 108

Luc. 21

similiter ut nos vnu sint. Custodiui (inqua) eos, cum esse in cū eis. ¶ Nunc aut ad te venio, & haec loquor in mundo, vt gaudium meū in ipsis sit. ¶ Non dixit, nunc aut ad te venio, & sum in mundo, quod contrariū esset ei quod paulo ante dixit: & iam nō sum in mūdo. Hec (inquit) loquor in mundo, quod nō idem, & diuersum est. Nam & post resurrectio nem suā locutus est in mundo, i.eis qui erant in mundo, cū tamen ipse nō esset in mūdo, videlicet in eo, quia mundana vel mortalis nō erat eius conuersatio. Quæ aut sunt ea, quæ loquitur in mundo, nisi haec ipsa eius oratio, cuius cū intentione moriens. Ad te (inquit) o pater venio, & iam nō sum in mundo. ¶ Vt quid vero haec loquitur, & haec orat pontifex ipse & hostia salutaris? Ait: Vt gaudium meū in ipsis sit. Hoc plane verū & nostræ fidei notum est, quia vt gaudī suum daret nobis, idcirco pro nobis doluit, idcirco haec locutus est, idcirco pro nobis patrem rogauit cum clamore valido (vt ait Apostolus) & multis lachrymis. Sequitur. ¶ Et ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. ¶ Summa discriminis eorum, propter quod & rogo pro eis, causa ista est, quia ego dedi eis sermonē tuū, i.hæreditariū post me reliqui eis pdicandæ veritatis officiū. Propter hoc mundus eos odio habuit, & persequitur, propter hoc inquam, nam si nō loquerentur ea quæ mundo nō placent, non occiderentur, nec in mundo pressuram haberent. Ergo sic de mundo non sunt, quomo do ego non sum de mundo. Nam & ego propter hoc nō sum de mundo, sed extraneus factus sum quoq; fratribus meis, & peregrinus filii matris meæ, q; loquor nō placētia illis. Heb. 8
 Quid ergo pro eis rogo, quid volo dū dico, serua eos in nomine tuo, vt sint vnu sicut & nos. Nunquid vt iam depositis corporibus liberi, aut in modum Heliz & Enoch translati exeat de hoc mundo? Minime. ¶ Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. ¶ Si enim iam de mundo tollerentur, quo vehiculo, quibusve curribus, quibus inquam quadrigis, quove equitatu exiret in omnem terram, & in fines orbis terræ sermo tuus, assignare mihi postulanti datas à te gentes hæreditatem meā & possessio nem meam terminos terræ? Isti enim sunt soli residui equi tui, & quadrigæ tuæ, de qui bus scriptum est: Qui ascendes super equos tuos, quadrigæ tuæ salutatio. Psal. 68
Gene. 5
4. Regū. 3
Psal. 12
Psal. 2
 ¶ Non ego rogo, quia nequaquā expedit, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à mundo, id est, à peccato. Malum em̄ solum peccatum est, quia creaturæ rationali præter peccatum nihil nocere potest. Proinde eti mundus eos odio habens, corpora oceidit, animas eorum serua vt non possint occidere, vt satanas quantumcunq; cibret eos sicut triticum, non possit quenquā eorū velut paleam, deficiente fide, in damnationem euentilare. Quomodo autē seruari, & in mundo illos velim dimitti, iam dicam. ¶ Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. ¶ Hoc est, inquit, quod pro eis rogo, vt in veritate sanctificetur, & in mundo sic mit tantur sicut ego sum missus, i.sicut ego veni persequitionem passurus, sic eant & ipsi per sequitionem passuri. ¶ Quid autē est sanctificari in veritate, nisi vere iustificari per fidem in meo sanguine? Nam hactenus sanctificati quidem erant: sanctificati inquam, sed nondum in veritate, quia videlicet omnes sanctificationes, quæ scriptæ sunt in lege Moysi, non iam veritas, sed vmbrae vel figuræ erant veritatis, vel veræ sanctificationis, qua nunc in sanguine meo tolluntur peccata mundi. ¶ Huius autem sanctificationis efficiens causa est sermo tuus, qui est veritas. Quis est iste sermo tuus, nisi verbum quod caro factū est, & ecce per passionem mortis infernū constringit, & tertia die resurgit? In hoc sermone quicunq; baptizantur, in veritate sanctificantur. Itaq; in hoc sermone, in hac veritate quia crediderunt, vere sanctificatos non rogo vt tollas eos de mundo, sed sic mitto eos in mundum, vt tu misisti me in mundum, scilicet vt patientur eosdem persequentes, qui me persequuntur, prohibendo veritati testimonium. ¶ Et pro eis sanctifico meipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate. ¶ Siquidem ita dictum esset: & pro eis sanctifico meipsum, parior ultra sensus occurreret, videlicet quod de præsentī suæ passionis sacrificio dixisset, quo verus ipse agnus pro omni mundo non per alium pontificem, q; per se meipsum immolatus est. Verum iuxta verbi proprietatem sensus idem præsto est, quia profecto cum sacrum & sanctum idem significant, non aliud dixisse putandus est, q; si dixisset: & pro eis sacrifico, vel sacrificium offero meipsum. ¶ Ipse quippe non solum sacrificium, vt sacrificij pontifex est, verum etiam & templum est, testante Apostolo, qui de vmbriticis sacrificijs loquutus plurima: Christus autem, inquit, assistens pontifex futuro torum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis, neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna, redemptione inuenta. Ergo mox traditus pro peccato animā suā, vt videat semen longæuū & pro eis, inquit, sanctifico. i.sacrifico meipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate. ¶ Quod si rite perpendas, amplius & magis Zacha. 3

1. Cor. 10
Coloss. 2

Sanctificas
re, est sacrifi-
ficare seu sa-
crificium
offerre,

Heb. 9

Esa. 13

Zacha. 3

1. Petri. 3.

Heb. 9

Ephe. 2

Matth. 16

Iohann. 3

proprietatem tetigit, dicendo sanctifico, quod si dixisset, sacrificio. Cum enim dicit sanctifico, sordidum se fuisse innuit. Dicendo quoque pro eis, non suis, sed alienis se sorduisse clare definit, quod propheta quoque patenter exprimens, cum dixisset: omnes nos quasi oves errauimus, vnumquisque in viam suam declinavit, statim intulit: & dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrorum. Et Zacharias: Et Iesus, inquit, induitus erat vestibus sordidis, & satan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei. Igitur quia secundum se quidem sanctus, imo & sanctus sanctorum erat, quippe qui de spiritu sancto conceptus fuerat, & quia in omni vita sua, nec peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed secundum iniquitates omnium nostrorum, quas deus in eo posuerat, vestibus sordidis induitus erat agnus dei, recte dixit: Sanctifico me ipsum, signanter addendo, pro eis. ¶ Quare autem pro eis? Vt & ipsi, inquit, sint sanctificati in veritate. In veritate inquam, id est non in umbra vel figura, sed in vera peccatorum remissione, non ut quantum sanguis hircorum, aut taurorum, aut cinis vituli aspersus coquinos sanctificabat ad emundationem carnis, sed multo magis sanguis meus, qui per spiritum sanctum memet ipsum offero immaculatum deo, emundet conscientiam eorum ab operibus mortis ad seruendum deo viventi. ¶ Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint, ut credat mundus quia tu me misisti. ¶ Iesus iste est, Non tantum pro ipsis quos dedisti mihi rogo, vel me ipsum sanctifico, sed & pro illis omnibus, qui per verbum eorum credituri sunt in me, ut siue Iudei siue gentiles, omnes vnum sint, & non sit eorum distinctio apud te. ¶ Notandum quippe, quia dico nunc, ut sint vnum, non addidit, ut supra, sicut & nos, quod & postmodum faciurus est dicendo, ut sint vnum sicut & nos vnum sumus. Nunc enim ad hoc tendit pax nostra, ut faciat utramque vnum, & ducat in seipso, videlicet ut Iudei & gentilium nulla sit distinctio, ut (inquam) duos condat in semetipso, in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliat ambos in uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, ut per ipsum habeamus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Proinde cum dixisset: ut omnes vnum sint, miram continuo similitudinem interposuit, dicendo: sicut tu pater in me, & ego in te, ut patenter agnoscas, quia sicut pater & filius non duo dii, sed unus est deus, ita gentilis & Iudeus non duo populi, sed unus est populus, una ecclesia, vnum corpus. Statim quoque de ipsa unitate repetens: ut & ipsi (inquit) in nobis vnum sint. Addidit ergo: Vt mundus credat, quia tu me misisti. Ecce haec illa sunt gloria, quae propheta in spiritu consilio divinitatis admissus, audiuit, sicutque nunciavit: Gloriosa, inquit, dicta sunt de te, ciuitas dei. Et tanquam querentes, quoniam illa dicta fuerint, quid dixerit dominus, ciuitatis suae, scilicet sanctae ecclesiae fundamenta ponens in montibus sanctis, id est in apostolis, quoque per verbum nos eramus credituri. Memor, inquit, ero Raab & Babylonis scientibus me. Et adiecit: Ecce alienigenae, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. ¶ Vere enim sicut tunc promiserat in prophetis, ita nunc in passione sua memor fuit dominus noster Raab & Babylonis, id est latitudinis & confusonis, scilicet latius diffusa, & nimium confusa gentilitatis. Memor, inquam, fuit huius magna metroris, quando dixit, non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me &c. In illa memoria eius, nos alienigenae, nos Tyrus & populus Aethiopum: nos, inquam, alienigenae & alieni a testamento patrum, & Tyrus, id est angustiati videlicet in carcere & tenebris peccatorum, vere populus Aethiopum, prae nimia nigredine vitiorum vel cætitatis & ignorantiae, illic fuiimus in illa memoria dicentis, ut & ipsi in nobis vnum sint, ut credat mundus, mundus inquam, & non sola Iudeorum gens credat, quia tu me misisti, quod quicunque crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, ait ipse alibi. Quoniam autem merces erit huius fidei & unitatis: Ait, ¶ Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint vnum sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in vnum, ut cognoscatur mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. ¶ Hoc plane illud est, quod hic idem Iohannes in epistola sua dicit: Charissimi, nunc filii dei sumus sed nondum apparuit quid erimus. Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Quam enim claritatem intelligere debemus in eo quod ait, & ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: nisi illam, quam expectatio creaturæ expectat, scilicet reuelationem gloriae filiorum dei. Hanc igitur claritatem dedit pater huic unigenito suo, primogenito mortuorum, resuscitans eum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in celéstibus, dando illi quod in eo nostra non habuerat natura, honorem incorruptionis, gloriamque immortalitatis. Etenim ex eo iam, quia multitudini accidentium non subiaceat nostra in verbo dei substantia, veraciter vnum est, atque idem permanet. ¶ Unde cum dixisset, ut sint vnum, addidit (ut superius) sicut & nos vnum sumus. Quod ad consubstantialitatem patris & verbi, congrue referri non potest, quia videlicet, non sicut pater & verbum vnum sunt ita & nos vnum esse possumus; sed illam claritatem quam dedit filio pater, quam dedit in-

quam, quia prius secundum carnem, non habuerat, scilicet immortalitatis atq; impassibilitatis gloriam & honorē, quo coronauit ex mortuis resurgentem, nos in filios adoptati, expectamus. Proinde, quod dixit, vt sint vñ sicut & nos vnum sumus, non ad ipsam spectat, quæ propria est verbi cū patre consubstantialitatē: sed ad eam, quæ non solū homini dominico, sed & cunctis fidelibus eius per gratiā cōmuniſt̄ est, cū beata & immortalis trinitate, incorruptibilis æternitatis beatitudine. ¶ Et hoc vno Psalmista gloriōsam (de qua supra dictū est) ciuitatē beatificans: Hierusalē, inquit, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Idipsum nanq; est, quod semper idē est & immutabiliter permanet, & hoc vere clarissimū & summū bonū est, quod habet cū deo nostra iam substantia, primū in Christo, deinde in toto corpore eius habitura est, quod est ecclesia, non cōmuniō naturæ, sed participatione gratiæ. ¶ Et hanc proculdubio claritatē, pater filio, secundū quod homo est, dedit ipse aūt filius, secundū quod deus est, dedit fidelibus suis, sicut nunc ait, & ego claritatē quā dedisti mihi, dedi eis. luxta qd alibi dictū est, Quotquot aut̄ receperunt eū, dedit eis potestatē filios dei fieri. Quæ vnitatis stabilitas, quia hic incipitur, dū per fidē vñ sumus, & idē sapimus, idcirco p̄misit quod iam p̄dictū est: non pro his aūt rogo tantū, sed & pro eis qui credituri sunt per verbū illorū in me, vt omnes vñ sint, &c. Amplius aūt illam futurā vnitatē beatitudinis exprimit, cū subiungit: Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vñ. Verum cū tota trinitas vñus deus, pater & filius & sp̄s sanctus, & que & nunc per fidē habitat in cordibus nostris, & in futuro per speciem inhabitatura: quare sic dixit & sic distinxit, ego in eis, & tu in me: nisi se solū mediatorem dei & hominū voluit demonstrare. Sola nanq; filij persona p̄ter hoc, q̄ per fidē, vt dictū est, habitat in cordibus nostris, modo quodā est in nobis, videlicet qa in carnē & naturā nostrā descendit, & nihilominus pater in illo est, qa descendēt̄ non deseruit: nec em̄ ita filius semetipsum exinanivit, vt formā dei amitteret, assumēdo formā serui. Ita mediatore dei intercedente, ad æternitatē reducti, consummamur in vñ, & participatio nostra fit in idipsum. Vnde nūc ait, vt sint cōsummati in vñ. ¶ Quod vero cōtinuo subsequitur, vt cognoscat mundus, qa tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Cognitionē illā cogit intelligi, quæ nō iam in parte, sed in plenitudine erit, Paulo testante, cum dicit: Nunc cognosco ex parte, tunc aūt cognoscā, sicut & cognitus sum. Cognoscat ergo, i. ex perītūr mūdus, ipso immortalitatis fructu: mūdus inquā. i. omnes redempti, saluati, atq; in vñ consummati, cognoscāt̄, & facie ad faciem videant, quia tu me misisti: qd nunc co gnoscunt ex parte, & vidēt̄ quasi per speculū in ænigmate, & cognoscāt̄, quod nunc credunt & sperāt, quia dilexisti eos sicut me dilexisti. i. mihi conformes esse voluisti: hoc tan tum excepto, vt sim ego primogenitus in multis fratribus, in quo nihil eoꝝ felicitas minuitur, sed charitas magis delectat̄. Summā totius postulat, breui tandem cōclusione recol ligit. ¶ Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecū, vt videāt̄ claritatē mēā, quā dedisti mihi, qa dilexisti me ante cōstitutionē mūdi. ¶ Tāq; diceret: Finis serua tionis eoꝝ, quā postulaui, dicēs: Serua eos in noīe tuo q̄s dedisti mihi. Finis, inquā, est iste & in hoc dignū iustitia iudicat, vt qa mundus eos odio habuit, pro eo, q̄ ego sermonem tuū dedi eis, & ip̄i acceperūt & crediderūt vere, qa tu me misisti. Proinde vbi ego sum, & illi sint mecū, vt videant claritatē mēā quā de disti mihi, simulq; & hoc videant, qa dile xisti me ante cōstitutionē mundi. ¶ Notandū, q̄ nō ait solū, vt videant claritatē mēā quā dedisti mihi. Hæc em̄ clarificatio est assumptæ humanitatis, quā & impī videre potuerūt cū potestate magna & maiestate venientē cū nubibus, vt videat eū omnis oculus & qui pupugerūt: sed addidit, qa dilexisti me ante cōstitutionē mūdi, subaudit̄, videant, qd soli videre merebunt beati oculi iustorū. Formā quippe dei in qua patri dilectus erat ante con stitutionē mundi soli videbūt pauperes spū, atq; mites, lugētes, atq; iustitiā esurientes & sitientes, misericordes, mūdicordes, pacifici, & persecutionē propter iustitiā patientes: vnde & in cœlis regnabūt, & terrā viuentū possidebūt, & cōsolabunt̄ atq; saturabunt̄, & misericordiā consequent̄, atq; deū videbūt, & filij dei vocabunt̄, & ip̄sonē erit regnū cœlo rū. Itaq; dixisse, & videant claritatē quā de disti mihi, satis est ad iudiciū futurā beatitudinis. Videre nāq; est habere, imo visio claritatis æternæ claritudo videntiū, & efficiens clari tatis eoꝝ causa est, sicut hic idē Iohānes cū dixisset: similes ei erimus, statim causam effi cientē subiunxit, dicēs: qūo videbimus eū sicuti est. Iam ijs tribus exactis, s. obsecratione, oratione atq; postulatione: quartū tandem subsequif, videlicet gratiā actio, cū dicit. ¶ Pa ter iuste, & mūdus te nō cognouit, ego aūt noui te. Et ijs cognouerūt, qa tu me misisti. Et notū feci eis nomen tuū, & notū faciā, vt dilectio qua dilexisti me, in ip̄sis sit, & ego in ip̄sis. ¶ Hæc nanq; manifeste gratiā actio est, qua iustitiā patris atq; misericordiā collaudat: qa videlicet iuste actū est, vt creatorē suū mundus ob culpā superbiaz cæcatus non co gnosceret: mūdus inquā, cuius pars obscurissima dñi nostri sunt imperfectores, misericor

Psal. 17.

Ephe. 1.

Iohan. 1.

1 Cor. 13.

Roma. 8.

Matt. 24.

Apoc. 1.

Matth. 5.

Iohan. 3.

diter vero indultū ut lumen oculorū suorū, s. dei filiū in humilitate suscipiens mūdus, i. universitas electorū, ad visionē claritatis dei, rursus illuminatā faciem subleuaret. ¶ Ait itaq; pater iuste. Hic subaudiendū est, qā faciē tuā auertisti, vel gratiā tuā abscondisti à sapientibus & prudētibus, i. superbis. Quod propheta in persona gentis suā deplorās: Abscondisti (inquit) faciem tuā, & afflisti nos in manus iniquitatis nostrae. Itē: Quare dñe fecisti nos de vijs tuis errare, & quare cor nostrū indurasti ne timeremus te? &c. Et mūdus, inquit, te nō cognouit, videlicet digna cæcatus retributione, vt eius perderet cognitionē, cuius nō receperūt dilectionē: eius amitteret auxiliū, cuius spreuere consiliū. Ego autē noui te: ego (inquā) quē dicunt à deo nō esse, noui & dilexi te, & ij cognouerūt, qā tu me misisti, & testes mei sunt, qā quæ dedisti mihi (sicut supra dixi) abs te sunt: cōfitentes em̄ dicunt, tūc credimus, qā à deo existi. ¶ Proinde te illos iudicāte dignos revelatione hoḡ, q̄ abscondisti à sapientibus & prudētibus, ego notū eis feci nomen tuū iā in doctrina & virtute signorū, & amplius notū faciā per inuisibilem spūs sancti potentia, ita vt in omnē terram exeat sonus eorū, tuae paternitatis enarrantiū gloriā. In quo em̄ notitia perficiſ nominis tui, nisi in effusione spūs sancti? ¶ Vnde & sequit, Vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Dilectio hæc spūs sanctus est, qua filius patrē, & filiū diligit pater. Plane & indubitate dilectio patris & filii spūs sanctus est. Ergo vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis, idē est ac si dicat, vt spūs sanctus paracletus ad ipsos veniat, eosq; om̄ne veritatē doceat: qui cū in ipsis fuerit, ego q̄q; habité in cordibus eorū per fidē, & p̄ hūc dilectionis spm̄. ¶ Hæc pontifex summus, propiciator ipse & propiciatoriū, sacerdos & sacrificiū, pro nobis orauit, & vultus eius nō sunt amplius in diversa mutati. Nō em̄ cessantibus verbis, validus cor dis eius clamor cōquieuit, cū potius verbis illis tantū significauerit, qua causa vel intētione sustinere habet protinus vincula, probra, alapas, sputa, flagella, spineā coronā, crucē, clavos atq; lanceā, fellis & aceti poculū: p̄ oīatācēs & nō aperiens os suū. Cur em̄ factus in agonia, & prolixius orās sudauit, & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrētis in terrā: nisi vt ostēderet, orationem ipsum, quā eiusmodi sudore fundebat ad patrē, causam cōtinere, pro qua mox i cruce totū fusurus erat suū sanguinē. Itaq; hac oratiōe declarauit rex & p̄tis, lætabūdus quidē in virtute dñi, tristis tñ & anxius in infirmitate carnis, quali defiderio duceref ad torcularia passionis, & tu dñe (inquit Psalmista) desideriū cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorū eius nō fraudasti eum, vitam em̄ petiūt à te & tribuisti ei longitudinem diej̄ in seculum, & in seculum seculi.

RUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELISTAM Commentarioꝝ liber Decimustertius.



Rdinatus ac legitimus est huius summi pontificis nostri habitus, & rite secundū legē vel ordinē, q̄ p̄scripsit sacerdotij sui participibus, in sancta sanctorū spectabilis & auditu dignus ingredī. ¶ Nā vt cætera nunc omittā, pontificalis habitus legitime claret, qā fines tunicae sacerdotalis bene sibi spūaliter cōposuit, quales fieri iussit in exterioris legis litera. De ɔrsum (inquit) ad pedes tunicae per circuitū quasi mala punica, facies hyacintho & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medijs tintinnabulis, ita vt tintinnabulum sit aureū & malū punicū. R ɔrsumq; tintinnabulū aliud aureum, & malū punicū, & vestief ea Aaron in officio ministerij vt audiatur sonitus qñ ingredit & egreditur sancta sanctorū in cōspectu dñi, & nō moriat. ¶ Qui sunt fines tunicae sacerdotalis, nisi extrema, de qbus nunc loquimur, vita dñi nostri? Quæ sunt mala punica valde rubētia, nisi eius, qua maiorem nemo habet, charitatis opera: Hæc vtrq; mala finibus suæ tunicae appendit, qā cū dilexit et suos qui erant in mundo, in fine dilexit eos, s. suā pro eisdē amicis suis animā ponēdo. Tintinnabula vero clarissima sunt dilectionis eius verba, qbus & eos in p̄dicta cœna instituit, & deinceps pro ipsis patrē rogauit. Ita mixtis tintinnabulis doctrinæ & opere eius malis punicis, nihil visu pulchrius, nihil auditu dulcius, nihil experimēto delectabilius. Igitur qā iā & pulchritudinē maloꝝ punicoꝝ vidimus, & sonū tintinnabulōꝝ clare personantiū nouissime audiimus: deinceps qualiter ingressus, vultui dei pro nobis astiterit, quo ordine semetipm̄ obtulerit, cōsideraturi, seriem sequamur euāgelicæ narrationis. Sequit. L Hæc cū dixisset Iesus, egressus est cū discipulis suis trans torrentē Cedron, vbi erat hortus, in quē introiuit

COMMENTARIORVM LIBER XIII. CCLXXXIII.

uit ipse & discipuli eius. ¶ Iam supra dictum est, vbi vel quando egressus fit cœnaculo, in quo cœnā fecerat, videlicet qā dicendo, surgite eamus hinc, hymno dicto, vt cæteri Euā gelistæ referunt, exiuit in montem Oliueti, & discipulis in villa Gethsemani residere iussis ipse australis est ab eis, quantum iactus est lapidis, assumptis secum Petro & duobus filijs Zebedæi, & progressus pusillum, procidit & oravit. Matth. 26^o Igitur cum illuc redisset, & inuenisset eos dormientes, dixisset qā (vt Matthæus ait) increpando, dormite iam & requiescite, ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, surgite eamus, ecce appropinquabit qui me tradet, egressus est (vt hic Euangelista nunc ait) & subaudiendū est, à villa Gethsemani, quæ est ad radices montis Oliueti, egressus (inquam) & reuersus trans torrentē Cedron, reapproximans ciuitati vt sponte occurreret aduersarijs. Vbi erat (inquit) hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. ¶ Pulchre in horto voluit Adam secundus obediens inueniri, qā videlicet primus Adam in horto, s. in paradiſo, qđ interpretat hortus, inobediens inuenitus, imo à serpente circumventus est. Marc. 14^o Sciebat em & Iudas, qā tradebat eū, locū, qā frequenter Iesus conuenerat illuc cū discipulis suis. Luc. 22^o Sciebat hoc ille, rerū cognitione pessimè abutēs, & malitiosæ sciæ vasculū tāto nequior cūctis hoībus, quāto serpēs callidior cūctis animātibus, & ob hoc opportunius homicidæ diabolo satelliciū, si cut serpens eidem diabolo ad decipiendum primū hominem, competentius extitit diuersorium. Sic enim tunc serpente vsus est ad occidendum in anima terrenum hominem, sic nunc isto traditore vtebatur idem Satanás, ad occidendum in corpore hunc cœlestem & nouum hominem. Idcirco in hortum introiuit, idcirco (inquam) quia voluntarius ad passionem accedebat, illuc, vbi ab exequitoribus citius inueniretur, properauit. Nam quās quæreres, cur illuc introierit, sciebat enim (inquit Euangelista) Iudas qui tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. ¶ Iudas ergo cum accepisset cohortem & à principib⁹ & pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. ¶ Cohors trecentis viris impletur. Notandum, qđ non ait, cum accepisset cohortē & ministros à principib⁹ & pharisæis, sed cū accepisset cohortē, & à principib⁹ & pharisæis ministros. Cohors qđpp⁹ & legio siue tribuni, nō ludaicæ turbæ, sed Romanæ militie nomina sunt. Quam videlicet cohortem, non à principib⁹ & pharisæis, sed à præf de Romanæ potestatis Pontio Pilato Iudas accepit, ministros suos adiungentibus principib⁹ sacerdotum & pharisæis: vt si qui ex populo motu illo per noctem exciti, dominū defendere vellent, tam nomine Romano, qđ vtracq; manu armata deterrentur. ¶ Ita gladium euaginauerunt peccatores, & intēderunt arcum suum. Merito ergo retributum est illis, vt gladius eorum intraret in corda ipsorum & arcus eorum confringeretur, intraret (inquam) gladius eorum in corda ipsorum, ita vt pro vna cohorte Romana, quam aduersus dominum & regem suum armatum conduxerunt, immensum Romanæ fortitudinis aduersus rebellionem suam commouerent exercitum. Et quia cum laternis & facibus & armis exierunt noctu, tanquam ad latronem, idcirco lucerna dei, lucerna legis & prophetarum, qua illustrati sunt patres eorū, cadat de manibus ipsorum, sicut scriptum est: Obscurantur oculi eorum ne videant, & idcirco sub armis eisdem, cum qbus exierunt, semper incuruetur dorsum eorum. Sequitur. ¶ Iesus itaq; sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dicit eis: Quem quæreritis? ¶ Hoc pro laude spontaneæ charitatis, id est, voluntarie passionis Euangelista dixit: quia cum sciret omnia, quæ ventura erant super eum, sicut ex ijs quæ hactenus dicta vel acta sunt, pspicuum est, processit, & (sicut iam dictum est) trans torrētem Cedron egressus in hortum illum, in locum talē quē sciebat Iudas, introiuit, veniētibusq; aduersarijs, ne vnum quærētes, multos p indiscretum tumultū tenerent, sponte occurrentis dixit eis: Quē quæreritis? Non dixit, ecce ego, qā me q̄ritis, sed quem quæreritis (inqt) quia reuera talem psequutionis modum veritas nescit, salus ignorat, lux & vita refugit. ¶ Responderunt ei: Iesum Nazarenū. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat aut̄ Iudas, qā tradebat eū cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. ¶ Quia mirum si ad vnam vocē, qua dictum est, ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram hi qā non sunt. Nempe hoc secundū diuinitatē, quæ vere est, secundū quam permanet esse quod est, dixit, ego sum, quod verbum substantiuum de seipso verissime protestatur ille solus, qđ & ad Mosen dicit: Ego sum qui sum. Et quāvis cum laternis & facibus & armis nullatenus diuinitatis essentiā quærerent, opportunem tamen respondit deus de templo corporis sui, dicens, ego sum, videlicet non ad ipsorum intentionem, sed ad suum nomen respiciens. Interrogati enim, quid quærerent, responderunt, Iesum Nazarenū. ¶ Quidnam est Iesus Nazarenus, nisi saluator sanctus? Hoc utiq; nomen, verbum deus extunc habuit, ex quo caro vel homo factus est; sed causa cur factio homini tale nomen positū est, non ex natura humana, sed ex diuina virtute pendet. Vnde em̄ nos saluat aut saluator noster est, nisi ex deo qđ non homo tm̄, sed etiā deus est? ¶ Psalm. 34^o

CCLXXXIII. R V PERTI IN IOHAN. CAP. XVIII

Præterea, quia deus q̄ solus verus est, cum homine quem assumpit vna persona est, recte dicentibus se Iesum quærere Nazarenū, propriam suæ diuinæ essentiæ vocē respondit, dicens: Ego sum; propriam (inquit) suæ diuinitatis vocē, certa intētione prolatam, qđ ab esse etiā claruit, q̄a stātes aduersarios in terram deiecit. ¶ Ergo non mirū de his q̄ non sunt, q̄a male sunt, non amantes & male quærētes, q̄ solus vere est Iesum Nazarenū: non mirum (inquit) comparatiōe maiorē quæ futura sunt, q̄ abierūt retrorsum, & ceciderūt in terram, cū illo, q̄ stabat cū ipsis, diabolo, Iuda traditore, & malitiæ signifero q̄ satanam fērēs in pectore, signum pacis ore extulerat, iam quippe agno dei, nequissimi osculi cultrum imp̄resserat. ¶ Quare autē cum agnus esset protinus immolandus, iam sicut leo modicū irru ḡit, dum dicēdo, ego sum, tantā tamq̄ leuiter armatam lanistāq̄ turbam ad terram deiecit; videlicet vt essent inexcusabiles, ne nesciret q̄a Iesus Nazarenus, quē quærebant, est q̄ est. Reuelata est illis ira dei, quam expectare habeant, q̄ non timēt, reuelata (inquit) soritudo vēturi ad iudicium vindicis, q̄a si hoc facere poterat moriturus, multo magis tunc immortaliter regnaturus super eosdem inimicos suos confortabif. Hoc manifestū factū est in illis, & experimento percepta est sempiterna virtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, q̄ cum hoc modo cognouissent dicētem, ego sum, non sicut eum q̄ vere est, glorificauerunt, sed comprehendēderunt, sed ligauerunt, sed contumelij affecerūt & occiderūt. ¶ Propterea reuelabunt cœli iniquitates Iudæ, & terra aduersus eum consurget, & manifestum erit peccatum illius in die furoris dñi, q̄a stetit cum ipsis, imo & cecidit cum illis, & non expauit cor eius, sed secūdum duritiam suam, & cor imp̄cenitēs thesaurizauit sibi irā in die iræ, & reuelatiōis iusti iudicij dei. Ita (inquit) vt essent inexcusabiles, dixit eis, ego sum. Sed forte parum erat, semel dixisse: Proinde adhuc interrogandi erant, & iterum dicēdum erat hoc ipsum, ne forte non intellexissent. L Itaq; ergo eos interrogauit. Quem quæritis? Illi autē dixerunt: Iesum Nazarenū. Respondit Iesus: Dixi vobis, q̄a ego sum. Si ergo me quæratis, finite hos abire. L Itaq; (inquit) interrogati, quē quæratis, procaciter, vt ante, respondetis Iesum Nazarenū. Ego autē dixi vobis, q̄a ego sum, & hoc auditio, cadentes experti estis principē fortitudinis, quē quæratis, Iesum Nazarenū. Ergo si adhuc me quæratis, & sic percussi non doluistis, me quidē comprehēdite, sed finite hos abire. ¶ Poterat vtq; nihilominus efficaciter dicere, finite me abire, & habitatorē Iudæ satanam cū saltellis & armis suis sempiternis vinculis alligare. Sed oportebat vt pateref, optebat itidem, vt hi quos pater sibi dederat, seruarent. Egit vero sapia dei, tam fortiter quam suaviter, & malignitate diaboli benigne ad quod voluit vſa est, sicut de illo longe ante ad beatum Iob loquēs: Qui fecit (inquit) illum, applicabit gladium eius. Hoc in omnibus electis suis agit, & in semetipso maxime egit filius dei. Sic ēm applicuit, id est, ad vsum suum verit gladium homicidæ diaboli, quē penitus illi auferre potuisset, vt ipse moreret, sine cuius morte mundus non saluaret, & illi saluarent, sine quibus mundo eadem salus sua annuntia retur. Quare autem illi curæ fuerit, vt fineret hos abire. Euangelista subsecutus, exposuit. L Ut sermo impleret, quē dixit, q̄a quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenq; L Hūc sermonē superius in oratione ad patrem de futuro, quasi de præterito loquēs, dixit: Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periret, nisi filius perditiois, vt scriptura impletat. ¶ Si ēm comprehēsī timore mortis negarēt, quod vtq; fieret, imbecilles quippe adhuc erāt, sicut in Petro negante manifestum factum est, si (inquit) negarēt, & negantes tamē interficerentur, in illo indiscreto tumultu procul dubio perderent. Sed esto, vt fortassis non negantes, nec saltē interrogati aliqui occiderent. Nonne quodammodo etiam sic perderent, qui minime ad illud, propter quod fuerant electi, peruenire finerent. Ut qđ enim electi erant, nisi vt testimonium resurrectionis virtute magna per totum mundum redderent, & ita compleret scripturam, dicētem: In omnē terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Nam & paulo ante dixerat eis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructū afferatis, & fructus uester maneat. Ergo sic quoq; quodammodo perderent, q̄a videlicet ad quod præordinati fuerant, non puenirēt, & propōsū dei (quod impossibile erat) auerteret. Sequit. L Symon ergo Petrus habēs gladiū, eduxit, & percussit seruū pontificis, & amputauit eius auriculam. Erat autē nomē seruo Malchus. L Hæc importuna fortitudo Petri apostoli, plane de vera infirmitate descēdit, quam bene cognoscēs ipse, q̄a omnia scit, dixerat ei: Quo ego vado, non potes me modo sequi. Per spicuum nunc fecit, q̄p non posset eum modo sequi, quia videlicet, cum dñs vellet nō occidere, sed occidi, Petrus malebat occidere q̄ occidi. ¶ In hac tamē infirmitate eius, resplendens & fortis mystice præsignata est futuræ nanc postmodum erat, vt gladius aplice fortitudinis. s. viuus sermo dei & efficax ac penetrabilior omni gladio ancipiti, auriculam ludeoq; vel pontificū dextrā amputaret, imo amputatam esse conuinceret, & totum, quod de scripturis audire videntur, sinistra aure audire, id est, puerse intelligere comprobaret.

Dextra

Roma.1
Iniquitas
Iudæ
Roma.2

Sapiæ.8
Iob.40

Iohann.17
Haiæ.8.

Dextra nang(vt ali⁹ Euangelistæ referunt) fuit auricula, quæ amputata est. Quam vero eandem auriculam tactu dominus apud Lucam sanasse legis, illud significat: qa quandoqz futurum est, vt iterum populo illi dexter & veræ scripturæ auditus aperiatur. s. cum pleni tuto gentium introierit, tunc enim reliquæ Israël saluabuntur. ¶ Porro, Symon Petrus eiusmodi gladium educens, & sic percutiens, necdum bene aduerterat, quo vteret gladio dominus, iste fortis & potens, dominus potens in prælio, vel quo de gladio secundum Lucam dixisset. Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram, & qui non habet vñat tunicam suam, & emat gladium. Non dum (inquam) ipse vel ali⁹ (qui responderunt ad hæc, dñe, ecce gladij duo hic) bñ cognouerant gladiū verbi dei, vñstatum in lege & prophetis & psalmis. ¶ Quem videlicet gladium is qui non habet sacculum, vendita tunica emere debet, quia profecto tempore persecutionis quanto quisqz à facultatibus seculi magis nudus est, tanto ad prædicandum dei verbum fortior atqz promptior est, seqz exueniendo rebus mundi, melius accingit gladio fortitudinis. At ille qui habet sacculum tollat, similiter (inquit) & peram, quia videlicet tali in tempore, quale tunc erat, quando prædicā tem nemo audit, & proinde multo minus pascit, ipsum sibi quenqz prouidere oportet, qa de euangelio viuere non potest. In his & in cæteris, vñcunqz supra intellectum discipulorum dominus & magister loquitur, non ipse difficultatis, sed discipulus tarditatis arguendus est, velut iste Symon Petrus, qui adeo carnaliter intellexerat illud quod idem de gladio comparando fuerat locutus. ¶ Dominus nostris sanctam (vt par erat) scripturam honorebat, secundum ipsam loquens, & illum commēdans gladium, de quo in lege scriptū est: Et gladius meus deuorabit carnes. Item (in Psal^m) Accingere gladio tuo super fœnum tuum potētissime. Et talia quā plurima, L dixit ergo Iesus Petro: Conuerte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum. ¶ Ergo (inquit) qa Petrus importunum & iniustum gladium eduxerat, & non legitime percuferat. Conuerte (ait dux & magister iusti prælin) gladium tuum, tuum (inquam) & non meum, in vaginam, & in locum suum. Et eundem sensum quo dudum dixerat idem Petrus, absit à te domine, non siet hoc, quia passurum se pronuntiauerat, eundem (inquam) sensum nunc in gladio sequentem increpat, dicēs: Calicem quē dedit mihi pater, non bibam illum. ¶ Hoc etiam ipsum qa passionem mortis calicem appellat, scđm scripturas loquitur, quæ tribulationem nomine aquæ vel torrentis appellare consueuerunt, vt est illud in persona eius dictū: Salluum me fac deus, quō intrauerunt aquæ, vñcqz ad aiam meam. Item: De torrēte in via bibet, prepterea exaltabit caput. Hunc sanè calicē dedit illi pater, qa videlicet non hominū arbitrio, sed patris præcepto passus est. Dedit (inquam) illi vt pater, non vt iudex, i. amore, non ira: voluntate, non necessitate: grā, non vindicta. ¶ Cohors ergo & tribunus & ministri ludæorum comprehēderunt Iesum, & ligauerunt eum. ¶ Ergo qa non poterat trāire calix quē dederat pater, nisi obediēs filius biberet illum, comprehēderunt (ingt) Iesum, vñ delicer, quō tenebræ potuerunt, quæ nunqz lucē comprehēderunt. ¶ Comphēderunt (inquam) & ligauerunt, qa sola hæc erat potestas tenebræ, vt compphēderet ad ligandum, quæ comprehendere nō merebanti ad intelligēdum. Ita comprehendēderunt hora sua, hora vna & potestate momētanea, qa videlicet post hac, lucē comprehendēre nusqz villa tenebris erit potestas. Comprehēderunt (inquit) & ligauerunt. O nimis horrenda temeritas peccatorum. Ergo cum lictores isti, qa salutē & misericordiam ligauerunt, cum (inquam) isti fortes phrenetici, qa medicum sic artauerunt vñlantes & lugentes mirant, qa hostes sibi locū & gentē tulerunt, & sanctificationem conculcauerunt. ¶ Verbi gloria, cum dicunt secundū Esaiam, vbi est qa eduxit eos de mari cum pastribus gregis sui, vbi est, qa posuit in medio eius spiritum sancti sui, qa eduxit ad dexteram Mosen brachio maiestatis suæ &c, respondeat illis vtruncz maiestatis suæ brachium esse ligatum, & idcirco nullum præbiturum auxilium. Et qa liberatoris sui manus non solum ligauerunt, sed etiam clavis cōfixerunt, cū item plorantes legunt, ciuitas sancta tua facta est, deserta Sion, deserta facta est Hierusalem, desolata domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ vbi laudauerunt te patres nostri, nūquid super his continebis te domine, respondeat, oportere se continere manus suas, expandi enim (inquiens) manus meas ad populum incredulum, & reliqua. Ceterum nobis qui credimus, manus illæ sic ligatæ vel expansæ in cruce plus operatæ sunt, quia videlicet fortē armatum, hactenus atrium suum custodientē, & sua in pace possidentem, alligauerunt, & palam configentes atqz triumphaliter traducentes chyographia pecati deleuerunt. ¶ Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qa erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphæ, qui consilium dederat Iudæis, quia expedie vnum hominem mori pro populo. ¶ Sicut paulo ante dixerat dominus discipulis suis: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Oportebat vt gauderent inimici veritatis & gaudium communicaret inuicem de victoria huius dñi

Psal. 18
Iohann. 18
Hebr. 4
Matth. 26
Luc. 22
Roma. 11
Psal. m. 23
Lucas. 23

Deute. 32
Psal. 44

Matth. 16

Psal. 68
Psal. 109

Esa. 63

Esa. 64

Luc. 16

Coloss. 2

Iohann. 19

dñi

CCLXXXVI. R V PERTI IN IOHAN. CAP. XVIII

Luc^e.23

diu præopratæ captionis, & idcirco captum atq; ligatum illum opprobrium circumferre fecerunt, ad Annam primū, deinde ad Caiphām, deinde ad Pilatum, deinde (vt Lucasteftatur) ad Herodem, deinde rursus ad Pilatum. Et ita qdem fecerunt, quasi honore inuicē præuenientes reuera autem sacrilegium suum manifesto, & communi consensu corroborationes, ne videlicet qd apud Romanas leges vñus, si solus videref sceleris author notā vel accusationem sustineret. Causam cur eum duxerunt ad Annam primū, Euangelista subiūxit, dicens: Erat enim sacer Caiphā, q erat pontifex anni illius. Amplius aut addendo, erat autē Caiphas q consilium dederat Iudeis, qd expedit vnum hoīem mori pro populo, voluntate ipsius Caiphā indicat actū, vt ducere ad Annam primū, videlicet ne apud hoies totam inuidiam sustineret, si primus ipse q consilium dederat, primus etiam condēnaret.

Iohan.13

Sequebat autem Iesum Symon Petrus & alius discipulus. Discipulus autē erat ille notus pontifici, & introiuit in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Sequebat autem Petrus, sed à longe, vt alij Eangelista testantur. A longe (inquam) sequebat, non tantum pedum incessu, quantum pauidæ mentis habitu: qd iuxta veritatem eius q dixerat, quo ego vado, non potes me modo sequere: untem ad passionem, magistrum & dñm nondum valebat imitari. Verum quomodo cung, sequebat tamē, vt videret finem: timidus qdem sed piam pro dño gerēs solitudinē. Alius discipulus, fortassis ipse est q scripsit hæc, de quo non dubitauerunt qdam asserere, qd fuisse nobilis, vnde & notus erat pontifici. Modum tamen nescimus eius nobilitatis, sed hoc vnum ex euangelio certum tenemus, qd filius fuerit Zebedæi, ne de curia, sed de piscatoria cum fratre suo Iacobo vocatus, & relicitis retibus & patre, dñm secutus fit. Quacunq; tamen ex causa pontifici fuerit notus, sequētia videamus. Exiit ergo discipulus ille, q erat notus pontifici, & dixit ostiaria, & introduxit Petrum. Meminisse libet hoc loco miraculi longe superioris, quo discipulis in mari laborantibus (erat enim ventus contrarius, & nauicula iactabatur in medijs fluctibus) venit dñs quarta vigilia ambulans super aquas, & Petrus ad vocem eius vltro se ingerens, ambulans & ipse supra mare, vt veniret ad Iesum, veniente vento valido, timuit, & penitus submersus, manu dñi retentus est. Hic est vere super aquas dñs, licet in magna tempestate, super aquas (inquam) vere ambulabat, discipulis in mari laborantibus qd scandalum patientibus apostolis, & fuga dispersis, ipse pro arbitrio suo tribulationem patiebat, imperturbatus, id est, carne qdem infirma, sed prompto spū, mox victor quoque mortis futurus.

Math.14

Ambulabat & Petrus super aquas, vt veniret ad Iesum, quia pristinæ dilectionis memor, qua dixerat: iam meam pro te ponam, adhuc per fidei modicæ audaciam sequatur longe post Iesum. Sed vedit ventum validum venientem, & timuit, timendo negauit, negando absorptus est, nisi qd conuersus dñs (vt ait Lucas) respexit Petrum, & eodē respectu, quasi manu apprehendens, flentē restituit in gradum pristinum. Et vnde venientem vedit vētum validum? Sequtus. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nung d & tu ex discipulis es hoīs istius? Dicit ille: Non sum. Si ad ostiarium spectes, parua nubecula est: si autem ad illud concilium malignantum, propter quod timuit Petrus proterum ancillæ huius crepitum, ventus validus est. Nihilominus tamen redarguta est infirmitas Petri, quia dum mori timuit, vitam negauit. Ita cribrator ille Apostolorum Satanas sibi prouidit, vt tētationis artificium inciperet à foemina, q sexus in paradiso prothoplasto deceptionis extitit ianual. Stabant ergo serui & ministri ad prunas, & calefaciebant se, qd frigus erat. Erat autē cum eis stans Petrus, & calefaciens se. Frigus erat, vt interdum circa vernum & equinoctium fieri solet, & frigescēs negator Petrus, frigidorum homicidare & inimicorum Chri foco souebatur. Tali vtique Petro comparandos atbiramus eiusdem Petri vicarios, sacerdotes, vel pontifices summos, quoties peccatorum diuitijs assidentes, aude delectantur, gladio verbi dei recondito, illud obliiti, quod ait Psalmista: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Putant enim se quasi Petrum, qualis fuit in auditorio Neronis, fortes clavicularios celi, suoq; arbitrio regnum celorum claudi vel aperiri, cum munera libenter accipientes, & propter illa veritatem reticentes, tali Petro potius similes sunt, qualis apud istas residens prunas, vitam perdidit, quia vitæ authorem negauit. Pontifex ergo interrogabat Iesum de discipulis suis, & de doctrina sua. De discipulis suis interrogabat eum, & de doctrina sua, videlicet, qui essent discipuli sui, & quæ esset doctrina sua. Interrogantis autem hæc erat intenſio, vt si palam omni concilio firmaret, quod docuerat, scilicet se esse filium dei, mox ex consulto consequetur iudicatio, qd blasphemauit, reus est mortis. Nam si falsi testes constituti essent (vt Matthæus ait) & multa dicerent, quæ conuenientia non erant, princeps sacerdotum ait illis Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius dei. Igitur de doctrina sua interrogabat, id est, de eo qd filium deis esse docuerat. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagogis, & in templo, quo omnes Iudei conuene

Luc^e.22

Memor, quia dixerat: iam meam pro te ponam, adhuc per fidei modicæ audaciam sequatur longe post Iesum. Sed vedit ventum validum venientem, & timuit, timendo negauit, negando absorptus est, nisi qd conuersus dñs (vt ait Lucas) respexit Petrum, & eodē respectu, quasi manu apprehendens, flentē restituit in gradum pristinum. Et vnde venientem vedit vētum validum? Sequtus. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nung d & tu ex

Gene.3.

frigus erat. Erat autē cum eis stans Petrus, & calefaciens se. Frigus erat, vt interdum circa vernum & equinoctium fieri solet, & frigescēs negator Petrus, frigidorum homicidare & inimicorum Chri foco souebatur. Tali vtique Petro comparandos atbiramus eiusdem Petri vicarios, sacerdotes, vel pontifices summos, quoties peccatorum diuitijs assidentes, aude delectantur, gladio verbi dei recondito, illud obliiti, quod ait Psalmista: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Putant enim se quasi Petrum, qualis fuit in auditorio Neronis, fortes clavicularios celi, suoq; arbitrio regnum celorum claudi vel aperiri, cum munera libenter accipientes, & propter illa veritatem reticentes, tali Petro potius similes sunt, qualis apud istas residens prunas, vitam perdidit, quia vitæ authorem negauit. Pontifex ergo interrogabat Iesum de discipulis suis, & de doctrina sua.

Psal.36

De discipulis suis interrogabat eum, & de doctrina sua, videlicet, qui essent discipuli sui, & quæ esset doctrina sua. Interrogantis autem hæc erat intenſio, vt si palam omni concilio firmaret, quod docuerat, scilicet se esse filium dei, mox ex consulto consequetur iudicatio, qd blasphemauit, reus est mortis. Nam si falsi testes constituti essent (vt Matthæus ait) & multa dicerent, quæ conuenientia non erant, princeps sacerdotum ait illis Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius dei. Igitur de doctrina sua interrogabat, id est, de eo qd filium deis esse docuerat. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagogis, & in templo, quo omnes Iudei conuene

Matt.26

Memor, quia dixerat: iam meam pro te ponam, adhuc per fidei modicæ audaciam sequatur longe post Iesum. Sed vedit ventum validum venientem, & timuit, timendo negauit, negando absorptus est, nisi qd conuersus dñs (vt ait Lucas) respexit Petrum, & eodē respectu, quasi manu apprehendens, flentē restituit in gradum pristinum. Et vnde venientem vedit vētum validum? Sequtus. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nung d & tu ex

conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos q; audie-
 runt, qd locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, qd ego dixerim. I Tanquam diceret: Ille de cau-
 sa necessario requiri, cuius cum de facto constet, facti tamen modus nescitur, verbi gra-
 tia: Necessario req̄situs ē Achar ab Iosue dicente: Fili mi, da gloriam deo, & indica nobis,
 quid feceris, qā videlicet cum sorte deprehensus fuisset, quod communis causa mali esset,
 non etiam fors eadem declarauit, quid criminis admisisset. Ego autem (inquit) cuius cau-
 sa nunc à te tota in doctrina constituitur, palam locutus sum mundo, & in occulto locu-
 tus sum nihil, subauditur eorum, de quibus nunc interrogas. Quid me interrogas? Nem-
 pe si dixerō, non credetis mihi: si autem interrogauerō, non respondebitis, neq; dimitte-
 tis. Perinde lege vel more iudicij, quia non conceditur cuiquam, vt in legitimo iudicio si
 bimet sit testis, interroga eos qui audierunt, ecce hi sciunt, quā dixerim ego. L Hæc cum
 dixisset, unus assistentium ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes ponti-
 fici. I Ecce iste fortis percussor, & mollis adulator, fortium illorum robustiss. se ostenta-
 uit, de quibus domini Christi spiritus per prophetam in personam ipsius conquerens, qā
 ecce inquit, cōperunt animam meam, & irruerunt in me fortes, neq; iniquitas mea, ne-
 que peccatum meum. Qui enim sunt isti, nisi falso fortes, & veraciter languidi, & imbecil-
 les, qui sic irruerunt in dei fortitudinem, mortuos suscitantem, sicut irruit phreneticus in
 in medicum curare volentem? Eorum ergo qui male fortes erant, de præcipuis est hic
 unus cerebrosus, qui tam proterue irruit in hominem sanitatis, & veritatis verba loquen-
 tem, vt vere insanus, & pro domino suo pontifice, vt suam illi custodiā commendaret,
 non fortiter, sed stulte zelatus. I Poterat quidem brachium domini repercutere percutiē-
 tem, nec eum solum, sed etiam illum, quem tam rigidus stipes fulciebat, statim subuertere
 parietem de albatum, id est, dominum ipsius falso pontificem appellatum. Sed accepit in-
 iuriam, seruauit patientiam, reddidit doctrinam. Nam sequit: L Respondit ei Iesus: Si ma-
 le locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cedis? I Suauiter qui-
 dem & manifeste dictum, sed iustissimè inuentum, & grauissimè est prolatum. Quid (inqt)
 me cedis bene loquentem, quē etiam si male locutus fuisset, nullam nisi iustus cedendi ha-
 beres potestatem, imo nec præceptum siue potestatē accipere æquum esset, nisi dicta præ-
 us causa, & à cēsoribus libera sententia: Tuū q̄ppe erat, si male locutus fuisset, accusare
 causam q̄ dicere, qua probares malam esse locutionem. I gif cum per se satis sit iniustum tu-
 adhuc iniustius perturbas hoc præsens auditorium. L Et misit eum Annas ligatū ad Caiphā
 pōtificē. I Voluntate Caiphā ad Annam primū ductus fuerat, eo q̄ sofer illius esset, ipse
 autem Annas iccirco ad Caiphā illum mittit, eo quod esset pontifex anni illius. L Erat au-
 tem Symon Petrus stans & calefaciens se. I Hoc iam supra dixerat, erat autem (inquiens)
 Petrus cum ministris stans & calefaciens se, sed iccirco nunc repetit, vt narrationem ter-
 ne negationis eius, quam interruperat, cōcepto consequeretur ordine. L Dixerunt ergo
 ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negavit ille, & dixit: Non sum. I Iam secundo ne-
 gavit, sed nondum tota completa est veritas medici, qui ægritudinem infirmi bene co-
 gnoscens, dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Sequit: Dicit ei unus ex
 seruis pontificis, cognatus eius cuius abscedit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in
 horto cum illo? Iterum negavit Petrus, & statim gallus cantauit. I Igitur qui omnes flu-
 estus tribulationis pro domino se posse pati præsumperat, dicens: Etiam si oportuerit me
 mori tecum, non te negabo, ad primum ventum timuit, quia mersus est, quia tertio nega-
 vit, sed extendit dominus gratiæ manum, & apprehendit eum, conuersus, & respiciens in
 eū, vt cito poenitens fleret, & ita se lauante domino, partē cum illo haberet. Vere em nisi
 fidē poenitētē statim præoccupasset, qua hora dñs noster sanguinē & aquā de latere suo
 profudit, peccatum negationis eius deletum non fuisset. I Nam sicut nunc quoq; baptizā-
 dum quenq; prius oportet credere & confiteri, & tunc demū baptizari in morte Christi
 Iesu, iēq; per baptismum consepti & consurgere, sic & Petrum, vt Apostolus permane-
 ret, & latronem vt cum domino paradisum intraret, oportuit poenitere & confiteri, anteq;
 Christus spiritu emissō, prædicti sanguinis & aquæ fluuium effunderet. Etenim quicunq;
 post horam illam, qua ille vniuersam lauit ecclesiam ab origine mudi collectam, ad fidem
 eius conuertuntur, non annumerātur inter eiusdē ecclesiā filios, nisi quibus per baptismū
 singulatim sacramentum dominicae passionis innouetur. L Adducunt ergo Iesum a Cai-
 phā in prætorium. I Scriptorum vitio cōceptum est, vt legeretur ad Caiphā in præto-
 rium. Non enim Caiphā, sed Romani præfidiis erat prætorium, quod cum nulli Iudeo-
 rū eo die, quo pascha manducandū esset, multo magis nec pōtifici ingredi erat licitū. Cū
 ergo supra dictum sit, & misit eum Annas ligatum ad Caiphā pontificem. Melius hoc
 loco scribitur, & legitur: Adducunt ergo Iesum à Caiphā in prætorium. L Erat autem
 mane. Et ipsi non introierunt in prætoriū, vt non cōtaminarent, sed manducaret pascha.
 Exiuit

Iosue.?

Lucæ.23

Psal.90

Esa.40.44
Acto.25

Roma.31

Luc.23

Olee. 7

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit eis: Quam accusationem assertis aduersus hoīem hunc? ¶ Hoc loco prætereundum non videt illud. O se prophetæ capl'm: Omnes adulterantes (inqt) quasi clibanus succēsus à coquēte. Quieuit paululū ciuitas à cōmixtione fermenti donec fermentaret totū. Dies regis nostri, cœperunt principes nostri furere à vino. Extēdit manum suam cum illusoribus, q'a applicauerant quasi clibanum cor suum cum infidia retur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos mane ipse succensus quasi ignis flammæ &c.

3 Reg. 12

dormitauerat toto spacio tridui, tādē ipse sol mudi, ab oriente roseo vultu cōspicuus emerit, cūctisq; abactis tenebris reliquijs, plenū lātitiaē diē mirantibus ingessit, Nā se quitur. Lcū ergo esset sero die illo, vna sabbatoꝝ, & fores essent clausæ, vbi erāt discipuli cōgregati, propter metū Iudæorꝝ, stetit in medio & dixit eis: Pax vobis. ¶ Primū illud, qđ maxi me delectat, libet intueri, s. vocē nouā salutationis, quā hactenus hom̄ nemo ex ore dei audiuit, quā vbi stetit in medio discipulorꝝ protinus edidit, dicēst: Pax vobis. Quidnā est hoc, qđ dñs virtutū & rex gloriæ, cū primū ingredit cōuentū apostolorꝝ, & eoꝝ qui cū ipfis erāt cōgregati (vt Lucas ait) tali primū voce in gaudiū illogē tanq; suauissima cōsolatio ne intonuit? Nunq; casu talē salutationē attulit victor mortis, regressus ab inferis? Non vtiq; sed pro certā rei significatione vocē hāc edidit. Quid erit? Nonne inimicitias, qđ ha ctenus inter deum & homines fuerāt, tunc primū in carne sua soluerat, & idcirco pertulerat mortē, vt genus humanū deo recōciliaret? Ipse erit (inquit Ap̄plus) est pax nostra, qui fecit vtraq; vnu, & recōciliauit nos deo in uno corpore p̄ mortē crucis, interficiēs inimicitias in semetipso, &c. Igitur qā p̄cīa nostra pertulerat in corpore suo super lignū, & qā chirographū peccati de medio tulerat, affigēs cruci & expoliās principatus & potestates tradu xerat cōfidēter, palā triūphās in semetipso, recte hic dñs fortis & potēs, dñs potēs in p̄lio, vitācū victoria referens vbi stetit in medio discipulorꝝ, pax vobis, inquit. ¶ Quare vero discipuli clausis foribus intus erāt. Propter metū (inqt) Iudæorꝝ. Quid metuebāt Iudæos sanguine dhi saturatos? Nunq; si adhuc arderent, & fitirent sanguinē illogē Iudæi, clausis ipsi possent se foribus tueri, quas per facile erat effringi. Ut quid ergo fores clauerant, videlicet quia sermonē inter se habebāt, cui neminē, nisi amicū vel participē sui luctus intereste tutum putabāt. Iam quippe nō solū mulieres audierant, dicētes, qđ vidissent dñm, sed & duo ex discipulis reuersti fuerant à castello Emaus, referentes qđ in fractione panis cognouissent eum. Quinetiam iam congregati fuerant propter hoc ipsum, dicentes, quia sūr exit dominus vere, & apparuit Petro. De his inter se colloquentibus, merito tutū non videbatur, vt auscultaret eos Iudaus, & idcirco clausis se continebat foribus. ¶ Quomodo vero (inquit aliquis) corpus verē fuit, quod clausis foribus introiuit? Quod qui infideliter qrit, & verē corpus sic posuisse inferti nō concedit, supereft, vt multo minus illud cōcedat, qđ corruptibiles atq; mortales adhuc apostoli sic educti sunt, quomodo in actibus apostolorꝝ scriptum est: Carcerem quidē clausum inuenimus cū omni dilectia, & custodes stantes ante ianuas. Aperientes aut̄ carcerem, neminem intus inuenimus. Supereft vt istos quoq; qui necdū resurrexerāt, in ventos & aerem subtile, quo per patētes rimas efflari possent, euauisse asserant, siquidē sacrā recepturi sunt scripturā. Quā quin non recipiunt, nec audiēdi, sed vt infideles, omnino vitādi sunt. Nobis cōdētibus illud pro argu mento sufficit, quia de nihilo deus cū cīa creauit, & cuncta quasi nihilū & inane reputata sunt ei, ad agendū quicq; voluerit, ad traducendū quippiā quocūq; voluerit. Mirūq; hoc potius esset, si ita nō posset: cū nemo fere tā imperitus artifex sit, vt qđ cōposuit, penetrare ipse vel aperire nō possit. At ille cū voluit, aperta est terra, & deglutiuit Dathan, statimq; operuit super congregationem Abiron, qui principes seditionis extiterunt, promissionib; dei detrahentes, & cum subsannatione dicentes: Reuera induxisti nos in terram quā fluit riuis lactis & mellis. ¶ Sed verba in ventū iactare videbor, si contra tales fidei Christianæ inimicos multa respondere tentauero. Ille nanq; vulpecula iam duduū tonitru co li, id est, clamore fulminantis ecclesiæ conterrītæ, vbi cunq; fint, latitant in caueis subterraneis, nec prodire audent, vt vineas florentes, fructusq; parturientes, suo amore putido dente demoliantur. Sed iam sequentia p̄sentis gaudiū contemplēmur. Et cū hāc dixi set, ostendit eis manus & latus. ¶ Quare ostendit manus & latus, insuper & pedes, vt Lucas testatur, nisi vt existimantibus se spiritū videre, verē corpus assignaret discipulis, & in vero corpore, verisq; membris, verē presentaret liuorē effectiū nostrā pacis? Nam disciplina pacis nostrā super eū & liuore eius sanati sumus. Hāc disciplina in manibus pedibusq; & latere non solū conspicua, sed & correctabilis apparebat, per clauorꝝ & lancearum vestigia. ¶ Et hāc liuoris signa sempiterna, margaritæ victoris, & splendida nostri, quam attulit, pacis ornamenta vel testimonia sunt. Nam poterat quidē virtute, qua resur rexit, & de vere mortuo corpore, viuum in veritate reddidit, clauorꝝ & lancearū penitus extirpare vel explanare vestigia: sed seruanda erant oculis paternis decentia filiū de icha ritatis & obedientiæ signa, veneranda nostrā causā patrocinia, nostriq; amoris æterna incitamenta, & horroris impiorꝝ perpetua incendia. ¶ Gauifi sunt ergo discipuli viso domino. ¶ Quomodo gauifi sunt, quomodo qđ p̄ tristitiaē magnitudine lassi fuerāt, tunc in gaudio respirauerunt. Magnifice sicut consolati sunt, & tunc repletū est gaudio os eorū, & lingua eorū exultatione, & lātantes facti sunt. Mulier dum pareret, tristitiam quidē ha buerat, iam aut̄ obliuisceretur p̄ pressuræ propter gaudiū, quia natus erat homo in mūdū. Mulier

Mulier inquit, i. aia eorum, quasi parturiens habuerat p triduum multitudinem dolorum atque continuum ploratum & fletum, sed nunc implebat, quod promiserat: ite ergo autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Gaudii sunt igitur discipuli viso domino, sed in eiusdem gaudiis sui vehementi abundantia fluctuantes, necedū credebāt. Ait enim Lucas: Adhuc autem illis non credetibus, sed miratibus praegaudio &c. Lucas. 24 Dicit ergo eis iterum: Pax vobis. Ephe. 2. Hesitantibus & difficulter accipiētibus, pacem ingenitam pacem inquit, quam non nisi credendo suscipere quis possit. Non enim, nisi credendo reconciliamur deo per mortem filii sui. Amplius autem, cur iterum dicat eis, pax vobis, manifestat, cum subiungit. z. Cor. 8. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Quo dicitur vel ad quid misit filium pater, nisi ut inter deum & homines pacem faceret. Quo id est, vel ad quod suos in universum mundum mittit filius predicatorum, nisi ad hoc, ut inimicos deo reconciliemus homines? Hoc nepe sciens apostolus, ait Corinthiis: Oia autem ex deo, qui reconciliavit nos sibi, & dedit nobis ministerium reconcilia-
tionis. z. Cor. 8. Quid enim deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam deo exhortati p nos. Obscuramus pro Christo, reconciliamini deo &c. Itaque si quereras, quomodo vel ad quod filium miserit p, quod ad presentem locum pertinet: deus (inquit) erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Si quereras, quod est, ita & ego mitto vos, & posuit (inquit) in nobis verbum reconciliationis, pro Christo legatione fungimur & obscuramus pro Christo reconciliamini deo. Igitur cum semel & iterum dixisset, pax vobis, ut insinuaret, & pacem se fecisse illis, & pacem p illos mitteret nobis: sicut (inquit) misit me p, & ego mitto vos. Et si quereras evidenter, quoniam illa sit pax, audi quod sequitur. Psal. 71. Et cum hoc dixisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum. Cur bis ait, pax vobis. Et continuo. Ephe. 2. Quoniam remiseritis peccata, remittuntur eis, & quoniam retinueritis, retentae sunt. z. Cor. 8. Manifeste hic illa de pace agitur, quod est remissio peccatorum, quod primum & maximum est spiritus sancti donum. Propter quod cum dixisset, accipite spiritum sanctum, quasi quereretur, in quo accipies illud, statimque subiungens, quoniam (inquit) remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ergo pax ista (ut iam dictum est) peccatorum remissio est, & ista remissio, sancti spiritus acceptio est. Proinde suscipiat montes pacem sub isto rege, isto filio regis, cui resurgentem a mortuis, deus iudicium suum & iustitiam suam dedit, semel dicente, pax vobis: suscipiat identiter pacem populo, sub auditum euangelizandam, iterum dicente illo, pax vobis. Non enim iste filius regis iudicare habet solummodo populum suum cum iustitia, sed etiam pauperes suos in iudicio. Idcirco semel & iterum dixit, pax vobis, quia & per semetipsum prioris populi sui ecclesiastis, patriarchas, prophetas & electos omnes, a primo Abel usque ad latronem in cruce pendente, pacificauit & deo reconciliavit pauperes autem suos. Iohann. 1. I. nos gentiles, nos aduenas & hospites testamento, qui eramus sine deo in hoc mundo, per apostolos, in quibus (ut predictum est) posuit ipse verbum reconciliationis, ad eandem pacem inuitauit dices eis, sicut misit me p, & ego mitto vos. Ita iudicando humiliavit calumniatores, quia nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius exercitur foras, & venientes euangelizauit pacem pauperibus populi sui, qui erant prope, apostolos & ceteris qui fuerat ex circumcisione, & pacem nobis filios corundem pauperum, qui eramus longe. Ephe. 2. Quid enim aut dicturus, accipite spiritum sanctum, insufflauit prius? Eternus fatus quem mortalis adhuc & passibilis homo trahebat & reiiciebat ore suo dominus noster, non spiritus sanctus, sed communis erat aer, quo iam immortalis non indigebat ut spiraret, nec nos indigebimus in illo, post resurrectionem, seculo, ubi corruptibilis vita non est. Proinde quodque potestate spirare corporaliter, sicut & manducare vel bibere, cum non egeret, potuit: non tamen arbitramur, quod undecim apostolos & omnes qui cum ipsis congregati fuerat, obambulando singulatim cuique insufflauerit, aut quod stans in medio eorum, uno anhelitu tamquam grandem flatum emiserit, ut cunctos afflaret simul corporaliter, & huiuscmodi flatu attractis dixerit, accipite spiritum sanctum &c. Ergo sic potius insufflauit, non quoniam homo, sed quoniam deus, qui ante quem homo fieret, insufflasse legit. Formauit enim deus hominem de limo terrae, & inspirauit: siue (ut in. 70. habet) insufflauit in faciem eius spiraculum ventre. Qui ergo tuus es insufflauit, ut fieret homo in anima vivente, nunc idem insufflauit, ut aia viventis hominis spiritum sanctum acciperet, & ad intelligentem scripturas sensum apertum haberet. Si quid Lucas hoc ipsum narrat, quia tuus aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Lucas. 24. Per hunc spiritum sanctum quoniam vel quod agendo peccata remittere valeant, ut nunc alii: quoniam remiseritis peccata, remittuntur eis. In Matthaeo manifestius ostendit his verbis: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Eutes ergo docete omnes gentes, baptizate eos, in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ita plane, quoniam remiseritis peccata, remittuntur eis, & quoniam retinueritis, refuta sunt. Nam hoc est quod apud Marcum dicitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non credidit, condemnabitur. Marc. 16. De hac potestate & illud pedet, quod alibi dicitur: Quoniam cumque alligaueritis super terram, ligata erunt & in celis, & quoniam cumque solueritis super terram, soluta erunt in celo. Quoniam potestate non ante passionem suam dedit, sed tamen promisit, sicut Petro manifestius de futuro loquens: Ecce ibi (inquit) dabo claves regni celorum &c. Illic de ligando vel absoluendo potestate promisit: hic autem, post resurrectionem suam, de eo quod prius vel melius est, id est de baptizandis Matth. 18.

abso lu^one facta p^r matu^m sacerdotu^m
confessio pot formari bona ro rotra h^oec
q^o malu^s p^r sacerdos remittit p^rta p^r baptismo
Vtia^d p^r ss. ergo ead^e r^ons p^r sacra^m to p^rni^s
quod p^r negar, n^o t^ondunt.

CCCVI.

RUPERTI IN IOHAN. CAP. XX.

Cor. 12

Ephes. 9

Iohann. 20
Lucas. 24Psal. 73.
Malach. 4.
Apoca. ii.

Matth. 28

Lucas. 4

Roma. II.

oibus in remissione peccatorum regulam tradit. Extuc vna sancta catholica ecclesia per totum orbem, baptizando in nomine patris & filii & spiritus sancti petram remittit. Et non vana fides est, quia non minus petram remittunt eis, quam baptismu^m abluens nunc per ministros suos incorporat sibi, quae remissa sunt eis quia in ecclesia, siue viuente^s siue defuncti erant, qua Christus hora sanguinem & aquam de suo corpore fundens, oīm in se credentium petram lauit. ¶ Sicut enim (inquit) misit me pater, & ego mitto vos, i.e. quia ego de remissione patrum potestate a patre secundum hominem acceperim, eandem per omnia do vobis. Data namque est mihi omnis potestas in celo & in terra, & vos quaecumque petram remiseritis, remissa sunt in celo & in terra. Hoc primus & magis necessarius est spiritus sancti datum, scilicet in remissione patrum. Nam aliud datum est, quod die pentecostes id est spiritus sanctus est in diversis ornamentis gratiarum. Hoc omnibus aequaliter datur, ut baptizati a patribus, oīm iustificemur; illud disparti gratia distributum est, operante in singulis eodem spiritu & dividente prout vult. ¶ Sicut enim non solum a patre, sed etiam a filio spiritus sanctus procedit: sic non semel, sed bis pro diversis affectibus dari illum oportuit. A filio namque in remissione patrum procedit, sicut Evangelista manifeste hoc verbo expressit, dicendo, insufflavit & dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Nam insufflavit, i.e. de seipso procedente dedit. A patre autem quod procedat, astrarere opus non est, unde nec Grecorum aliquis dubitare solet, licet de filio non illum procedere quidam illos dixerint. Et antequam filius in hunc mundum venisset, diversis distributiōe aitque antiquis sanctis datus est, sed non dum nulli in remissione patrum, quod nunquam fieret, nisi prius id est pontifex noster sacrificium se pro nobis obtulisset. Sed de hoc iam alio loco, ubi de baptismu tractari oportuit, vobis dicendum est. Inter alia in magna domo sancte ecclesiae, in qua soli sunt Christi discipuli, pax, i.e. remissio patrum per spiritum sanctum tribuit, Iudaicus populus abest, neque cum discipulis de resurrectione domini gaudetibus, felicis gaudij vult esse particeps. Unde ab Evangelista, quem de suo pectore mysterio multitudine imbuens, ipse qui diligebat eum, sapientia dei, Christus dominus, protinus subiungit. ¶ Thomas autem unus ex xii, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Sic profecto diuinitus dispositus est, ut hic unus discipulus tam latitiae decesset, quia videlicet futurum erat, ut universitate gentium in unitate fidei gratiam spiritus sancti accipientium in remissione patrum, Iudaicus populus sese subtraheret. ¶ Dixerunt ergo ei alii: Vidi domum tuam, ille autem dixit eis: Nisi video in manibus eius fixuram clavos, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Si ad solum literam spectes, quod est, cur hic aplaus Thomas amplius vel iustius ceteris redarguedus fuerit, tanquam incredulus aut infidelis? An quod dixit, non credam, nisi video in manibus eius fixuram clavos, & nisi mittam digitum meum in locum clavorum? Neque & ceteri nisi vidissent, immo & nisi palpassent, non credidissent. Nam & secundum hunc Evangelistam cum dixisset, pax vobis, ostendit eis manus & latus, & secundum Lucam, non solum dixit, videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum, sed palpate inquit, & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Sed nec ista sufficerunt eis ad credendum. Nam sequitur Lucas & dicit: Adhuc autem illis non creditibus & mirabitur, per gaudium dixit: Habetis hic aliquid quod manducet? In quo autem Thomas magis incredulus, si puram hic historiam tenere velis, nisi forte quia his, quae viderat eum resurrexisse, non creditit? Nimirum nec illi suis facie crediderunt oculis. ¶ Igitur (ut predictum est) in manu sapientiae dei sua facta bene disponentis. Thomas Iudaici populi figuram prouulit, quia diebus apostolorum, qui resurrectionis dominicae primi testes fuerunt, dicentes, vidi domum tuam (quod & nunc per omnes universalis ecclesias dicere non desinunt) pertinaci duricia resistunt, & nisi viderint, non credunt. Itaque non tam Thomas ex ceterorum copia ratione apostolorum, quam Iudaicus populus incredulitatis arguit, ex comparatione gentium. Nos enim non vidi domum & credimus illi. Deus auribus nostris audiuius, patres nostri annunciauerunt nobis. Iudei non credunt, nisi & Enoch & Helia per currentibus terribilia viderint veturi iudicis. Unde sequitur. ¶ Et post dies octo iterum erat discipuli eius intus & Thomas cum eis. ¶ Post dies octo intus erat discipuli, intus, sed non in eiusdem foribus. Intus erant, sed non Hierosolymis. Non enim arbitrandum est, quod toties in Galileam ire iussi, per octo dies distulerint. Vbi ergo erat intus, nisi in monte Galilei quod abierunt (sicut refert Matthaeus) sicut constituit illis Iesus? Unde & iaduimus a magnis doctribus dictum est: Post resurrectionem Iesu in Galileam ante conspicit & adorat, licet quidam dubitet. Tunc manifestius ostendit Thomam, & latus lacera vulneratum, & manus fixas clavis demonstrat. Quoniam vero intus, si in monte erat? Videlicet quia civitas eius Nazareth in monte Galilei sita erat, sicut habemus in Luca: Et venit (inquit) Nazareth ubi nutritus fuerat. Et cum dixissent ei, quia audiuimus a te factam Capharnaum, factum & hic in proxima tua. Postmodum repletum ira, duxerunt (inquit) illum ad superciliū mortis, super quem ciuitas illorum erat posita, ut eum precipitarēt. Ergo & in monte abierat, & intus erat: quia in Nazareth ciuitate Galilei fortassis in domum Mariam matrem eius conuenierat. Porro mystice post dies octo Thomas erat cum eis, quia post haec plenitudinem temporis cum gentibus & reliquiā credet Israelitici populi. ¶ Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomas. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manus tuam, & mitte in latus meum, & non habeo incredulus, sed fidelis. ¶ Quid dixisti inquit, nisi video, & nisi manus meas in latus eius

miserere, nō credā: & hoc te dicētē, cū absens putarer & nō viderer, p̄sens audiui, ecce infer
digitū tuū & vide. i. experire meas manus nō sp̄m eē, sed carnē & ossa, q̄ sp̄s nō habet, &
tagendo substātiā veræ carnis, noli esse īcredulus, sed fidelis, in substātiā veræ diuinitatis
plenariè vel corporalr inhabitātis, q̄ carnē suā resuscitare potuit. L R̄dit Thomas, &
dixit ei: Dñs meus, & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, credidisti. Beati q̄ non vide-
runt, & crediderunt. L Quod vni Thomæ dī, q̄a vidisti me, credidisti: plane si solum lfa-
lem sensum respicias, & cæteris Aplis oībus dici potuit vc̄z nisi vidissent, nō credidissent.
Nā antequām vidissent, mulieribus referētibus se vidisse eū, non crediderūt, sed videbant
corā eis tanq̄ deliramēta, verba eōz. Quare ergo vni dicit, q̄a vidisti me, credidisti: addēs
etiā, beati, q̄ nō viderūt, & crediderūt. Et qdem nos nō vidimus & credimus. Sed nunq̄d
cōsequēter, aplo Thoma, q̄ credidit, q̄ vidit, & cæteris Aplis q̄ viderūt, beatores sumus.
¶ Igit̄ (vt iā dictū est) in huius lfa- exteriū lucēte argētea pulchritudine, mysterioz quoq; fulgor aureus recōditus ē, & est qdā propositio eius, q̄ sine parabolis non loq̄bat, aut age-
bat, vt Matthæus ait, testimoniu prophetæ subiungēs in eius psona dicētis: Aperiā in pa-
rabolis os meum, eructabo abscōdita à cōstitutiōe mūdi. ¶ Itaq; in psona Iudaici populi
Thomæ dī, q̄a vidisti me, credidisti: beati, q̄ nō viderunt, & crediderunt, q̄a vc̄z & illi bea-
ti qdem erunt, q̄ credent, q̄a videbunt splendorē p̄euntē sc̄dm eius aduētū: vez nobis
gētibus minus laudabiles erunt, q̄a postremi credent, q̄ primi credere debuerunt, & de ca-
pite cōuertent ad caudā. L Multa qdē & alia signa fecit Iesus in cōspectu discipulorū suo-
rum, q̄ nō sunt scripta in libro hoc. Hæc aūt̄ scripta sunt, vt credatis q̄a Iesus est Ch̄rus fi-
lius dei, & vt credētes vitā habeatis in noīe eius. L Ac si diceret: De multis signis, q̄ fecit Ie-
sus in cōspectu discipulorū suorū, postq̄ resurrexit à mortuis, hæc duo scripta sunt in libro
hoc, qm̄quidē in lege scriptū ē, q̄a duoz̄ hoīm testimoniū vez est, vt p̄ hæc duo testimo-
nia credatis, q̄a Iesus est Ch̄rus filius dei, q̄ ppe q̄ cum vt homo mortuus fuisset, vt deus re-
surrexit. Facta q̄ppe pro testibus recte suscipi, Aplus quoq; docet, q̄ cum dixisset Corin-
thijs: Ecce hoc tertio paratus sum venire ad vos, statim subiūxit: In ore duoz̄ vel trium
testiū, stabit om̄ne verbū. Sed forte cōtētiosus auditor duobus testibus cōtentus nō est, ter-
tium req̄rit. Seq̄tur ergo: L Post hæc manifestauit se itenq; Iesus ad mare Tyberiadis, ma-
nifestauit aūt̄ sic: Erat simūl Symon Petrus, & Thomas, q̄ dī Didymus, & Nathanael, q̄
erat à Chana Galilæz, & filij Zebedæi, & aliij ex discipulis eius duo. L Ecce & hoc tertium
diligēs, ac dilectus Euāgelista cōscr̄bit testimoniū, vt nihil desit: q̄a (sicut iam dictū est) in
ore duoz̄ vel triū testiū, stabit om̄ne verbū. Nā vt scias, q̄a legitimō testiū nūero cōfirma-
re intēdit auditorē euāgelij in fide resurrectiōis Iesu Ch̄ri dñi nostri, statim in fine huius le-
ctionis ita cōcludit: Hoc iam tertio manifestauit se Iesus discipulis suis, postq̄ resurrexit à
mortuis. Pr̄clar & auditu dignus ē huius miraculi sermo fidelis, q̄ cū testimonio capitis
resurreccio declarat, corporis q̄q. i. toti ecclesiaz̄ resurreccio p̄figurat. ¶ Venerabilis nihilo-
minus & vera digni huius Euāgelistæ dispositio, q̄ talia de multis q̄ fecit Iesus in cōspe-
ctu discipulorū suorū (vt supra dictū est) tria signa elegit, q̄ in supficie historica resurreccio
nē dñi cōtestādo, sī etiā mox subsecuturā vocationē plenitudis gētiū & futurā in fine secu-
li saluationē reliquiaz̄ Israel, & vniuersalē oīm resurrectionē, mysticē p̄dicaret. ¶ Erant
(ingr.) Symon Petrus & Thomas, q̄ dī Didymus, & Nathanael, q̄ erat à Chana Galilæz
& filij Zebedæi, & aliij ex discipulis eius duo. Numez̄ discipulorū nō solū idcirco Euāgeli-
sta posuit, q̄a tātus est, vt rectē manifestatio dici possit, q̄ eis dñs apparuit: vezetiā idcir-
co q̄ septenario numero recte sc̄tā ecclesia figura, ut pote cōgregata vel ordinata sc̄tō se
ptiformi spū. L Dicit ei Symon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. L
Electis Apostolis & Ch̄ri vestigia sequutis, ad p̄ficationē redire ita culpa nō fuit, sicut ho-
dieq; seculo renuntiantibus, & Christum sequentibus, culpa non est licitas artes exerce-
re, & de labore manuum vīctum quārere. Alioquin videbitur Paulus Apostolus, q̄ ma-
num suam in aratrum miserat, retro aspexisse, qui labore manum suarum vīctitans, cum
concessa posset vīti potestate. Etenim euāgelium p̄predicans, ne gloriam suam, quis euā-
cuaret (maxime apud Corinthios) de Euāgeliō nolebat viuere. Itaque negotiū p̄ficationis,
quod ante conuerzionem sine peccato extitit, post conuerzionem repente Apostolis
culpa non fuit. Seq̄tur: L Exierunt, & ascenderunt nauim, & illa nocte nihil prendiderūt.
Mane autem factō, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, q̄a Iesus est. L
Antequām mane veniret, & dominus in littore stetisset, laborauerunt quidem, & retia mi-
serunt, sed nihil prendiderunt septem discipuli, quia videlicet ante hoc tempus accepta-
ble, diemq; salutis, qui sole iustitiæ Christo resurgentē à mortuis ortus est nobis, p̄predi-
cauerunt quidem lex & prophetæ, sed non effecerunt salutem totius mundi. Retia qui-
dem miserunt, sed non etiam captos pisces ad littus adduxerunt, q̄a sacram qdē scripturā
cōtexuerūt, sed p̄ eas hoīes ad salutis æternæ portū nō eduxerūt. Sed venit mane, & dñs

Luc. 24v

Matth. 13
Psal. 72

Deut. 17.19

z. Cor. 13

CAP. XXI

Acto. 20
z. Thes. 3
1. Cor. 9

Heb. 7

Iesus stetit in littore, qd post l*ifam* legis, quae nihil ad p*re*c*tum* adduxit, venit t*ps* adiuuatis g*re*, & post resurrectione su*a* i*mortalis* & i*passibilis* d*hs* n*r* firmiter state c*e*p*it* extra fl*utus* mortalitatis n*r*e. *L*Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunq*d* pulm*etariu* habetis. *J*Ergo (in*qt*) q*a* n*od* cognouer*ut* i*pm* e*e*, q*d* de mari vocauer*at* eos, vt faceret p*iscatores* ho*m*, benigne adignor*ates* desc*ed*it, & locutus est prio captoribus p*isci*u*m*, q*uo* lo*q*ref quilibet em*ptor* p*isci*u*m*. Et b*n* sc*dm* int*entione* eius, q*d* facturus erat, miraculi pulm*etariu* q*s*f*uit*. Meus e*m* est cibus (in*qt*) vt fac*ia* voluntate p*ris* mei, q*d* videlicet vol*ut*as n*o* est alia, qu*a* ho*m* de s*al*lis & amaris fluctibus seculi extrahere ad portu*m* salutis. R*esider*ut e*i*s. N*o*. *J*Pueri d*hs* tunc pulm*etariu* n*o* h*nt*, & iuxta Psalm. Fam*e* patiunt*ur* vt canes, q*h* retia p*fdicationis* mitt*entes* nemine*m* vel paucos cap*ut*, & t*uc* murmur*at*, q*a* saturati n*o* sunt. *L*Dicit e*i*s: Mittite in dexter*a* nauig*ij* rete, & iuenietis. Miser*ut* ergo, & iam n*o* valebat trahere illud, p*o* multitudine p*isci*u*m*. *N*o v*tcu*q*z* dixit, mittite (in*qt*) in dexter*a* nauig*ij* rete. C*u* adhuc es*et* in medi*s* fluctib*o* pass*io*nis, & mortis pass*u*rus, n*o* dixit: Mittite in dexter*a*, sed t*m*modo (in*qt*) laxate retia v*ra* in captur*a*. Itaq*j* tant*a* p*isci*u*m* t*uc* co*cluser*ut multitudine, vt rete e*o* rump*er*et, & nauicula e*o* p*ene* mergere*et*. At n*uc* in littore st*as*, & v*ndo*sam turbidi seculi o*ino* sup*gress*us i*actur*u*m*, mittite (in*qt*) & n*o* v*bicu*q*z*, sed mittite in dexter*am*. Et iam n*o* valebat (ait Eu*agelista*) trahere illud p*o* multitudine p*isci*u*m*, n*o* t*h* dixit, q*a* rump*eb*at rete, aut merge*ba* nauicula e*o* *o*. Quid ergo hic nisi ill*a* p*iscatione* ho*m* p*signare* vol*uit*, qua ad dexter*a* c*o*st*ituent* o*es* elect*is* se*clusis* ad finistr*a* o*ibus* repro*bis*, q*tan*q*p*isces mali, rete p*se*ntis eccl*iae* rump*er*it sed*it* i*o*bis, q*d* maxime fecer*ut* h*eretic*i at*q* schismatici. Resurrexer*at* e*m*, & in littore tutissimo st*ab*at, q*ppe* q*resurg*es ex mortuis i*a* n*o* mor*it*, mors ill*a* v*ltra* n*o* d*na*bitur. Et idcirco recte solos p*figurab*at illos, q*s* sec*u* fusc*at*, secum*q* ad dexter*a* p*ris* c*o*sider*et* vellet in co*elestibus*. *L*Dicit ergo disc*ipulus* ille, qu*e* diligebat Iesus, Petro, d*hs* est. Ergo (in*qt*) q*a* magn*u* ille p*ueror* & suo*m* appellator, q*i* littore st*ab*at, t*a* veraciter p*pheta* uerat. Dic*edo*, mittite in dexter*a* nauig*ij* rete, & iuenietis, venit in ment*e* priori disc*ipul*o ill*a*, qu*e* diligebat Iesus, q*a* d*hs* est. Et hoc Petro dixit, p*o* o*ibus* qu*e* gauis*u* esse sciebat plus o*ibus*. *E*t bene, q*a* cito acquiecer*at*, dic*et*i: Mittite in dexter*a*, sicut m*asueti*, q*secuti* fuer*at* magistr*u* m*asuetudinis*, statim cognouer*ut* e*u*, qu*e* admod*u* & ill*a* duo digne cognouer*ut* e*u* in fractio*n*e panis pro eo, q*a* coeger*at* e*u*, dic*etes*, mane nobisc*u*, q*m* aduesper*asc*it. *N*ec vero dixit disc*ipulus* ille, Iesus est, sed d*hs* est, & n*o* noster, vel quorum*cu*q*z* diffin*ite*, sed indiffin*ite*, d*hs* (in*qt*) est. Cur e*m* su*u* particulariter d*hm* diceret, q*si*c in*pl*en*tia* p*al*a fecer*at*, q*p* et*ia* maris d*hs* e*et*. Imo & st*ado* in immortalitatis littore probauer*at* q*p* mortis victor, & vita*m* d*hn*ator exister*et*? Symon Petrus, cum audisset, q*a* d*hs* est, tunica succinx*it* se, erat e*m* nudus, & misit se in mare. *N*o ipse dilectus disc*ipulus* q*d*ixerat, d*hs* est, sed Petrus q*a* habebat cing*i* & duci, quo noller, tunica succinx*it* se, & misit se in mare. Olim miserat se in mare, & ambulauer*at* sup aquas, vt aduenire*at* ad Iesum sup aquas ambulante*m* sol*u*, sed vid*es* vent*u* valid*u* veniente*m*, timuit, & in ipso timore suo p*ene* submersus est. Nunc aut*e* st*ate* d*hn* in littore, sponte se id*e* mittit in mare, & n*o* timet, n*ihil*q*z* periculi passus est. Quid est hoc, nisi q*a* tempestate Iudaica, qu*a* d*hs* sup ambulans vicit, Petrus negatur*us* erat, timore mortis, & n*uc* fortiter agere habebat in fluctibus Roman*u* Imper*ii*, in magna tempestate s*xui* Neronis? Bene ergo, q*a* ante passion*e* d*ni* timuit, & p*ene* mersus, n*uc* post eius resurrectione mitt*es* se in mare, p*ueni*it ad portum feliciter. *L*Alij aut*e* disc*ipuli* nauig*io* vener*ut*. Non e*m* l*oge* er*at* a terra, sed quasi cubitis duc*et*is, trah*et*es rete p*isci*u*m*. *O*rdo l*f**æ* e*st*: Alij disc*ipuli* nauig*io* vene*rt*, trah*et*es rete p*isci*u*m*, n*o* e*m* l*oge* er*at* a terra, sed q*si* cubitis duc*et*is. *D*isc*ipulus* ille qu*e* diligebat Iesus & ali*j*, q*a* nauig*io* vene*rt* illos significat rectores sanct*e* eccl*iae*, q*d* in pace vita*m* finiunt. Petrus vero qui mitt*es* se in mare, illos o*es* q*s*icut & ipse p*o* medios fluctus tribulation*u* festin*at*, & currunt ad d*hm*. trah*et*es rete p*isci*u*m*. i*scriptis* suis siue laboribus o*imodis* cotin*et*es vel propugn*at* fid*e* gen*tiu*. *N*o e*m* l*oge* sunt ab illa viu*et*u*m* terra, in qua d*hs* immortal*is* stat sicut l*oge* er*at* antiqu*er*at a terra sub lege labor*at*, ante*q* venire*at* g*ra*, sed prope sunt quasi cubitis duc*et*is, liberi videlicet a c*ucti*is legalibus ceremoni*is* sola*q* ad p*ueni*ed*u* op*us* h*nt*es dilectio*n*e dei & proximi. *L*Vt at*e* desc*eder*ut in terr*a*, vider*ut* prunas positas, & p*isc*ē sup*positu* & pan*e*. *R*egnum beatitudinis, q*d* v*n*ū & etern*u* pr*adi*u*m*, v*na* & p*petua* c*œ*na e*st*, in illo littore, i*o* seculi fine in*ueni*ed*u* e*st*. Illic inueni*et* o*es* elect*is* prunas, i*o* plenari*u* ign*e* vel amore*m* sp*u*s sc*t*i, q*d* in hac vita sanctis aliquat*ulus* e*st*, in illo at*e* regno p*maximus*, sicut pulchre propheta p*fdic*at, dicens*et*: Dicit d*hs*, cui*m* ign*e* e*st* in Syon, & camin*u* eius in Hier*lm*. Inueni*et* & p*isc*ē sup*positu* & pan*e*. i*v*n*u* e*udem* Ch*rist*m de*u* & ho*m*, sc*dm* humanitat*e* quid*e* sicut p*isc*ē ass*u*, sc*dm* diuinat*is* at*natur*ā, pan*e* angel*o* & i*passibil*ē. *D*icit e*i*s: Afferte de p*iscibus* q*s* p*red*ist*is* n*uc*. Aduocabit e*m* cel*u* desursum & terr*a* discernere p*pl*m su*u* c*o*gregare ill*i* sc*t*q*s* eius, q*d* ordin*at* testam*et*u*m* eius sup sacrific*ia*.

Qui nam

Match. 4
Iohan. 4
Psal. 58Match. 25
Roma. 6
Luc. 24

Non longe

Qui nā sunt hi qbus hoc iuxta Psal. p̄cipit, nisi ap̄l vel p̄dicatores sancti, quoꝝ vnuſq; Psalm. 49
 xterno iudici p̄sentabit, quātoscūq; de labore suo bonos pisces acq; siuit? L Ascēdit Symō
 Petrus, & traxit rete in terrā, plenū magis piscibus, cētū qn̄quaginta tribus. L Cū supra di- Matt. 16
 ctū sit de septē discipulis. Miserunt ergo, & iam nō valuerunt trahere illud p̄ multitudine
 pisciū, qn̄o nunc dī: Ascēdit Symō Petrus, & traxit tete in terrā, cū multo magis nō vale-
 ret solus, nisi qa p̄ Petru, cui p̄ cæteris specialiter dictū est: Et tibi dabo claves regni cœlorū,
 vniuersitas eoꝝ designat, quoꝝ est ius v̄ officiū tractare hoc rete pisciū, qd̄ est dei verbū.
 Itaq; vna fides, quā viuersi pescatores hoīm p̄dicat, recte p̄ vnu figura Petru, cui p̄cipiū
 datū est ius sup oēs pisces p̄tinētes ad regnū cœlorū, ad sanctā trinitatis cōuiuiū. ¶ Ipsi ve-
 ro pisces oēs magni, & numerati sunt, qa vc̄ oēs electi, qūis impares meritis, om̄es th ma-
 gni sunt, & certus eoꝝ numerus apud deū, q̄ppe q̄ ab origine mudi scdm propositū voca-
 ri sunt sancti. Qn̄o em̄ cert̄ apud ip̄m nō eēt numerus eoꝝ, q̄s p̄sciuit, q̄s p̄destinavit, q̄s vo- Mysterium
 cauit, q̄s iustificauit, q̄s magnificauit? ¶ Porro, ip̄e pisciū numerus talis diuinitus prouisus
 est, q nō vno in limite cōtetus, sed tribus cōtinuis limitibus, s. cētenis, deceno, & singulati
 dispositus sit. Quā videlicet dispositio Arithmeticis nota est. Cur hoc, nisi qa hoīes, q̄s
 isti pisces significāt, nō om̄es in eodē ordine vel proposito, sed diuersis ordinibus, licet in
 eadē fide distincti sunt? Alij nāq; cōiugati, alij vidui, v̄l cōtinētes sunt, alij vitā virgineā du-
 cūt. Et in laxiori qd̄ ordine v̄l proposito p̄les, sed min⁹ valētes, in arctiori pauciores, sed
 p̄tiosiores sunt. Nā & iuxta parabolā seminātis, cētesimus fruct⁹ paucioꝝ, i. virginū est, tri-
 cenarius pluriū, i. cōiugatoꝝ, sexagesimus medioꝝ, i. cōtinētiū siue viduaꝝ. Igit, si qd̄ me-
 lius (vt iā dictū ē) arithmeticī nouerūt, vñitas, quā in cēteno, & qn̄ariū q̄ in deceno, terna-
 rius q̄q; q̄ in singulari cōstitut⁹ est, s̄l in cēteno collati fuissent, eēt qd̄ maior nūer⁹ pisciū,
 qn̄ogēti fierēt, sed nūc magis mysteriū ē, qa in cētū pescib; laxius viuētes, in tribus subli-
 mi cōtéplates, in qn̄q; gita mediocriter agētes fideles recte itelligunt. Est em̄ sc̄tā ecclesia
 filii arcē, quā Noe fabricauit, qa iferi⁹ latior, supius fuit angustior, q̄ppe q̄ iferi⁹ trecētis cu-
 bitis in lōgitudinē, & qn̄q; ginta in latitudinē ampliata, supius in cubito cōsummata ē. Sūt
 multa q̄ in hoc numero centū qn̄quagintatriū pisciū iā à doctoribus vñl disserta sunt, q̄
 diligēs lector p̄op̄te suis in locis reperire p̄t. Seq tur: L Et cū tāti eēnt, nō est sc̄fum rete. L
 Hoc plane ad Euāgelistā p̄tinuit dicere, cū tāti eēnt, nō est sc̄fum rete, qa vc̄ in statu qd̄
 p̄sentis ecclesiā, rete sc̄indūt pisces, illi q̄ numer⁹ excedūt, Psalmista testāt, cū dicit: An- Matth. 29
 nūtiaui & locutus sum, m̄tiplicati sunt sup numer⁹, sed in illo resurrectiōs littore pax erit
 & rete solidū, qa soli pisces, q̄ numerati sunt, magni oēs, i. boni illic erunt. L Dicit eis Iesu: 1. Petri. 1
 Venite, p̄adete. L Bñ tā multis pescib; magnis, q̄ oēs in dextera nauigij capti sunt, ad terrā 1. Iohann. 3
 protractis dicit Iesu: Venite, p̄adete, qa cum sederit idem filius hoīs in sede maiestatis 1. Cor. 1
 suꝝ, & om̄es elēos ad dexterā suā constituerit, & tunc altissime & suauissime hoc modo 1. Cor. 1
 intonabit: Venite benedicti p̄is mei, p̄cipite regnum, qd̄ vobis paratū est ab origine mü- 1. Cor. 1
 di. Quid em̄ est hoc p̄adere, nisi regnū xternū p̄cipere? Quid vero est regnādo p̄ad- 1. Cor. 1
 re vel p̄adendo regnare, nisi ip̄m, q̄ angelοꝝ cibus est, in quē desiderāt angeli prospicere 1. Cor. 1
 regē gloriā facie ad faciē sicuti est videre. Vnde Propheta, cū dixisset de hoīe, in iustitiis 1. Cor. 1
 ambulāt, & veritatē loquēt̄: panis ei datus est, aquaꝝ eius fideles sunt, quasi qreres, qualis 1. Cor. 1
 panis ei datus est, vel quales aquaꝝ sunt, statim subsecutus, regē (ingt) in decoro suo vide-
 bunt oculi eius. Proinde cōtinuo subiungit: L Et nemo audebat t̄ discubentū interroga-
 te eum, tu q̄s es, sciētes, qa Iesu est. L Tunc qd̄em nō audebat, & intēti solūmodo ad intu-
 endum vel audiēdum, reuerētiā p̄stabat, qñ autē ad illud xternū suos om̄es inuitauerit
 cōuiuum, iam opus nō habebunt interrogare eum, scientes, qa Iesu est, sciētes (inquā) & 1. Cor. 1
 p̄fecte cognoscentes, q̄ modo ex parte cognoscunt, scripturas legētes, & sc̄m sciā sp̄m
 cōsulentes, donec veniat qd̄ p̄fectū est, & euacuet qd̄ ex parte est. L Et venit Iesu, & acce- 1. Cor. 1
 pit panē, & dat eis: Et p̄scem filiū. L Vnde venit, vel quo venit, vt panē & p̄scē ministrat, 1. Cor. 1
 ret illis: Hoc plane sc̄dm lñam superfluum iudicaret, sed in sensu mystico nō nihil operat. 1. Cor. 1
 Sic em̄ hic dictū est, venit & accepit panē, & dedit eis: sicut alio loco de seruis expectati-
 bus dñm suū, cū p̄missum esset, faciet illos discumbere, statim subiunctū est, & transiens 1. Cor. 1
 ministrabat illis. Etem̄ qñ dicit, stans in littore, venite p̄adete, imo qñ dicit, sedens in se- 1. Cor. 1
 de maiestatis suꝝ, venite benedicti patris mei, p̄cipite regnū, tunc videbit eum etiā sinistri 1. Cor. 1
 pisces mali, q̄ in anteriori pescatioꝝ, multiplicati sunt sup numerum, & retia ruperunt, tūc Apoc. 1
 (inquā) videbit eum oīs oculus, & q̄ eum pupugerūt, sed trāsbit, sed veniet intus, sed clau-
 fissianus, & istis foras expulsis, suos discubere faciet, & ministrabit illis. De q̄ eius ministe-
 rio nūc mystice dictum est: Et accepit panē, & dat eis, & p̄scē filiū. ¶ Quis ē iste panis, nisi
 dulcedo diuīne visiōis? Et q̄s assus p̄scis, nisi natura filiū hoīs excocta igne passiōis? Vtrū-
 que accipit, & dat illis, quia vtriusq; naturā visione reficiet consortes regni sui, sicut pro-
 mittens alio loco, & ego (inquit) dispono vobis, sicut dispositus mihi pater meus regnum, Deute. 19
 vt edatis,

ut edatis & comedatis sup mēsam meā in regno meo. L Hoc iā tertio manifestauit se Iesu discipulis suis, cū resurrexisset à mortuis. Supius iā dicitū ē, qā duorū hoīm testimoniu
verū ē, & plus q̄ tertiu regrere legitimū nō ē, nā in ore duorū vel triū testiū stabit oē verbū,
prudēs Euāgel. & supius duo testimonia cōscriptis sic terminādo, m̄lta qdē & alia signa fe-
cit Iesu in cōspectu discipulorū suorū &c, & ne gd cōtētioso desseet inq̄sitori, tertia hāc
manifestationē addidit. Et qm̄ qcūq̄ trib⁹ istis nō credit, nec multis alijs, si conscriberent,
p̄beret auditū fidei, nūc demū cōtētus eo q̄ fidelibus satis sit, ita cōclusit. Hoc iā tertio ma-
nifestauit se Iesu discipulis suis cū resurrexisset à mortuis. Sequit: L Cū ergo prādissent, di-
cit Simoni Petro Iesu: Simō Iohānis diligis me plus his. Dicit ei: Etiā dñe tu scis qā amo
te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Simoni Petro nesciēti, qd p eū dñs Iesu fecisset, in eo q̄
tunica succinxit se, & misit in mare, itēq̄ ad iussum iphi alcēdit, & traxit rete in terrā, plenū
tātis p̄scib⁹, nesciēti (in quā) act⁹ sui mysteriū, vel q d̄ sibi velle talis trip̄l distinctus nume-
rus p̄scīū, ip̄e dñs & magister, q̄ h̄c disp̄suerat, deinceps aperire incipit. ¶ Et prio qdē,
q̄ tertio pastoris illi officiū iniūgit, dicēdo bis: Pasce agnos meos, tertio palce oues meas
arcāna p̄scīū cām respicit. Et deinde dicēdo: Cū eēs iunior, cingebas te, & ambulabas vbi
volebas &c. p̄nūtiat, qd cingēdo se licet nesciēs, p̄figurauerit. Simō Iohānis (inq̄) diligis
me plus his. Opportune satis ascito noie p̄no, Simonē Iohānis, i. obediētē dei grā, nūc il
lū appellauit. Nā ille celeriter succingēdo, & in mare mittēdo se, itēq̄ rete in terrā trahē-
do, totius obediētæ, quā siue viuēdo siue moriēdo subiturus erat, typū fortiter expressit.
¶ Quare vere dicturus: Pasce agnos meos, p̄misit, itērrogādo, diligis me plus his; v̄c qā
ex dilectiōe opus ē ei, q̄ pascēdos rōnales agnos suscipit, illa v̄tq; dilectiōe, qua ip̄e prin-
ceps p̄scoꝝ prim⁹ aīam suā posuit, p̄ ouibus suis. Et pulchre agnos vocat, q̄tū salutē nūc
recēs imolatus vt aries in sanguine suo genuerat. Quare vero cū dicit, diligis me, adiūgit,
plus his: Sc̄ ita dicēdo, suauissime in mētē reducit huic illud supius tāq̄ diligēdo plus cete-
ris dixit: Et si oēs scādalizati fuerint in te, ego nunq̄ scādalizabor. Et tūc qdē importunā
dilectiōis ei⁹ fidutiā reff̄sit, dicēs, anteq̄ gallus cāter, ter me negabis; nūc aut̄ itērrogādo, di-
ligis me plus his, cōsciam gratāter apphēdit, bñ sc̄iēs, qā deinceps timore supato, q̄tū dili-
git palā facturus sit. L Dicit ei itēq̄: Simō Iohānis diligis me plus his. Dicit ei: Etiā dñe, tu
seis qā amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Maiuscūlos hic agnos intelligi cōuenit, rāto
maiuscūlos agnos superātes, q̄tū mediocritas qn̄quaginta p̄scīū abūdātiōe cētū p̄scīū
multitudine, iuxta supius dictū spūalē sensu, dignior ē. Nā sicut tracto reti in terrā cētū qn̄
q̄gita & tres pisces distictē nūerati sūt, ita & nūc i pastoralē curā distictiōe prio cētū agnos
deiñ qn̄quaginta agnos, rādēq̄, cū dicit: Pasce oues meas, tres subaudire op̄a p̄tūest, vt ita
sint in pascuis Simōis Petri, agni pariter & oues cētū qn̄quaginta tres, sicut in reti, qd ille tra-
xit in terrā, totidē fuere pisces. Nā sequit: L Dicit ei tertio: Simō Iohānis amas me? Cōtri-
stat⁹ Petr⁹, qā dixit ei tertio, amas me. Dicit ei: Dñe, tu oīa scis, tu scis qā amo te. Dicit ei:
Pasce oues meas. Post agnos & agnos ponunt oues, illa. s. de qbus in Cāticis dictū ē, oēs
gemellis foetibus & sterilis nō ē inter eas, qā v̄c v̄trūq; agnos ordinē, i. & eōs q̄ adhuc la-
cte īdigēt, & eōs q̄ iā grādiūsculi siue anniculi, scripturaꝝ pabula carpe norūt v̄trūq; (inq̄)
agnos gregē regere p̄fit. Et ita qdē eis qbus p̄desse queāt, p̄caciōres, sed valētiores sunt,
sicut in supradicto reti, & cētū p̄scib⁹ & alij qn̄quaginta, q̄ in summo nūerati, v̄tq; paucio-
res, sed digniores sunt. Iḡit qd̄ significatū fuerit in eo, q̄ Petr⁹ eiusmodi rete in terrā tra-
xit, iubēte dño, claret in hoc pascēdoge agnōs vel ouīū īperio. Sequit idē dñs, p̄nūtiās q̄
liter Petrus sua tūc tunica succinctus, postea fit cingēdus. L Amē amē dico tibi, cū esse iun-
ior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cū aut̄ senueris, extēdes man⁹ tuas, & alius te
cinget, & ducet q̄ tu nō vis. L Hoc ad qd̄ dixerit illi, cōfestim Euāgelista subsecut⁹ aperuit.
Ait em̄: L Hoc aut̄ dixit, significās, q̄ morte clarificatur⁹ eēt deū. S̄esus iste ē! Cū iunior, &
tanq̄ sub tyrocinio militās, picula bellī nōdū exptus fuīsles, cingebas te, hoc ē, tua fortitudine
plurimū cōfidebas, & sine duce ambulabas vbi volebas. Dixisti em̄: Tecū parat⁹ sum
in carcere & in morte ire. Itē: Etiā si oportuerit me mori tecū, nō te negabo. Illic tanq̄ iu-
nior & improudus, teipsum a cōcīxisti, nō putās q̄ īdigeres accīngi auxilio dei. Cū aut̄
senueris, cū interioris hoīs tui sensus īcanuerit, tūc vadēs mecū & in carcere, & in morte,
extēdes manus tuas in cruce, ita tñ vt alius te cinget, sciētē q̄ teip̄m cingere nō possis, & du-
cat q̄ tu nō vis. i. regat in passiōe mortis quā naturali tiore pauescis. In illa x̄tate senectus
cū virt⁹ tua defecerit, i. de tua virtute nihil p̄sumperis, dices tu nō īmemor, q̄ morte timē
dovitā negaueris, dicēt & oēs qcūq; suā īfirmitatē bñ cognouerit. Sed ipsi in nobis p̄fis re
spōsum mortis habuim⁹, vt nō sim⁹ in nobis fidētes, sed in deo q̄ suscitāt mortuos, q̄ eruit
nos de tātis piculis, & eruet, in q̄ speram⁹, qm̄ & adhuc eruet, adiūtib⁹ vobis in oroni
bus pro nobis. L Et cū h̄c dixisset, dicit ei: Se q̄re me. Mira cū suauitate verax, & māluer⁹
dñs p̄teritæ cōcertatiōis meminit, in q̄ cū dixisset ip̄e, q̄ ego vado nō potes me mō sequi, se
queris

Iohan. 16
¶ Petr. 5

Matth. 26

Canti. 4

Luc. 22.
March. 29
Sap. 4Psal. 70.
2. Cor. 11

queris aut̄ postea. R̄ndēs Petrus: Quare (inqt) nō possum te mō sequi? Aīam meā p te po-
nam. Ad hoc dicēte dñs: In hac nocte, ante q̄ gallus cātet, ter me negabis. Ait ille (vt su-
pra dictū est) adhuc iunior: Etiā si optuerit me mori tecū, nō te negabo. Huius (inqt) cōcer-
tatiōis dñs benigne meminit, dicēs: Seq̄re me. Ac si diceret: Iā de eo qd̄ dixi tibi, q̄ ego va-
do, nō potes me mō sequi, tu negādo ter veracē me eē cōprobasti: sup̄est, vt nihilomin⁹ de
eo qd̄ adieci, seq̄ris at̄ postea, meus sermo ver⁹ appareat. ¶ Seq̄re ergo. i. imitare me, dein Sequere me
cep̄sem̄ parat̄ eris p me & in carcerē & in mortē ire. Paratus inquā & fortis eris, & sicut
paulo aī tunica succingēs, & mittēs se in mare, fidutiaſr ad littus puenisti: sic in studio p̄di-
cātiōis accinct⁹ spū fortitudis, p mediū tribulatiōis currēs in littore q̄tis æternę mecum ita-
biliteris. ¶ Cōuersus Petr⁹ vidit illū discip̄l̄m quē diligebat Iesus seq̄ntē, q̄ recubuit in cena
sup pectus eius, & dixit: Dñe, qs est p tradet te? ¶ Nesciēs adhuc Petrus, qd̄ dicereſ, pedū
inceſsu dñm se q̄baf, fili⁹q̄ iniußus ille ali⁹ discipulus. Quare at̄ vltra solitā suā psonā descri-
ptionē nūc addidit, discipulus iste q̄ & recubuit in cena sup pect⁹ eius, & dixit: dñe, qs est
q̄ tradet te? Cū em̄ multis iā locis suimet mētionē fecerit, dicēdo, quē diligebat Iesus, hic
tm̄ in sui designatiōe addidit, q̄ & recubuit in cena sup pect⁹ eius, & dixit, dñe, qs est q̄ tra-
det te. Cur ergo, nisi vt itelligas dñm dicētē Petro, seq̄re me, illud respicere, qd̄ eidē dixe-
rat in cena, nō potes me mō seq̄, seq̄ris at̄ postea? Hoc nēpe tūc dictū est, qñ sup pect⁹ ei⁹
recubēs discipulus iste, dixit ei, dñe qs est q̄ tradet te. ¶ Hūc ergo cū vidisset Petrus seq̄ntē
dicit Iesus: Dñe, hic at̄ qd̄. Dicit ei Iesus: Sic eū volo manere donec veniā, qd̄ ad te? Tu me
seq̄re. ¶ Ab hoc dicto tādē aīaduersum ē, ad qd̄ dixerit dñs Petro, seq̄re me, & q̄ p̄ signifi-
cātiōe passiōl̄s dixisset ei, cū eses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas &c. Nā proti-
nus legatur. ¶ Exiuit ergo sermo iste iter fr̄s, q̄ discipulus ille nō morit. ¶ Qūo em̄ sermo
iste exiret inter fr̄s, nū ille q̄q̄ pariter exiret, q̄ Petr⁹ moriēdo seq̄ref, v̄l seq̄ndo morereſ.
Et qd̄ ille sermo inter fr̄s vero exiuit intellectu, sed in isto, q̄ discipulus ille nō morit, er-
ror fuit meliori sensu corrigēdus. Proinde prudēs Euāg. subseq̄tur. ¶ Et nō dixit Iesus, nō
morit; sed, sic eū volo manere donec veniā, qd̄ ad te? ¶ Aliud nēpe ē, qd̄ cū determinatiōe
dixit, sic eū volo manere donec veniā, qd̄ ad te? q̄ si hoc solūmō dixisset, sic eū volo mane-
re. Nā eo mō ip̄e fecisset itelligi, hūc discip̄l̄m nō eē moritur. Nūc vero cū determinat, sic
dicēdo, donec veniā, manifeste afferit, ip̄e space illū eē moritur. ¶ Dicit aliq̄s: Si volebat dñs
hūc dilectū discip̄l̄m donec ip̄e veniret manere sic, i. nō coacta, sed naturali morte finire,
cur duob⁹ filijs Z̄bedæi, q̄rū vn⁹ hic erat, p̄l̄ loqns, calicē (inqt) meū bibetis? Ad hēc inqt: Mat̄h. 26
An nō calicē dñi bibit, q̄ in hora, q̄ dñs ip̄e bibebat, iuxta crucē cū m̄fē eius stetit? Si nō ma-
tris dñi aīam (iuxta p̄phetiā Simeonis) gladius p̄trāfiuit, nec iste dilect⁹ ei⁹ discipulus ama-
rū ei⁹ calicē bibit. Igif & si nō materiali cruce v̄l gladio discipulus iste martyriū duxit, dñi-
cīt̄ calicis expers nō fuit. ¶ Cāter⁹ nō sine magno diuinitatis cōſilio factū est, vt hic dile-
ctus notā virginitatis cādore iſignis, triūphalē p̄pri⁹ martyri⁹ purpurā nō p̄ciperet. Hoc
em̄ aīaduerso, qs in eccl̄ia solos honore dignos arbitref martyrū triūphos. Ecce isti duo
Petr⁹ & Iohānes p̄cipue ſctō & colūnæ sunt, & in altero qd̄ de vitæ actiū fortitudo, in alte-
ro cōtēplatiū p̄nitit pulchritudo. Etem̄ qd̄ in Martha ſatagēte circa freq̄ns ministeriū,
& in Maria ſedēte ſecus pedes dñi & audiēte verbū illius, p̄figuratū est: hoc iā tūc ijs duob⁹
agi cōceptū ē, dū alteri cura mādat de pascēdis dñicis ouib⁹, alter ſupra pect⁹ dñi recu-
bēs, verbū carnati notitia pleni⁹ imbuit. Sic ergo recte ſctā eccl̄ia rubētes amplectiſ mar-
tyri⁹ rosas, vt nihilomin⁹ cōcelebret amica Ch̄rō cādide cōfessiōis lilia. Seq̄tur. ¶ Hic ē di-
scipulus q̄ testimoniu⁹ phibet de ijs, & ſcripit hēc. Et ſcimus q̄a ve⁹ eſt testimoniu⁹ eius. ¶
Hic (inqt) discipulus, de q̄ Iesus dixit, ſic eū volo manere donec veniā, q̄ recubuit in cena
supra pect⁹ eius, & dixit: dñe, qs est q̄ tradet te, ip̄e eſt q̄ ſtimoniū phibet de ijs, & q̄ ſcri-
pit hēc. Et ſi recte iudicatis filij hoīm, talis discipulus testis idoneus ē. ¶ Et qm̄ in cōtē
legitima tam q̄ ſcribit, q̄ ſubſcribit, pares habent, d̄ vos q̄cūq̄ hoc ſtimoniū accipitis,
vīa hēc ſubſcriptio fit, quā ſubſcribo ego pro vobis oībus, & ſcimus q̄a ve⁹ ē ſtimoniū
eius, vt oēs pariter, ego & vos, in cōcione coeli audiamur. ¶ Sunt aut̄ & alia multa quā fe-
cit Iesus, q̄ ſcribanſ p̄ ſingula, nec ip̄m arbitror mūdū capere eos q̄ ſcribēdi ſunt libros. ¶
Hoc irrefragabil̄ ve⁹ eſt. Ecce em̄ hūc ſolū librū, q̄ ab hoc discipulo ſcriptus ē, mūdus ca-
pere nō pōt, & cū vnus homūtio pugillo eū cōtinere queat, vniuersitas hoīm totā myſte-
riōe eius profunditatē capere nō valet. Quāto magis ſi vniuersa cōſcriberent, nō capereſ
mūdus, & ad q̄rendū fastidiosus, & ad intelligendū obtusus. Igif quia q̄bus hēc pauca pro
testimoniō nō ſufficiūt, nec multa proderūt, ſed eat nūc emeritus testis, q̄abeneolis au-
ditoribus ſatisfactum eſt, Iesum eſſe Ch̄rm filium dei.

¶ Finis Commentarioḡ Ruperti in Euāg. Iohannis.

¶ Coloniæ, expensis Arnoldi Birckman, Anno. M. D. XL I, mense Martio.



